Página de Controlo

AD CONSTITVTIONES COD.
DE
BONIS MATERNIS
DOCTISSIMI
AMPLISSIMIQVE COMMENTARII
ARII PINELI
LVSITANI
I. V. C.
QVIBVS MATERNÆ SVCCESSIONIS
IVRA FOELICITER EXPLICANTVR;

H-A
32
4 B)

Iam nunc recusi, recogniti, & à mendis, quibus innumeris scatebant, repurgati.

Cum duplici Indice, priore locorum Iuris Communis & Regij, altero Rerum & verborum locupletissimo.



ANTVERPIAE,
APVD IOANNEM KEERBERGIVM.
M. DC. XVIII.

HENRICVS FERNANDVS
OLYSIPPONENSIS
DISCIPVLORVM MINIMVS

AD CANDIDVM LECTOREM.

SEMPER in ea fui sententia, Lector candide, vt existimauerim in operibus doctissimorum virorum (quantumuis sint ingenio excogitata, industria elaborata, iudicio perfecta, omnibus denique numeris absoluta) nonnulla desideranda esse, ab eis præsertim, qui Zoilorum sectam animo profitentur, & opere sequuntur. Quod ipsum docet experimentum, suadet vetustas, & quiuis mediocri lectione instructus ex multorum exemplis facile comperiet. Nam in Dial. diuini Plat. ordo desideratur: Aristot. totius Peripateticæ doctrinæ facile Princeps (qui ipsius Platonis, Empedoclis, Anaxag. Pythag. & cæterorum huiusce generis durum fuit flagellum) obscuritatis notatur, & à Gale. in multis reprehenditur. Virgil. à nonnullis ingenio imbecillus, ab alijs Homerici laboris compilator habetur. Homerum aliquando dormitasse Horatius testatur. Demosthen. M. Tullio non in omnibus placuit: hic verò à Græcis in ius vocatus, vt aliena restitueret, frigiditatis in salibus & copiæ puerilis fuit damnatus. T. Liuij conciones Trogus Pompeius fictionis arguit: nõ desunt qui Plinium turbido flumini assimilent, quippe qui multa degustauerit, pauca autem digesserit, excoxeritve. C. Salust. affectationis etiam in verbis obsoletis ab Asinio Pollione carpitur. Senecam calcem sine arena, M. Varronem literarum porcum compellant: eloquentiss. Hieronymus in epistolis magni Aurelij Augusti. nonnihil notat. Sic etiam (ne interim professionis no-

ſtræ obliuiſcamur) Accurſio nonnulli iudicium inique negant, Bartoli diſtinctionũ longitudinẽ, Alberici breuitatem, Baldi inconſtantiam, Alexandri perplexam methodum, vtriuſque Raphaelis nimiam ſubtilitatem culpant. In alijs politioris literaturæ incuriam, in aliis negligentiam in allegandis Doctoribus vitio dant: &, vt vno verbo dicam, ne ipſi quidem Iureconſulti huius notæ immunes fuere. Quod ſi iis priſcis, viris ſapientiſsimis, & fama clariſsimis inuidia non pepercit, quanto vehementius in viuos inuehetur? Maledicorum enim inuidia nomina eorum, qui eadem tempeſtate florent, funditus extirpare conatur. Plato & Xenocrates de eadem re ſcripſere, vterque Socratem citat, alter verò alterius mentionem non facit. M. Cicero ad Brutum multos oratores inſignes recenſet, ſuæ ætatis vix vnum, aut alterum nominat. F. Quint. contemporaneos Oratores ſilentio præterit, & vnius, quem ingenue fatetur illud ſeculum gloria exornaſſe, nomen ſupprimit. Cum itaque maior pars mortalium huiuſmodi tenebris obcæcata ſit, nouum non erit, ſi aduerſus inſignem præceptorem Pinelum, Iureconſultum clariſsimum, & huius florentiſsimæ Academiæ tutiſsimum præſidium, vitilitigatores inſurgant, atque illo canino dente, quo reliqua omnia, diſcerpant. Hi enim (vt D. Hieronymus ait) Nimicis calumniis publice impetunt, quod priuatim libenter legunt, & quod tentare non audent, aſſequi autem deſperant, liuidis morſibus dilacerare non ceſſant. Quorum orationes libenter ſinimus præterfluere, modo illud apud omnes interim conſtet, authorem obiurgari non poſſe de furto alieni laboris, cum ſingulis debitam laudis portionem ſemper reddat, licet ætate, ſtudio & eruditione inferiores ſint, ſecutus ſolennem illam Plinij ſententiam, Benignum & plenum ingenui pudoris eſſe, fateri per quos profeceris, ſicuti è contrario obnoxij animi, & infelicis ingenij, deprehendi in furto malle, quam mutuum reddere, cum præſertim ſors fiat ex vſura: quem animi candorem in paucis reperies. Nec male audiendum eſt, Studioſe Lector, ſi aliquando omnes ex antiquioribus, & recentioribus opiniones ordinatim referat, & plerasq; refutet, cum id fecerit animo bene-

uolo,

uolo (quo veritatem inueſtigare indefeſſa diligentia ab ineunte ætate cœpit) vt multorum opinionibus ob oculos poſitis (aduerſus quas neruoſe & modeſte agit) facilius veritas illuceſcat, atque æquiora ſemper, & veroſimiliora probentur, ne illa peruulgata Philip. Decij vox in Prouerbium abeat, iuris Interpretes, quaſi aues, eo volare omnes, quo vnus volauerit. Quapropter non miretur quis, ſi eum ab omnium, vel plurium opinione diſcedere nonnunquam videat, nec ipſe mirabitur, ſi quis ab eius ſententia deuiabit. Nulli enim mortalium inuida fortuna ita proſpere hactenus flauit, ita affluenter indulſit, vt ab eius opinione nullus diſſenſerit. Quod ſi aliter eueniret, qui fieri poſſet, vt tot variæ hominum factiones in ſingulis diſciplinis effluxiſſent? Hoc vnum conſtanter affirmare audeo, opus hoc non eſſe connumerandum inter ea, quæ plus in fronte promittunt, quam in receſſu habeant: nec eius author inter eos collocandus eſt, quorum ingenium, quia continuo ſtudio non excolitur, infelici lolio, ſterilique auena premitur, atque hebeſcit. Nec cum ijs accuſandus eſt, qui adeo tenaciter aliorum veſtigijs inhærent, vt ſi aliena ab eorum operibus ſeparentur, charta alba, & abſque literis remaneat, & Æſopicæ cornici ſimilima: nec ex aduerſo cum his increpandus, qui tantum deſtruere inſtituunt, quæ ab alijs conſtructa ſunt: nec ijs ſimilis eſt, qui omnia ad humanitatis ſtudia deflectunt, Iureconſultis vero non æque magno adiumento ſunt, vtpote qui etiam ab adoleſcentia, iudicij maturitate, ingenij dexteritate, memoriæ tenacitate prædituſ circiter triginta annos Iuri Cæſareo aſsidua lectione totus inſudauerit, quorum decem honeſto honorario, iuſſu inuictiſsimi atque clementiſsimi Regis Ioannis III. (cuius anima perpetua gloria iure fruitur) Ius Ciuile non diſerte minus, ac luculenter in hac inclyta Academia mirabili auditorum applauſu, & frequentia interpretatus eſt, cuius ſingulari doctrina tanquam ex equo Troiano plures euaſere perdocti, qui legali Scholæ non paruo adiumento fuerunt: quo tranſacto decennio aduocationis munere apud ſummum regni Prætorium, (voluit enim & hanc literarum aleam experiri) tam feliciter functus eſt, vt veteres togatos inſignes vel æquaret, vel

vinceret: ea illi erat in consulendo maturitas, in suscipiendis causis alacritas, in pertractandis sinceritas, in ipsa veritate tutanda grauitas, & constantia: quæ omnia cum comperta haberet prudentissimus Rex huius Academiæ institutor, & protector, summumque desiderium totius Scholæ, de reditu insignis Pineli indies auribus acciperet, eum huc reuocandum statuit, quod factu facile non erat; sed Rex præstantissimus merita Pineli, votaque Academiæ expendens, eum in Collegium senatorum supremi Prætorij digne cooptatum honorifico stipendio redire coegit, vt Iuris Cæsarei facultati plene consultum esset. In Academiam vero reuersus biennio iam difficilima Iurisconsultorum Responsa profunda eruditione illustrat: legum vim ac potestatem mirabiliter enucleat. Adsunt in eius frequentissimo Auditorio multi docti ac ingenioſi iuuenes, qui diligenti cura, ingenti silentio, debita reuerentia pendent ab ore viri, quorum vtilitati vt magis consuleret, posteritatemque demereretur, tum ne diutius crebras amicorū flagitationes procrastinaretur, Opus hoc subtilitate, & vtilitate cumulatissimum Typis mandauit, quod nunc in grauiori ætate senectuti proxima, post diuturnum Iuris studium, longumque causarum exercitium, cōmodius præstare existimauit. Quæ partes si in multis scriptoribus nostræ ætatis non desiderarentur, communis querimonia cessaret, nec amplius quereremur, cur hodie paucissimis detur, quæ antiquis fuerit scribendi felicitas, modo naturæ auaritiâ, modo planetarum inuidiam, modo Mæcenatum penuriam causantes; cum tamen hæc omnia à pristino statu non defecerint: eadem enim est naturæ vis, & fortasse perfectior, ijdem planetarum influxus, eadem ferme principum erga doctos munificentia. Culpa igitur scriptorum est, partim, quia volunt vna die, vna hora sibi & alijs esse, & videri Poetæ, Oratores, Philosophi, Theologi, ac Iuris Vtriusque consulti, cum tamen natura nostra quasi vas quoddam sit angustioris orificij, in quod si aliquid infusum velis, guttatim illud, & per interualla distillari oporteat. Quo fit, vt apud veteres singuli dij singularum rerum virtute contenti aliorum vsui se non immiscuerint. Partim vero, quia à principio proprium defraudantes genium,

vires

vires ſuas æqua lance non examinant, nec inſitam à natura aptitudinem circa ſcientiarum electionem ſequuntur: quod ſi fieret, quæ Platonis opinio eſt, in ſua arte ſcientiſsimus quiſque euaderet. Si igitur, doctiſsime Lector, fructuoſum hoc Opus accurate euolueris, plurimos difficileſque legum ſenſus veriſsime enucleatos percipies, Scribentium nodos ſolues, eorum lapſus emendabis, tam rara eſt in hoc libro eruditio, tantaque perſpicuitas, quam plurima hic noua, ſcholaſticæ & forenſi vtilitati coniunctiſsima, tibi occurrent, quæ decies repetita placebunt. Tractantur vero omnia arguta inuentione, ſententiarum grauitate, argumentorum abundantia, mira facilitate, ſtylo mediocri, vt magis ob fidem Opus commendetur. Norunt enim periti, quanti interſit, proprijs atque conſuetis artis verbis res tractari. Illud vere iuris ſtudioſis polliceor, ſi Opus hoc beneuole exceperint, multo altiora penes Autorem manere, quæ propediem edi poterunt. Diutius fortaſſe, quam decebat, immorati ſumus; ſed quando is, qui primum aliquid in publicum mittit, multorum cenſuram ſubire cogitur, longiori epiſtola nobis vtendum fuit, præſertim cum ea cura ab eximio præceptore mihi mandata fuerit, cuius ſuaui familiaritate, conſiliorum ſanitate, morum honeſtate, variarumque rerum cognitione vtinam diutius frui liceret: abeſſe enim nos non ſine mœrore cogit vitæ ratio. Quod ſi excuſationẽ non acceperis, in tædij compenſationem duplicem Indicem accipe: alterum elementarium, de rebus inſignioribus: alterum de varijs Iuris locis, quæ in libro explicantur. Quod in tuam gratiam, candide Lector, diligenter perfecimus. Vale, & fruere.

INDEX LOCORVM
IVRIS COMMVNIS
ET REGII
QVÆ IN HIS COMMENTARIIS
CONST. C. DE BON. MATERN. EXPLICANTVR.

Ex ff. veteri, seu primo volumine Pandectarum.

L. 3. & 4 ff de his, qui sunt sui. num 9 & seq. 20
L. in orbe, ff. de stat hom. n. 11. & seq. 20
L. ingenuum, ff. de statu hom. 50. 133
L. qui in vtero, ff. de stat hom. num. 36. 27
L. cum ij. §. eam. cum. g. ff. de trans. n. 31. 114
L. filius fam. ff. qui satisda. cog. num. 7. 83
L. non quemadmodum. ff. de iudic. nu 78. 175
L. sed & si lege, §. consuluit. ff. de peti. hæred. num. 61. 151
L. Iulianus, ff de petit. heredi. ante n. 43. 70
L. filius non impeditur ff. de inoff. testam. n. 21. latissime & bellissime. 41
L. Papinianus. §. meminisse, ff. d. inoff. testa. num. 28. 45
L. 1 §. per hanc, ff de rei vend n. 5. 19. n 36. 28
L. superficiario, ff. de rei vend. num. 66. 163
L. 1. §. qui in perpetuum, & l. 3. ff. ager vect. num. 7. 164
L. 3. ff. de seruit. num 53. 74
L. fin. ff. de his qui detecer. num 4. 36
L. 4. ff. de vsufruct. num. 1. 104
L. Proculus, ff. de vsufru n 41. & seq. elegantissime. 122
L. defuncta. § Sempronio. eod. tit. nu. 13. 63
L. Vsufructuarius. 51 & l. vsufructuarius. 68. eod. tit. num. 52. & 53. 74
L. ex sylua. cum l. seq. eod tit. nu. 59 & seq. 77
L. hactenus, ff eod. n. 72 latissime & vtilissime. 87
L. 5. § 1. ff de vsufru. earum rer. n. 78. 98
L. tribus, ff. de vsufr. earum rer. n. m. 76 96
L. Si tibi. ff. quibus modis vsufr. amit n. 7. 61
L. Diuus, ff de vsu & habita n. 57. & 58. 75
L. 1. ff de vsufruct. quemad. caue. n. 16. 64. & num 68. 84
L. in lege Aquilia. si deletum, ff. ad l. Aquil. num. 7. vers. nec obstat. 175
L. si vt certo. §. si duobus ff commod. n 10. cum seq. 106
L. tutor, §. fin. ff. de pignor actio num. 66. 163
L. rem alienam, vers. non est idem, ff. de pignor. actio num. 83. vers. limit. 3. 183
L. filium, ff. ad Macedon. num. 72. 56
L. si vero non remunerandi. & l. idemq; §. si. ff. mandato. n 61. 151
L. 3 §. de illo. ff. pro socio. bellissime, nu. 4 234
L. qui tabernas, ff de contrah. empt. n. 37. 116
L. Iulianus, §. si quis colludente, ff. de actio. empt. num. 34 cum multis seq. 115
L. necessario, §. fin. ff. de peric. & comm. rei vend. num 38. 118
L. si Titio. ff de pigno. num 83. 183
L. obligatione generali, ff de pigno. n. 47. 16
L. cum tabernam, ff. de pig. nuni. 46. 16
L. lex vectig ff. de pignor. num. 70. 168
L. si fundus, ff. de euicti. num. 37. 10
L. venditantem. ff de euictio. num. 73. 170 & num. 82. 181
L. Scia. ff. de euiction. n. 82. 182
L. si vsusfru. ff de iur. dot. num. 39. 119
L. profecticia, ff. de iur. dot num. 15. 39
L. cum post, §. patrona, ff de iu. dot. n. 62. vers. infertur 31. 158
L. quod autem, §. si vir. ff. de don. inter vir. & vxor. num. 61 vers. minus obstat 152
L. quod si vir. ff de donat. inter virum & vxor. num. 66 vers. ex quibus eleg nter intelligi potest. 163

Ex infortiato seu secunda parte Pandectarum.

L. si constante, ff. solato matr. num. 44. 221
L. Lucius, ff. solat. matr. num. 83 184. & nu. 105. 202
L. 1. §. denunciari, ff. de ventre inspi. n. 48 129
L. si sine, §. Lucius. ff de admit tut. 29
L. 1. §. sufficit, ff. de admin. tut. n. 67. 83
L. cum plures. §. fin. ff. de administ. tut. num. 57. 144
L. si tutela, ff. de admin. tut. n. 63. 159
L. 1. §. fin. & l. 2. ff. de reb. eor. num 52. latissime. 135
L. & mulieri, ff. de curat. furio. num. 20. 255
L. ait prætor, ff. de iu. delib. exactissime, nu 47. & 48. 127
L. Iulianus, ff. si quis omis. caus. testa. n. 7. 37
L. 3. §. hoc autem ff. de lega. præstan. n. 14 39

L. qui

L. qui in aliena in fin princip. ff. de acquir. hæred. num 25. 44
L. Arist. ff de iure delib. n. 26. 112
L. placet ff. de acquirend. hæred. nu. 9 & 10. 38
L. cum hæres, ff. de acquirend. hæred. num. 60. & seq. 53
L. Antistius, §. fin. ff. de acquir. hæred. n 62 54
L. filiusfa. § secundum vulgarem, ff. de lega. 1. num. 3. 36. & num. 7. 37. & num. 8. & seq. 38
L Catus, ff. de legat. 2. n. 10. 4
L seruos, ff. de leg. 3. n. 40. 12
L. si chorus. §. 1. ff. de leg. 3. n. 48. & 49. 72
L. vxorem, §. legauerat, ff. de leg. 3. nu. 47. 72
L. quæsitum, §. 1. de leg. 3. num. 47. 72
L. si mihi Mœuia, §. 1. de leg. 3. n. 46. 71
L. qui concubinam, § qui hortos, ff. de leg. 3. vers. limit. 7. 92
L. 1 ff. de vsufruct. leg. num. 6 cum seq. 185
L. quæro, ff. de vsufruct. leg. 90
L. generali, §. vxori, ff. de vsufruct. le. n. 38 11
L. Sticho ff. de vsufruct. leg. ante n. 27. 212
L. pediculis, §. item cum quæreretur, ff. de auro & arg. leg. num. 40. & 41. 12
L. post legatum, §. si pater, & §. si filius, ff. de his qui vt indig. num. 28. 45
L. fin. ff. de colla. bon. & l. fin. ff. de assig. lib. num. 37. 27
L. 1. ff. si quis à paren. fuer. manum. n. 11. 38
L. filius, ff. de suis & legit. hæred. n. 17. 243
L. 1. & ad plures eius §. ff. si quid in frau. patro. num. 77. 173
L. fin. ff. si quid in fraud. patro. 182
L. fin. §. quæri potest, ff. quis ord. in bon posses. seruet. num. 66. 55
L. penult. ff. ad Tertull. n. 29. 46

Ex ff. de nouo, seu tertia parte Pandectarum.

L. in prouinciali, §. si ego. ff. de no. op. nunc. 162
L. hoc amplius, §. fin. ff. de dam. infec. n. 60 77
L. Aquilius. ff. de donat. num. 61. 149.
L. si pater, §. fin ff de dona. n. 3. 36
L. filiusfam. ff. de dona. num. 56. 142
L. penult. ff. de fideicom. lib. n. 6. 19
L si seruo, ff. qui & à quib. vers. limitatur secundo. 183
L. filium, ff. de lib. causa. 61
L. vbi lex. ff. de vsuc. num. 28. 213
L. penult. ff. de vsuc. pro emp. num. 15. 209
L. generaliter, §. fin. ff. de fideicom. libertatib. num. 3. 60
L. 2. §. filium ff. de vsucap. pro hered. n. 41. 32
L. ex contractu, ff. de re iud. n. 49. 129
L. in vendicatione, ff. de bon. author. iud. possi. num. 38 cum seq. 117
L. fin. §. si à socero, ff. quæ in fraud cred. 157
L. 1. ff. de loco pub. fruen. 164
L. 1. §. quod autem, ff. de superfi. n. 66. 162
L. 1. versic. pietas, ff. de libe. hom. exhib. n. 7. 19
L. 3. §. pen. ff. de liberis exhib. 52
L. si cum testamento, §. si fundum, ff. de exce. rei iudic. num. 10. 62
L. si ita quis, §. ea lege, ff. de verbor. obliga. ante vers. limit. 13. 185
L. si ita stipulatus, §. 1. ff de verb. oblig. n. 4 60
L. si pignore ff. de furt. vers. infertur 27. 1 56
L. sed & si vnius, §. filiofam. ff. de iniur. num. 105. 202
L. 2. ad legem Cor. de sicar. num 18. 22
L. Imperatores. ff. de iure fisci. num. 32 214
L. milites agrum. §. desertorem, ff. de re milit. num. 32. cum seq. 26
L. Lucius. §. idem respondet. ff. ad munic. vers. limit 3. 91
L. filij. §. Senatores, ff. ad munic. n. 4. 251
L. vacatio, ff. de muner. & honor. 248
L. 1. ff. de iure immunit. ibid.
L. final ff. de decur. 167
L 1. § in honorariis, & §. licita, ff. de variis & extraord. 157
L. alienatum, ff. de verbor. sig. 109
L. recte dicimus, ff. de verb. sig. num. 18. 64
L. alienationis verbum, ff. de verborum sign. num. 29. & seq. 213
L. lege obuenire, ff. de verb. sign. 234
L. nemo prædo, §. 1. ff. de reg. iur. n. 6. 35

Ex Cod.

Authen. quas actiones, C. de sacros. eccles. vers. infertur sexto. 229
L. fin. C. de sacros. eccle. vers. infertur quarto. 229
L. cum oportet. C. de bon. quæ libe num. 31. & seq. 46. & §. cum autem eiusdem l. n. 51. 51. & num. 74. 57. & §. non autem. 29
L. cum oportet, §. vbi autem, C. de bon. quæ liber. n. 66. exactissime. 82
L. 2. C. de vsucap. pro empt. 212
L. nihil, C. de vsucap. pro hæred. n. 40. 41. & seq. 31
L. binos. C. de aduo. diuer. iu. n. 74. 171
L. cum à matre, C. de rei vend. n. 81. & seq. latissime & vtilissime. 180
L. doce ancillam, C. de rei vend. n. 14. 108
L. 1. C. si aduers. credit. num. 48. 223
L. si fundum, C. de rei vend. num. 17. 209
L. 1. C. de vsufruct. num. 75. cum seq. 95
L. 9. C. de vsufruct. 11
L. 4. C. de probat. num. 6. & 7. 61

L.2.C.de patrib.qui fil.distrax.n.20.cũ seq. elegantissime & latissime. 23
L final.C.de rebus alien.n.18 109
L emptorem,C.locati.nu.68. 165
L.fœminæ.C.de secund.nup.n.3. 60
Authen.hæres,C.de secun.nup.num.38. 49
L.in rebus,C.de iure dot.& l.si prædium,eo. tit.num.12. 107
L.si dotem.C.de iur.dot. 158
L.fin.C.de iure dot. 7
L.1.C.de fundo dot.n.18.& 19. 109
L fin.C.de natur.lib.n.20. 244
L.non solum,C.de præd.minor.vers.pro qua. 126
L.si ad resoluendam,C.de præd.minor.num. 54. 141
L.1 C.qui admit.vers. quod sequitur. 34
L 1.C.de verb.sign.num.44. 14
L.ex repudiatione.C.de fideicom. 202
L.fin.§.sed quia,C.communia,de leg. num. 10. 207
Auth.res quæ,C.communia de leg.n.102.201
L.1 C.de cond.inser.ornatur & ampliatur cõtra Scribentes. 249
L.1.in fin.C.de annal except.num.45. 221
Authent.malæ fidei, C.de lõgi temporis præscrip.num.8. 206
L.fin.C.de euictio.vers.limit. 185
L.3 C.de patria potest.n.30.& seq. 26
L.si vnquam.C.de reuoc.donat.num.20.& num.23. 6
L.1.de infirm.pœn.cælib.num.14. 21
L.1.C.de iure libe.num.13.cum seq. 21
L.fin.C.ad l.Iul.maiest.num.32. 214

Ex tribus posterioribus libris Co.

L.defensionis,C.de iur.fisc.vers. quod iuuatur. 66
L.vnic.C.de impon.lucrat.descript.vers.infertur 29.157.& melius vers.infertur ex communi. 11 250
L.cognouimus,C.de mancip.& colo.vers.infertur 10. 166

Ex Authenticis seu Nouellis.

§ habeat.in Auth.vt eccles.Roman.n.40.elegantissime. 217
Auth.vt eccles.Rom. 228
Auth.hæc constitutio.collat 8. 228
§.sed quod sanctum in Auth.ff.de nup.nu. 45. 221
Auth.cui relictum.& origi. 223

Ex libro Feudorum.

C.1.§.quid ergo.de inuest.de re alie.num.69. 167.
C.1 an agna.vel fil.nu.88.188.n.95. 193
C.1.de capi.Corra.n.70.168.& nu.19. 210
C.1.§.Titius.si de feud.fuerit controuers.inter domin.& agnat.nu.95. 193

Ex Institutionibus.

§.1.Institu.de patria potest.cum glo.n.10. 20
§.finitur.Instit.de vsufruct.nu.38. 117
§.posthumi.Insti..de hæred.quæ ab intest.nu. 37. 29
§.sed nec hæres.Institit.de testam.nu.16. 39

Ex Decretalibus.

C.constitutus.de in integr.restit. 200
C.vltim.de pignor. 79
C.per tuas,de donat.vers.nec.obstat. 152
C.quia diuersitatem,de conces.præben.n.46 & seq. 222
C.nuper.de donatio.inter virum & vxorem. 115

Leges Regiæ,seu ordinationes.

Lib.1.tit.76. 155
Lib.2.tit.17.§.3.num.17. 109
Lib.3.tit.30.§.5. 132
Lib.4.tit 6.num.19. 110
Lib.4 tit.6. 143
Lib.4 tit.77.§.33 num.71. 86
Lib.4.tit.62.§.3.num 69. 56
Lex Castellæ 40.Tauri.num.71.170.& 215

FINIS.

COMMENTARIA

D. ARII PINELI LVSITANI

I. V. D.

AD CONSTITVTIONES C. DE BONIS MATERNIS.

RVBR. C. DE BONIS MATERNIS.

PRIMA PARS.

SVMMARIVM.

1 *Duo præludia necessaria huic titulo & sequenti.*
2 *Appellatione bonorum quæ contineantur, quod multipliciter & vtiliter explicatur.*
3 *Examinatur gloss. non ad ea, ff. de cond. & demonstr.*
4 *Ostenditur aliquos Interpretes contra iura expressa in hac materia locutos.*
5 *Nomen rerum & bonorum in proposito æquiparari.*
6 *Non referre, an nomen, bona, exprimatur indefinite vel vniuersaliter.*
7 *Pronomen, mea, adiectum nomini, bona, non impedire, quin veniant iura & actiones.*
8 *Multo clarius supradicta procedere in hypotheca & obligatione bonorum.*
9 *Contra Ludouicum Gometium ostenditur in proposito, non esse differentiam inter dispositionem legis & hominis.*
10 *Nomen, bona, cum relatione ad certum locum non comprehendere nomina debitorum.*
11 *Summarium Bartol. ad l. Caius, ff. de lega. 2. non recte stare.*
12 *Examinatur doctrina Lapi ad d. l. Caius.*
13 *Probatur multis iuribus regulam præcedentem d. l. Caius, procedere, & num. 14.*
15 *Examinatur controuersia Tiraq. & Benedic.*
16 *Ampliatur d. l. Caius, & regula, quæ ex ea deducitur vt procedat, non obstante fauore seu ratione sanguinis, & num. 17.*
18 *Appellatione bonorum, contineri emphyteutica, & similia, & num. 19. & num. 22.*
20 *Ostenditur in hoc plures iuris interpretes magni nominis sæpe lapsos.*
21 *Probatur naturam verborum aliqua importare, quæ in dispositione non comprehenduntur.*
23 *Deciditur quæstio vtilis ad l. si vnquam, quam indecisam reliquit Tiraq. in repetitione illius l.*
24 *Probatur recepta opinio, vt iura & actiones constituant speciem bonorum distinctam à mobilibus & immobilibus.*
25 *Inseruntur aliqua in diuersis materiis.*
26 *Discutitur quæstio circa publicationem bonorum mobilium & immobilium.*
27 *Ostenditur error Chass. in proposito.*
28 *Tractatur limitatio ad præcedentem conclusionem.*
29 *Tentatur noua opinio in hypotheca contra Doctor. vt comprehendat iura & actiones, non obstante adiectione, mobilium & immobilium.*
30 *Explicatur quæstio Fulgo. ostenditurque eum non bene citatum à Cor. & Soc. iuniore.*
31 *Adiectionem mobilium & immobilium restringere nomen, bona, non obstante signo vniuersali.*
32 *Alc. & Mol. contra iura & receptas sent. locuti.*
33 *Tractatur distinctio glo. circa actiones, habito respectu rei, ad quam competunt.*
34 *Ponitur difficultas receptæ traditionis, quæ à Doct. non soluitur.*
35 *Adhibetur notabilis consideratio ad aliqua negotia occurrentia in hoc proposito.*

36 *Donatio rerum vel bonorum non restringitur ad bona loci, in quo fit donatio, contra Gomet.*

37 *Explicatur l. si fundus, ff. de euiction.*

38 *Quæstio, An in legato generali veniant venalia, exactissime discutitur.*

39 *Explicatur l. generali, §. vxori, ff. de vsufruct. lega. & l. 1. C. de verb. signif.*

40 *Intelligitur l. seruos, §. si ff. de leg. 3. & l. pediculis, §. item cum quæreretur, ff. de auro & arg. leg. & n. 41.*

42 *Et d. §. item cum quæreretur. ostenditur errasse Dec. Rom. Benedict. & alios in d. locis arti.*

43 *Explicatur Bart. in d. §. vxori, &c.*

44 *Tractatur, an sit differentia inter venalia ex redditibus bonorum, & venalia negotiatorum.*

45 *Agitur circa hoc quid in conuentionibus, & hypotheca, & de intellectu l. cum tabernam. ff de pig.*

46 *Agitur de intellectu text. in l. obligatione generali, ff. de pig. contra Dec. & alios eum sequentes.*

1 TRactaturi (Deo duce) in hoc titul. & seq. de bonis quocunque modo quæsitis filiisfamil. & per eos parentibus, sub quorum potestate sunt: operæprecium duximus, duo in primis necessaria præludia examinare. Primum de nomine, *bona*, quo vterque titulus inscribitur. Secundum de ipsa patria potestate, cuius vi filij patribus acquirunt. Hæc enim duo in his tractatibus vbique sese offerunt, & in hoc sequimur consilium Vlpiani *in l. 1. ff. si cert. pet. & alibi sæpe.*

Ad primum, vulgare est apud ICtos nomẽ *bona*, late patere, vt *in l. bonorum, n. 49. ib. ordine. ff. de verb. sign.* & ibi Accurs. & Alc. & *in l. Princeps bona, 21. eo. tit.* & ibi Accurs. Bartol. & Alciat. & copiose Benedict. *in cap. Raynutius, verb. cætera bona*, & Tiraquel. *in l. si vnquam, verb. bona.* & Angel. *in tract. maleficio. verb. & eius bona.* Sed omissis multis, quæ illi tradunt, & facile inuenientur, expediemus aliqua vtiliora, in quibus etiam non pauci scribent. haud
2 raro lapsi sunt. Est autem conclusio illorum iurium, vt appellatione *bonorum* non solum contineantur corporalia, mobilia, & immobilia, sed etiam iura & actiones, quod multis aliis iuribus comprobat gloss. *in d. l. princeps bona*, & curiose Tiraquel. *in d. loco*, sed ad hoc sufficit tex. *in l. si legatus. 30. §. 1. ff. ad Trebell.* Idque etiam in pœnalibus locum habet, vt *in l. si ademptis. C. de sent. pas-* quæ id statuit in publicatione bonorum, quod tamen limitari potest, nisi publicatio fiat de mobilibus & immobilibus, tunc etiam dicunt plures non comprehendi iura & actiones, quod nos paulo mox *inferius* tractabimus. Eandem conclusionem limitat etiam Ias. *in l. si stipulatus fuerim, §. cum stipulamur. n. 6. ff. de verber. obligat.* Limitatur etiam 3
d. l. si ademptis. per gloss. in l. non ad ea, ff. de conditio. & demonstr. vbi Bartol. & Ld. notant, & Roman. *in nota. 170.* Alex. notabiliter *in l. si marito, n. 2. ff. solut. matr.* Dec. *in cons. 2. 5. num. 5.* Ias. *in d. §. cum stipulamur.* ex qua gloss. commendata & recepta habetur, in publicatione bonorum non venire futura nec conditionalia. Bar. Alex. Dec. *in l. 3. §. fi. ff. quod quisq; iur.* Bald. *in l. 3. n. 4. C. ad legem Falc.* & bonus text. *in l. si mandauero, 22. §. is cuius, ff. man. ibi, quicquid postea acquiritur, non sequitur fiscum,* & illum extollit Bald. *in l. fin. in fine, C. quæ res pig. oblig. poss.* in quo cauendum est ab Ang. *de malefi.* vbi *supra num. 12.* qui ex generalitate gloss. videtur id extendere ad cõditionalia ex contractu, quod tamen communiter reprobatur, tunc enim conditionalia ex contractu pendentia, quæ postea implentur, veniunt in confiscatione, vt resoluit Ale. *ad Bar. in d. l. Nõ ad ea, & in d. l. si marito.* & Roman. *in d. fing.* & Chassan. *in consuet. Burg. Rub. 2. §. 2. fol. 96. col. 1. n. 24.* Si vero publicatio bonorum fuerit cum deportatione, intelligе *d. gl. & verba d. §. is cuius*, vt viuens deportatus fruatur quæsitis post sententiã: eo autem mortuo, occupat fiscus omnia ab eo relicta, quia deportatus non habet alium hæredem, *l. 2. C. de bon. proscrip. & ibi Dd. glo. d. §. is cuius.* vbi vide Fulg. notant Bald. & Imol. *in l. eius qui, §. 1. ff. de test.* facit text. magistralis *in l. quidam sunt, ff. de pœn.* resoluit Alex. *in l. 1. column. 3. Cod. de hæred. instit.* Contra 4
hoc autem tam vulgare, totque iuribus probatum, videlicet appellatione *bonorum*, contineri iura & actiones, sæpissime scripsit Guid. Pap. vt aduertit Tiraq. *in d. verbo, bona, num. 7.* vbi etiam in eodem errore ostendit aliquando fuisse Dominic. à sancto Gemi. & in eo cauendum

uendum est etiam à Panor. *in c. 2. n. 3. de relig. dom.* & à Barb. *ad Bald. in l. 1 litera b C. de vsufr.* vbi contra hæc iura loquitur. Ex his etiã patet errare eos, qui scripserunt non sufficere nomen hoc *bona*, simpliciter prolatum, vt comprehendantur iura & actiones, ideoque exigunt signum vniuersale *omnia*, aut simile: in quo errore fuit Const. Roge. *in l. vlt. nu. 3. de don.* colligitur ergo ex supradictis certissima regula, vt appellatione *bonorum* in materia fauorabili & pœnali veniant iura & actiones: & hæc sit prima conclusio in hoc articulo.

5 Secunda conclusio, quod in proposito idem sit in hoc nomine, *Res*, iuxta text. *in l. rei appellat 23. ff. de verb. sign.* & colligitur ex *l. Rei appellatio. 5. ff. eod. tit.* latissime scribentes *in l. 1. ff. si cer. pet.* regulariter autem in dispositionibus legis & hominis harum vocum, & *res*, & *bona*, partiũ est, vt colligitur ex Bart. *in l. quintus. §. argento, ff. de aur. & arg. leg.* Bar. Albe. Bal. *in l. 1. ff. de sta. homi.* & eandem æquiparationem probat Bald. *in l. 1. in princ. C. de vsufr.* Felin. *in annotat. Decret. §. omnes leges. col. antepen. & Decret. in l. 1. lectu. 2. n.* 6 *7. ff. si cert. pet.* Et hoc procedit sine dubio, etiam si nomen, *res* vel *bonorum*, exprimatur simpliciter, sine aliquo signo vniuersali, vt in allegatis iuribus, maxime *in d. l. si legatus, ff. ad Treb. tex. in l. nam quod 14. §. vlt. cum duabus legibus seq. ff. eo. tit.* colligitur præterea ex tex. *l. quoties. 40. §. vlt. ibi vniuersorum, & ibi bonorum, ff. de vsufr.* notat Bart. *in d. l. si legatus, §. 1. & in d. l. nam quod, §. nõ omnis, ibi, omnia vel simpliciter.* Addo text. *in leg. vxori meæ, ff. de vsufruct. leg. ibi, bonorum meorum, & ibi omnia*, vbi hæc æquiparantur.

7 Tertia conclusio sit, quod vbi quis in dispositione rerum vel bonorum addit pronomen, *mea*, adhuc veniunt iura, & actiones, contra veteres, quos sequebatur Bart. *in l. 1. nu. 3. ff. de stat. homi. & ibi*, Bald. *in princip.* & Ang. *de malefi. d. verb. & eius bona. n. 3 & in §. fin. num. 2. Institu. de iur. nat.* idem etiam sequi videbatur Gui. *decis. 442. num. 2.* & alij, quos refert Tiraq. *d. loco, num. 8.* Verius enim est, quod aduertit Bar. *in d. l. quintus, §. argento, n. 3.* vbi reprobat opinio. antiquorum, per multa iura, quibus probatur adiectionem pronominis, *mea*, non minuere significationem huius dictionis, *bona*; nec referri tantum ad ea quæ possiden-

tur. Idque probatur maxime ex *d. l. si legatus, §. 1. & dict. le. Nam quod, §. final. cum duab. ll. seq.* & hanc opinionem probat text. *in l. meo, num 91.* vbi Alcia. *num. 1.* eam dicit communem, *ff. de verb. signif.* & Felin. *in d. §. omnes leges*, Gomes. *in §. omnium, num 22. Institut. de action.* Hispanus Fernandus Arias *l. 21. Tauri. num. 15.* Rip. *in l. 1. col. fin. num. 104. ff. si cer. pet.* Segur. Hispan. *in leg. quemadmodum, fol. 91. ff. de acquir. possess.* & idem est si dicatur, *omnia mea*, vel, *mea* sine substantiuo, *bona, ex dict. l. si legatus, §. 1.* per quem ita notat Bart. *dict. §. argento. num. 4. versic. hoc præmisso.* quem somniculose reprehendit Gom. *d. §. omnium, n. 22.* putans Bart. contrarium dixisse. Et hinc cauendum est ab Alc. *in l. fin. num. 79. Cod de pact.* qui loquitur contra hanc receptam sententiam: & minus bene citat Bartol. *in d. §. argento*, & ita etiam in confiscatione & pœnalibus resoluit Roman. *in l. si constante, §. fin. num. 8. ff. solut. matrim.* Quarta conclu- 8
sio sit, quod cum relictis & donationibus appellatione *bonorum* veniant iura & actiones, ex iuribus *supra* citatis: multo fortius idem dicendum est in hypotheca seu obligatione bonorum, & ita communiter intelligitur text. *in l. nomen. C. quæ res pigno. oblig. poss.* facilius enim extẽditur obligatio, quam donatio, ex *l. fin. eiusd. tit. iuncta l. si ita, ff. de aur. & arg. lega.* & ibi Bartol. explicat: idque non tantum procedit in obligatione expressa, sed etiam tacita, contra Azo. & Accurs. relatum, & contra eundem Accurs. variantem *in l. 3. Cod. de hæred. actio.* vbi contra Bald. ita communiter Dd. resoluunt, & Paul. Castr. *in l. si conuenerit, 1. ff. de pig. actio.* idem Paul. *in l. si constante, §. fin. ff. solut. matrim.* asserit receptum Dec. *consil. 349. ad fin. 10.* & Negu. *de pign. 4. memb. 2. artic. num. 165.* ex quo cauendum est ab Iaf. errante in conclusione & in allegatione illius glo. *in §. item Seruiana, num. 4. Institut. de actio.* Quinta conclusio est, necessaric- 9
que infertur ex præcedentibus, vt hæc regula non solum procedat in dispositione legis, sed etiam in dispositione hominis, vt patet ex allegata *l. vxori meæ. 37. ff. de vsufr. lega. & l. si legatur, §. 1. ff. ad Trebell. cum multis aliis.* Ideoque vana est differentia, quam in hoc constituebat Gomes. *in d. §. om-*

pium, num. 23. *ad fin.* male citans Ang.
10 Aretin. & Alexand. Sexta conclusio limitat præcedentes, vt scilicet appellatione *rerum* vel *bonorum* facta relatione ad locum, non contineantur iura & actiones, eo quod certo loco non circumscribuntur, *l. Caius, ff. de lega. 2. & in l. fideicom. §. tractatum, ff. de iudic.* & ad hoc *d. l. Caius* extollunt Dd. vt tradit Tiraq. *d. verb. bona, num.* 9. dicit nota. Iaſ. *in §. item Seruiana. num.* 42. *Inſtitut. de action.* & ita illam l. intelligit Ioan. Imol. ibi. Bald. *in l.* 1. *ff. de ſtat. hom.* & eſt recepta interpretatio, vt colligitur ex Iaſ. *in le. Cunct. pop. 2. lect. 1. ad fi. C. de ſum. Tri. & in l. A diuo Pio. §. in vendit. num.* 6. *ff. de re iudi. & in d. §. Item ſeruiana, num.* 42. *Inſtit. de action.* idem *in conſ.* 5. *col.* 3. *libr.* 3. & Alcia. *in l. fin. num.* 80. *C. de pact.* Alexa. *conſil.* 31, *num.* 7. *lib.* 1. Alc. *l. nominis, & rei. ff. de verb. ſign.* Ioan. Cerier. *de primogenit. lib.* 2. *quæſt.* 9. contra quod miſere agit Gome. *d. §. omni. colum.* 6. *verſic.* 3. *num.* 23 In quo aduerte non recte ſenſiſſe Bart *in d. l. Caius. in ſummario.* dum
[11 indiſtincte dicit, in legato generali non comprehendi iura & actiones, per text. ibi, quod eſt contra iura, & receptas ſententias, text. autem *in d. l. Caius*, ſuam habet ſpecialem rationem, vt vides. Similiter circa eandem l. labuntur alias lo. Imol. & Rom. *in l. ſi. ff. de donatio.* conſtituentes differentiam inter verba generalia, & magis generalia, vtrobique enim, ſi relationem facias ad locum, eadem eſt ratio. Sed *d. l. Caius*, eleganter
12 limitabat & declarabat Lapus *allega.* 91. *num.* 8. *ad fin.* vt nomina debitorum circumſcripte non dicantur eſſe in loco, ſed aliquando per effectum exactionis, quæ fieri poteſt loco certo, indicantur eſſe bona eiuſdem loci vel prouinciæ, & ideo contineantur ſub legato vel diſpoſitione loquente de bonis: vt ſi quis leget vel donet bona Italica, vel Hiſpanica, contineantur ea quæ in illis prouinciis ſoluenda erant: quod ſequitur Alex. *conſ.* 16. *ad ſi. libr* 1. & Soci. *conſ.* 101. *nu.* 2. *lib.* 1. & Cerier. *de primoge. lib.* 2. *q.* 9. *num.* 7. Sed aduertendum, quod limitatio hæc Lapi ex verbis eiuſdem *in princ.* dum loquitur de pecuniis, procedit plane, cum expreſſim in diſpoſitione fit mentio de nominibus debitorum, cum relatione ad locum tunc enim ea locutio intelligitur de ijs, quæ in eo loco exigi poſſunt, non autem intelligitur de inſtrumentis, vel chirographis exiſtentibus in alio loco, in quo debita exigi nõ poſſunt, vt colligit Ale. *d. conſ. ad fin.* & ex Soc. *d. conſ.* & hoc modo limitatio Lapi vera eſt, & non tanti momẽti, vt forſan ſonare videatur alia Si indiſtincte Lapus loqueretur, obſtaret deciſio illius *l. Caius.* cũ ſimil. niſi forſan agatur de relicto, vel donatione mercatoris, qui nomina tantum haberet in illis locis. Tunc enim de ipſis nominibus debitorum intelligetur, attenta qualitate diſponentis, & ne diſpoſitio irrita ſit, vt dicemus *in Rub. ſeq.* circa venalia, & ita de mercatoribus loquitur Lapus *d. loco.* crediderim etiam quod in inſtitutione & fideicommiſſo, vbi teſtator diuideret bona inter hæredes, tunc appellatione *bonorum* vnius prouinciæ comprehenderentur nomina debitorum, quia tunc non fit relatio ad locum tam limitatum, nec animo reſtringendi inſtit. vel fideicom arg. tex. *in l. Si certarum. §.* 1. *ff. de mili. teſta.* text. *in l. cogi. §. ſed & ſi miles. ibi. res Italicas. ff. ad Treb.* nec contradicit Soci. *d. conſ.* 101. *in* 1. *volu.* imo videtur hoc comprobare, ſi mature inſpiciatur. Septima cõcl. precedentem ampliat: vt quando *bona* nominantur, cũ relatione ad locũ, non veniãt 13
iura & actiones, licet adijciatur ſignum vniuerſale cũ verbis generaliſſimis, puta *omnia*, vel quæcunque bona, vel omnia bona, vbicunq; ſint, vt tradit Iaſ. *in d. l. à diuo Pio, §. in vend. n.* 7. *in qu.* in qua refert ſe conſuluiſſe, vti conſuluit, *d. conſ.* 5. *lib.* 3. quod refert idem Iaſ. *in l. Stipulatio hoc modo concepta, n.* 22. *ff. de verb. oblig.* quibus in locis refert Bald. ita conſulentẽ, quod probat Dec. *cõſ* 273. vbi in ſpecie Iaſ. citat idẽ Dec. *conſ.* 414. *n.* 11. quæ declaratio iuuatur ex tex. *d. l. Caius*, quã no. Bal. *in d. l.* 1. *ff. de ſta. homi.* vbi erat verbum, *omnia.* Iuuatur etiã ex tex. *in l. generali, §. vxori. ff. de vſuf. lega. ibi, omnĩu rerũ quæ in his domib. erant*, militat etiam ratio *d. l. ſi fideicom. §. tractatum. ff. de iudic. ibi, cum non loci ſit æs alienum.* facit tex. *in d. l. pediculis, item cum quæreretur, ff. de auro & argento. le. ibi, omne, & ibi, non videri legatũ.* Ad idem facit tex. *in l quæſitum. §. pen. verſic. Papinianus. ff. de fund. inſtruct. ibi, omnia quæ in domo erant, & ibi, cautiones debitorum legatas non videri*: ad idem facit text. *in l. quæſtum. 76. §.* 1. *ff. de legat.* 3. *ibi, omne. & ibi,*

quod

quodcunque, & ibi, quicquid, vbi sunt verba vniuersalia, sed non comprehenditur, quod ex regula & ratione iuris nō solet cōprehendi. Et est eadem fere ratio ad nostrum articulum. facit etiam ad idem tex. *in l. Vxorem. 39. §. legauerat. ff. de legat. 3. ibi, quicquid, & ibi, non deberi.* Sed in proposito melior tex. *in l. si mihi Mœuia, ibi, cum cæteris vniuersis, quæ in eisdem fundis erunt. & ibi, vti optimi maximique sunt, iuncta decisione ibi, nomina debitorum legato non contineri.* Quem tex. in proposito dicit singularem Pau. *in dict. l. Caius, num. 1.* Vides igitur iura clara, vt hæc cōclusio procedat, etiam si concurrāt verba geminata & generalissima, vt aliquando consuluit Cor. & similiter Bertrand. quos refert Tiraq. *de retract. Lign.* 14 *§. 1. gloss. 7. num. 28.* Ex quibus iuribus infertur, in his terminis errasse Imol. & Rom. *in d. l. Caius*, nisi adiicerētur verba generalissima: vides enim ea verba ita generalissima & geminata *in d. l. si mihi Mœuia*, non tamen comprehendi nomina debitorum. Quæcunq; enim verba fingas in relatione ad certum locū, nunquam videbis posse eam congruere nominibus debitorum, cum nullo modo sint in loco. Inde etiam infertur, non semper verba geminata & vniuersalia augere, vel mutare naturam rei, vt alias dicit IC. *in d. l. pediculis, §. Labeo, ff. de auro & arg. lega.* licet etiam verba geminata & generalia sæpe augeant & magis operentur, vt tradit Alci. *lib. 3. de verb. signif. post princ.* Molin. *ad Alex. cons. 30. lib. 1.* Ripa *in l. Ex facto, §. fin. n. 16. ff. ad Trebel.* tradit multa pro & contra copiose Tiraq. *d. §. 7. num. 21. & 27.* Ex eisdē 15 iuribus infert Tiraq. *in d. §. 7. nu. 26. & 27.* contra Benedict. *in d. cap. Raynutius. verbo. Cæterabona, nu. 8.* vbi dixit, quod si testator, de quo ibi relinqueret omnia mobilia & immobilia, quæ haberēt loco certo, venirent nomina debitorum. Et ideo Tiraq. *in d. l. num. 28.* putat Benedict. loqui contra iura, & contra eum citat Dd. *in variis locis*: sed licet Benedict. non vtatur aptis terminis, verum tamen dixit, & Tiraq. decipitur, nam Benedict. loquitur in institutione vniuersali, per verbum, *relinquo*, cum vniuersitate bonorum, *l. His verbis*, vbi glo. & Bart. *ff. de hæred. instit.* Ale. *in l. nam quod, §. non omnis. ff. ad Treb.* igitur succedit regula *l. 1. §. si ex fundo. ff. de hæred. instit.* vt non dato cohærede, institutus in certa parte bonorum cętera omnia consequatur: & ita congrue Benedi. ex illa regula argumētatur, nec loquitur de donatione, quod nō aduertit Tiraq. Iura autē & Dd quib. Tiraq. nititur, loquuntur in donatione vel legato, aliave dispositione particulari, in qua non datur illud necessariū ius accrescendi & consolidandi omnia bona ad personā illius, in quem ipsa dispositio dirigitur. Facit quod in simili resoluit Alex *cons. 45. n 9. ibi, nisi generaliter, lib. 1.*

Octaua conclusio ad ampliationem 16
præcedentis, & maxime ad ampliationē *dict. l. Caius*, est, quod vbi ex relatione ad locum vel simili causa, *bonorū* appellatione non comprehenduntur iura & actiones, id procedat, quamuis relictum vel donatio conferatur in personam delectissimam, etiam si in filium: vt colligitur ex Bar. cons. relato à Bened. *in d. verb. n. 25 ad fi.* Ias. *in d. l. A diuo Pio. d. §. invendi. n. 7. & alibi sæpe*, pro quo in terminis est tex. *in d. l quæsitum*, §. 1. *ff. de lega. 3.* vbi erat relictū filio. & ita tex. *in d. l. quæsitū, §. pen. vers. Papi. ff. de fund. instruct.* Sic & de filia loquitur in simili tex. *in d. l. Pediculis, §. Itē cū quæreretur, ff. de auro & arg. lega. & d. l. Caius*, agit de relicto Nepoti, quod fuit specialiter notandum, ne quis deciperetur ex iis quæ in iure sæpius tradūtur de fauore sanguinis, & specialibus ratione consanguinitatis, vt *l. Aurelius. §. Titius. ff. de l. legat.* Alciat. *Regul. 1. præsum. 6.* & pluribus probat Ias. *in l. 1. ff. in ius voca. vt eant.* & Feli. *in c. cum quidam, n. 11. de iureiur.* Hippo. *in l. vna. numer. 194. C. de rap. virg.* Matthæ. de Afflict. *in tract. de iure protom. ex num. 14.* & latius *in cap. 1. §. Si clientulus, de aliena. feudo.* late Tiraq. *de retract. in præfat. ex num. 52.* quibus adde tex. *in l. vestem, ff. de iniur.* & tex. *in l. Si pater, §. fina. ibi coniunctam. ff. de adoptio.* & quæ tradit Clemen. *in repet. l. 2. col. 61. C. de rescind. vendi.* Magis etiam 17
fuit necessarium de hoc admonere lectorem, quia non solum posset quis decipi ex illis generalibus, quæ modo retulimus, fauore cōsanguinitatis & dilectionis: Sed in specie contrarium scripsit Rom. *notab. 643.* dicens ob amorem filialem contineri iura & actiones, & etiam venalia, quæ alia non continerētur: nec meminit illorum iurium, contra quæ loquitur, deceptus per tex. *in d. l. quæsitum. §. sed ipse Papinianus, ff. de fund. instrum.* qui

aliud longe diuersum probat, vt declarat Socin. *in l. Si ita legatum. ff. de condit. & demonstr.* Dec. *cons.* 59.

18 Nona concl. est ex *l. bonorũ, ff. de verb. sign.* vt sine dubio appellatione *bonorum* contineantur mobilia & immobilia, subditq; tex. contineri superficiaria. de quibus *in tit. ff. de superfi.* idq; patet ad sensũ: & colligitur *ex l. tutor.* 16. *§. fin. ff. de pign. actio. & l. lex vectig.* 31. *ff. de pig.* vere enim inter bona nostra connumeratur emphyteusis per illa iura. & colligitur *ex l. 1. cum seq. ff. si ager vectig. vel emphy. pet.*

19 Ideoque & in bonis emphyteuticis minoris requiritur solennitas decreti, vt *in l. 3. §. si ius emphyteu. ff. de reb. eor. l. etiam. C. de præd. mino.* de qua voce *emphyteusis* agit Alciat. *ibi. 1. parerg. cap.* 36. indeq; infertur necessario ad res ecclesiæ, quod scripsit (non citans illa iura) Rebuff. *in suo compendio circa alienationes rerum Ecclesiæ*, facit quod scribit Rip. *in rub. ff. de pign. n.* 10. quod in generali obligatione veniũt bona emphyteutica: per illa iura quæ citat: sed minus bene. namque illa iura loquũtur magis de obligatione expressa, verum tamen est quod Ripa dicit, vt trademus *in l. 1. infra eod. vel in Rubr. tit.*

20 *seq.* Hinc sequitur, quod si vim & significationem huius verbi attendas, necessario dicendum sit lapsos fuisse sępissime plures, maximosque Iuris Interpre. qui dubitarunt aliquando, an appellatione *bonorum* contineantur Emphyteutica, vel similia, in quibus quis habet vtile dominium, tamen aliquando etiam scripserunt non contineri, nec sibi satis constant, vt colliges ex Ias. variante *in l. Gallus, §. quidam recte 1. lectu. nu.* 42. *& seq. ibi caue tamen*: & colligitur ex relatis ab Alex. *in l. si patroni, ff. ad Trebell.* huiusmodi etiam varietas & negligentia Dd. adhuc magis colligitur ex relatis à Dec. *in l. 1. in 2. lect. num. 9. ff. si cert. pet.* & tradit Matth. de Afflict *in dec.* 14. *nu.* 9. sed & alibi distinguunt, an dicantur bona indefinite, an omnia bona vniuersaliter, vt sentit idem Matth. de Affli. *li. 1. consti. Rub. 6. num.* 48. & Ias. *cons.* 124. *col pen. lib.* 4. Ac insuper alibi distinguunt inter hæreditatem & bona, vt per Ias. *in Authen. Vnde si parens, num.* 8. *C. de inoffic. testam. & in d. §. quidam recte, in vtraque lectu. Et in suo compendio feudor. n.* 45. Et Matth. de Afflict *in c. generali, nu.* 27. *si de feud. fuer. controu. inter dom. & agnat. lib.* 3. *feud. fol.* 37. *col.* 4. In quibus locis videbis eam quã diximus varietatẽ, tam circa bona Emphyteutica, quam feudalia, præsertim apud Matthæ. de Afflict. *in d. loco* post alios. Et vsque adeo in hoc variant dubitantque Dd. vt Tiraquel. plures referens, *in l. si vnquam. verb. bona, num.* 10. *in fin.* non resoluerit, an decisio illius l. locum habeat in donatione bonorum feudalium vel emphyteuticorum, quæ vtilissima quæstio non erat relinquenda indecisa, maxime repetenti l. illam.

Verum ego non dubito (vt dixi) si ver- 21
bi significatio respiciatur, Emphyteutica & feudalia proprie *bona* appellari: quod recte Dec. sentisse videtur *d. l. 1. in 2. lect. n.* 9. *ff. si cert. pet.* Idem probatur ex text. *in l. Item prædia, ff. famil. ercis.* vbi dicit hæc bona venire in iudicium famil. ercis. & similiter in iudicium commune diuid. vt *l. 7. ff. comm. diuid.* quæ iura sæpissime citantur à nostris indistincte asserentibus, quod bona emphyteutica & similia possunt diuidi inter hæredes, quod quidem longe aliter intelligendũ est, quam Interp. putarunt, vt late atque vtiliter deducemus *in l. 1. in 2. part. infr. eod.* Aliquando tamen non obstante significatione vocabuli, non continebuntur feudalia vel emphyteutica sub nomine *hæreditatis* vel *bonorũ*, ex aliqua ratione particulari, quæ ita suadeat, vt tradit Bart. *in l. item videndum, §. fin. ff. de petit. hæredit.* Alex. *in d. l. si patroni*, & ita procedit tex. *in d. cap. in generali*, & quæ ibi tradit Matth. de Affl. Ita etiã eleganter comprobabis quod scribit Ioan. Cro. *in l. Si constante. nu.* 26. *ff. solut. matr.* qui hæc non aduertit: & non est nouum, aliqua ex defectu intentionis non comprehendi in dispositione generali, quæ tamen, quoad verba, sunt eorum, de quibus loquitur ipsa dispositio, vt *in l. obligatione generali ff. de pig.* & alibi sæpe facit *l. item apud Labeonẽ, §. ait prætor. ff. de iniur. ibi. quæ notabilia specialiter.* Optimus tex. *in l. si quis ita, 16. §. si quis cum ignoraret. ff. de testam. tut. ibi, licet nomen. & ibi, quia nõ sensisset.* In quæstione autem *d. l. Si vn-* 23
quam. crediderim l. illã procedere etiam in bonis feudalibus vel emphyteuticis, si fuit vera donatio ex parte eius qui liberos postea suscepit, ita vt nouus possessor principaliter ab eo habere dicatur, tũc enim militat ratio legis, militãt etiã

verba,

verba, cum & hic proprie de bonis agatur, vt probaui. Vbi autem in casu *d.l. Si vnquam*, bona illa alteri obuenerint, magis ob nouam concessionem domini directi, vel alia causa, quæ maioris ponderis est quam renunciatio & voluntas illius, qui liberos suscepit: aliud dicendum erit, quia tunc possidens non dicetur habere ab eo, ex ijs quæ trademus *in l. cum multa*, *infra tit. seq.*

24 Decima conclusio in hac materia sit, quod iura & actiones, licet proprie dicantur *bona*, constituunt tamen bonorũ speciem diuersam à mobilibus & immobilibus, nec proprie dicuntur mobilia vel immobilia, vt colligitur ex IC. *in d.l. à diuo Pio, §. in vendit. ff. de re iudic.* ex text. ob hoc celebri apud Dd. *in l. quam Tuberonis, §. in peculio ff. de pecul. ibi, res mobiles & soli*. & ibi hoc amplius nomina debitorum, & ita antiqui Dd. tradebant, vt refert Barto. *in l. potest. ff. de author. tutor.* Bart. *in l. mouentium, ff. de verb. signif.* & ibi notanter lateque Alberi. Et hæc est recepta Theorica, vt tradit Alex. *in d. §. in venditione, in 1. nota.* idem Alex. *in l. 1. n. 9. ff. de vul. & pup. & in multis consilijs*, quæ citat Aymon. *consil. 113. ad fin.* Alex. *cons. 45. nu. 8. lib. 1.* & idem *in consil. 24. lib. 6.* Guid. Pap. *qu. 291.* Dec. *in d.l. 1. in 2. lectu. nu. 8. ff. si cert. pet.* idem Dec. *in cons. 414. nu. 11.* Panor. *in c. nulli, nu 9. de reb. eccl.* Neguzan. *de pig. in 2. par. 2. mem. n. 9.* & latissime more suo Tiraq. *de retract. Ligna. §. 1 glo. 7. num 9.* vbi refert Iaſ. in varijs locis hoc extollentem, aliosque innumeros Dd. Et licet eos dicat in hoc variare, tamen hæc est recepta sententia, & quidem vera ex illis iuribus, maxime *d. §. in peculio*, & suadetur ex eo, quod iura & actiones naturaliter & ex vsu loquendi manifeste separantur à rebus mobilibus & immobilibus, vt ex Oldr. tradit Alberic. *in d.l. mouentium*. Et in his præcipue attenditur vsus loquendi & mens disponentium, *l. quintus, §. primo, ibi, non facile quis computat. ff. de aur. & argen. leg.*

25 Ex qua doctrina infertur non recte loqui gloss. *in l. final. C. in quib. caus. in integr. restitu. non est necess. in verb. quærere*, vbi indistincte numerat actiones inter immobilia, per tex. quem male adducit *in l. ait prætor. §. 1. ff. de iur. delibera.* & contra glos. in hoc est text. *in l. potest. ff. de author. tuto.* dum sine prætore permittit distractionem actionum minoris. Inde etiam infertur errare Notarios, & alios putantes plus contineri sub verbis mobilium & immobilium simul, quam sub verbo *bonorum*, & ita ex inani verborum superfluitate sæpe nocent. Cauebis exinde etiam à variatione gloss. & Alexand. *ad Bart. in d.l. mouentium*. Sic & ab aliis aliter variãtibus, vt refert Tiraq. *d. §. 1. glo. 7. nu. 67. &* 8. Hinc infertur, quod in donatione vel relicto bonorum mobilium & immobilium non continebuntur iura & actiones, ex Barto. & Dd. in locis *supra* citatis. Bartol. expressim *consil. 50.* idem Bart. *in l. fin. nu. 4. vers. quæro, ff. de vsufruct legat.* & Iaſ. *in d. §. in vend. num. 7. & in consi. 5. lib. 3.* & Guid. Pap. *d. qu. 261.* Deci. *cons. 237. col. 1. & in d.l. 1. in 2. lectu. num. 8 ff. si cert. petat.* & Benedict. *in d. verb. cætera bona, nu. 25.* Gomes. *in d. §. omnium, numer. 23.* & in statuto in casu notabili late tradit Cor. *cons. 14. ex n. 19. li. 2.* Marian. Socin. Iun. *cons. 115. col. 1. lib. 1.* Capel. Tolos. ibi, Aufrer *q. 315.* Inde infertur 26 ad quæstionem superius tactam, quando publicantur seu confiscantur mobilia & immobilia, dicunt enim plures non publicari iura & actiones, vt ex Bal. Angel. Imol. tradit Alexan. *in l. si constante, §. fin. nu. 9. ff. solut. matrim.* Idem dixerunt Guadin. & Antiqui, quos refert Tiraq. *d. nu. 9. post princ.* vbi hoc commiscet aliis materijs, & videtur vt receptum tradere, ita etiam Neguzan. *de pign. 2. part. 2. memb. nu. 10.* Cerier. *de primog. lib. 2. qu. 9. nu. 3.* Alex. in terminis in publicatione bonorum *consi. 244. lib. 6.* vbi addidit idẽ esse, quamuis publicatio fiat cum signo vniuersali, omnia bona, vt si adijciatur mobilia & immobilia, non veniant nomina debitorum. Idemque est de mente aliorum, quos Tiraquell. citat, & hic allegamus, & comprobatur ex Bart. & alijs citatis, *nu. prox.* & ex *inferius* adducendis, qui in proposito asserunt idem esse in dispositione indefinita, quod in vniuersali: & probatur ex iurib. quæ adduximus *sup. in 7. concluſ. circa l. Caius, ff. de legat. 2.* Et hæc opinio videtur plane tenenda in publicatione, & sic in materia pœnali restringenda, cum idem communiter à Dd. tradatur in donatione & legato, & sic in materia fauorabili, vt videatur procedere argum. à fortiori. Et tenendo hanc opinonẽ in cõfiscatione, sine dubio dicas nihil referre, an sen-

tentia loquatur simpliciter de bonis, an generaliter de omnibus bonis, vt Alexand. tradit *in d. cons.* & est de mente aliorum in quo minus bene contrarium scribit Molin. *ad Alex. d. consil. in vlt. addit.* adducens male Tiraqu. qui id non scribit, & debebat Alexand. *in d. cons.* citare Alberi. *in 2. par. statu. qu.* 13. vbi idem concludit in publicatione & statuto pœnali, ne veniant iura & actiones, cum agitur de bonis mobilibus & immobilibus, & ita Neguz. *de pignor. in 2. part. 2.*
27 *mem. num.* 10. Vnde infertur erraſſe grauiter Chaſſ. à quo cauendum est *in consuetud. Burgund. in Rub. 2. §. 1. nu. 14. fol. 94. col. 4.* qui dicit, quod in confiscatione bonorum mobilium, veniunt iura & actiones, quæ mobilibus dicit æquiparari, & asserit id à Dd. tradi, quod posset Lectorem fallere. Dd. enim communiter contrarium scripserunt, vt vides, cum iura & actiones separent à mobilibus & immobilibus, & in confiscatione etiam omnium bonorum mobilium & immobilium, non accedant alteri ex illis speciebus, secundum Alex. & commu. alleg. & ita in legato mobilium consuluit Alex. quem sequitur Dec. *cons. 381. n. 5. & consil. 237.* & Oldrad. *cons. 219.*

28 Sed aduertendum est, quod in publicatione bonorum, si sententia loquatur de mobilibus, in casu, quo de iure omnia bona confiscantur, videtur sententia intelligenda secundum iuris decisionem, vt tunc veniant iura & actiones, quia militat regu. *d. l. si ademptis, C. de senten. pass.* quod voluit Molin. *ad Alex. d. cons. 234. lib. 6.* & tunc potest dici, quod pars bonorum trahit totum ex decisione legis, nec est cur relinquantur nomina debitorum ei, cuius bona mobilia & immobilia publicantur: sed etiam in statuto loquente de pœna mobilium & immobilium loquitur Alberi. *d. qu.* 13. arguens ab odio pœnæ per *l. sanctio legum. ff. de pœn.* & sic non est tuta declaratio Molin. nisi in casu aperte deciso aliqua lege confiscante omnia bona delinquentis, ad quam legem referatur sententia, ideoque secundum illam debeat intelligi, iuxta *l. quintus, §. si iudex, ff. de re iudicata*, cum similibus. Hinc etiam ex hac decima concluſ. infertur ad obligationem & hypothecam, in qua quotidie errant Notarij, adijcientes verba illa mobilia & immobilia, quia tunc ex proxime adductis non venient nomina debitorum, vt in specie dicit Angel. Aret. *in §. 1. Instit. de inut. stipul.* & alij, quos citat Tiraq. *d. §. 1. gl. 7. nu. 9.* Neguz. *de pig. in 2. par. 2. memb. num. 9.* limitando id notanter in casu, quem tradit Nouel. *de dote. 7. par. priuil. 68.* & Neguz. *4. memb. 2. par. num. 84.*

Sed in hypotheca possent teneri con- 29
tra Dd. vt in obligatione bonorum mobilium & immobilium veniant iura & actiones, quia est minus præiudicium, & quia mens contrahentium de omnibus bonis est, & illa adiectio Notariorum fit ex stylo, ideoque non debet restringere, quod contrahentes volunt, arg. doctrinæ Bart. *in l. 1. num. 10. in fin. ff. de iur. codic.* & quia in conuentionibus non tam proprietas verborum, quam mens contrahentium attendi debet, vt in materia dicit *l. fin. C. quæ res pign. obligari poss.* & in proposito not. Dec. *cons. 472. nu. 10.* pulchre IC. *in l. in conuen. 219. ff. de verb. sign.* vbi ponit exemplum, ad quod non solent aduertere Dd. qui alibi indistincte excludunt successorem particularem, quem IC. ibi admittit, quod alio loco explicabimus. Pro hac noua opinione facit regula illa iuris, quod inducta ad augendum non debent afferre diminutionem, & è contra, *l. lega. inutiliter, ff. de legat. 1.* cum alijs. Facit etiam quod not. Paul. Castr. *in d. l. quam Tuberionis, §. fin. ff. de pecul.* vbi refert se illa consuluisse. Nec esset nouum, vt verbum generale, *bona*, quod præcedit, non restringatur, ex illa adiectione mobilium & immobilium, argum. tex. vbi late Bartol. *in l. quæsitum, §. final. ff. de fund. instruct.* de quo notabiliter agit Matthæ. de Affli. *in decis. 96.* & Rip. *in l. cum filio. nu. 57. ff. de legat. primo*, & in hoc posset adduci, quod in simili scribit Fulgos. *in l. 1. ad fin. C. si aduers. transact.* 30
vbi agit de quæstione, quæ erat inter duos filios, quos pater instituit, alterum in mille, alterum vero in bonis mobilibus & immobilibus, & contendit Fulg. tunc, quod hic filius obtinebit etiã nomina debitorũ, vt ex vero simili mente testantis, qui assignando certam quantitatem vni, & alteri mobilia & immobilia, videtur sensisse de omnibus bonis, exceptis iuribus & actionibus. Quasi omnia bona huic dare videatur, exceptis mille, quæ specialiter & limitate alteri relinquit: quod autem à mobilibus

& im-

& immobilibus ſeparentur iura & actiones, eſt reſtrictio, quæ fit ex iuris ſubtilitate, aliudque videtur tunc ſuadere mens teſtantis, quæ magis attẽdi debet, ſecundum Fulg. quem male refert Cornel. *d. conſ.* 104 *nu.* 21. *li.* 1. & Socin. Nep. *d. cõſ.* 115. *col.* 1. *li.* 1. Et ita in ſimili, quod mẽs diſponentis præferatur ſignificationi mobilium vel immobilium, tradit Dec. *conſ.* 381. *num.* 5. quibus adde doctrinam text. *in l. quiſquis, ff. de verb. ſignif. & d. l. in conuention. ff. eod.* & ita in obligatione tentamus aliud dicendum, quam in donationibus & legatis, vt etiam in alio ſit differentia inter illa, per Barto. *in l. ſi ita, ff. de aur. & argent. legat.* & in alijs, vt ex Bald. Gomeſ. Crot. tradit doctiſſ. Co-
31 uar. *libr.* 2. *reſolut. cap* 5. *num.* 2. Vndecima concluſio ſit ad ampliationem præcedentis, vt illa qualitas vel adiectio mobilium & immobilium reſtringat nomen *bona*, quamuis exprimatur cum ſigno vniuerſali, *omnia*, vt eſt de mente omnium *ſuperius* citatorum: & ita in ſpecie tradit Bart. *dict. conſ.* ſo loquens de legato per verba generalia & vniuerſalia & geminata, vt etiam tradit Iaſ. *in d.* §. *in vendit.* & fortius tradit Dec. *conſ.* 237. *nu.* 1. & ita cum ſigno vniuerſali loquitur deciſio Capel. 315. Aym. referens plures *in Rubr. ff. de legat.* 1. *numer.* 72. & ita ſentire Dd. communiter, colliges ex Tiraqu. *in d. tract. de retract.* § 1. *gloſſ.* 7. *nu.* 6. *& ibidem num.* 28. refert Cornel. & Bertran. ita conſulentes, & in terminis ita colliges ex Iaſ. *in l. Stipulatio hoc modo concepta ad fin.* & in verbis generaliſſimis & geminatis, tradit hoc Deci. *in d. conſ.* 227. *column.* 1. *& in l.* 1. *in* 2. *lectu. num.* 8. *ff. ſi cert. pet.* poſt Guidon. Dec. *deciſ.* 291. vbi loquitur etiam cum adijcitur dictio vniuerſalis: ex quibus patet hanc eſſe receptam ſententiam apud Scribent. & ita conſuluit Dec. in caſu, in quo erat dictum, omnia bona mobilia & immobilia, vbicunque reperiantur, non venire iura & actiones, niſi de illis fiat ſpecialis mentio. Dec. *conſ.* 30. *numer.* 2. *verſic.* 4. *iun-*
32 *cto num.* 5. Vnde cauebis ab Alciat. qui immemor communis opinionis, contrarium ſcribit *in d. l. mouentium, ff. de verb. ſignific.* putans verbum *omnia*, hoc caſu operari, vt cum mobilibus & immobilibus veniant iura & actiones, & idem repetit Alci. etiam *in l.* 1. *C. de ſacroſanct. eccleſ.* & cum ſequebatur Molin. *ad Alex. conſ.* 45. *libr.* 1. immemor communis ſententiæ, ſic etiam cum Alciat. Hiſpanus Couar. *in cap. relatum*, 2. *num.* 1. *in fi. de teſtam.* hæc autem recepta opinio iuuatur *ex l. quæſitum, §. penult. verſic. Papinianus, ff. de fund. inſtru.* fulcitur etiam ex textu *in l. quæſitum*, §. 1. *ff. de legat.* 3. vbi erat relictum cum ſigno vniuerſali, & verbis geminatis, nec veniunt iura & actiones, vt latius comprobauimus *ſupra in* 7. *concluſ. num.* 1. Duodeci- 33
ma concluſio ſit in propoſito, vt quamuis actiones de ſe faciant diuerſam ſpeciem bonorum, nec proprie dicantur mobilia nec immobilia tamen aliquando regulantur & cenſentur ſecundum naturam rei, ad quam competunt, vt in minore; & Eccleſiæ actio competens ad rem immobilem, reguletur vt res immobilis, & non poſſit diſtrahi ſine ſolennitate requiſita in immobilibus, ſecundum gloſſ. *l.* 1. *Cod. ſi aduerſ. tranſact.* gloſſ. *in Auth. de non alienan. aut permut. reb. eccleſ.* §. 1. *in verbo, numeranda:* commendat Iaſ. *in d. l. fin. num.* 122. *C. de iur. emphyt.* not. Pau. *in d. l. quam Tuberonis*, §. *fina. ff. de pecul.* vbi pulchrum verbum ſcribit; & circa hoc mire variant Scribent. vt copioſe & vtiliter tradit Tiraq. *d. loco, nu.* 14. 15. *& ſeq.* tandem vero *nu.* 17. probat hanc reſolutionem, quam dicit receptiorem, & aliquibus modis eam declarat, & nouiſſime Hiſpan. Anton. Gomet. *de contract. cap.* 10. *colum.* 2. Aduerte tamen, quod ſecundum hanc reſolutionem, ſi eam indiſtincte intelligas, vt ſcripta eſt à multis Dd. deſtrueretur illa recepta ſententia, quæ colligitur *ex d. §. fin. l. quam Tuberonis*, ſemper enim actio competet ad rem mobilem vel immobilem, & conſequenter ſemper poſſet connumerari vni vel alteri ſpeciei, maxime attenta regula *l. quia actionem, ff. de reg. iur.* & ideo hæc reſolutio periculoſa eſt, in qua etiam vltra relatos à Tiraq. ſe inuoluit Matth. de Afflict. *lib.* 2. *feu. in tit. de feud. cogn. num.* 49. *cum ſeq.* referens & alios variantes: nec etiam ſatis ſe explicat Pan *in ca. nulli. n.* 8. *de reb. eccleſ.* Nec ſatisfacit reſolutio Bar. *in l.* 34
poteſt. ff. de author. tutor. quam Dd. frequentius ſequuntur, vt colligitur ex Panor. & aliis *ſupra* citatis: & tradit Alex. *in d. §. in vendit.* Guid. Pap. *in conſ.* 52. Alex. *in conſ.* 125. *nu.* 4. *libr.* 1. & Aufre. ad Capel.

Tolo-

Toloſan. *in qu.* 315. *ad fin.* Hiſpa. Suarez *allega.* 20. *pag.* 3. Alcia. *d. l. mouentium*, ſi enim bene inſpexeris diſtinctionem Bar. non ceſſat difficultas proxime tacta, nec cõſtat quando verificetur conſideratio Barto. dicentis hanc reſolutionem procedere, quando neceſſe eſt iura & actiones accedere alteri ex his ſpeciebus bonorum: hoc eſt, ignotum per ignotius. Niſi quoquomodo intelligas Bart. vt neceſſum ſit iura & actiones alteri ſpeciei bonorum accedere. Quando agitur de bonis conſiderandis in perſona, in qua ius conſtituit differentiã inter eius mobilia & immobilia, quod regulariter ceſſat in illis perſonis, quæ libere poſſunt bona ſua alienare. Sed nec id ſatis facit. Et in caſu Paul. Caſt. *in d. §. fi. l. quam Tuberonis.* non erat neceſſarium, vt nomina debitorum applicarentur alteri ex his ſpeciebus bonorũ, & ſic vides Paul. & alios ſibi non conſtare. Vnde poſſet dici, non eſſe generale, ſed particulare, quod colligitur ex gl. *in dictis locis*, vt ſcil. ea conſideratio tantum procedat circa ſolennia adhibenda in actionibus diſtrahendis, quæ doctrina in illis terminis probatur ex text. cum glo. *in l. ſi ad reſoluendam. C. de prad. mino.* vt not. Cagnol. *in l. qui action. num.* 3. *ff. de reg. iur.* & alij ex *ſupra* relatis. Non autem tam generalis concluſio videtur deducenda ex illis glo. ne deſtruatur doctrina principalis.

35 Item ex dictis Oldr. *in d. conſi.* 219. & Alberi. *in d. l. mouentium*, in negocijs occurrentibus non tam ſequerer hanc periculoſam diſtinctionem Bar. & aliorum, quam rationem rei & mentem diſponentium: quia aliquando ratio vrgebit, vt iura & actiones ſeparentur à reliquis bonis: interdum ratio ſuadebit, vt inter mobilia & immobilia numerentur, vt *in quæſt.* Fulg. (de qua *ſupra*) *nu.* 30. & opinione Moli. *num.* 28. in caſu autem *d. §. in vendit. l. à diuo Pio.* ex Bartol. *ibi.* 2. *oppoſi.* iuſtiſſimum fuit, vt nomina ſeparentur à cæteris bonis, ne lites ex litibus orirentur, ſi cogeretur creditor ſeu victor exigere ab alijs, qui debitori ſuo deberent. Et vltra alios circa illas glo. & receptam reſolutionem, vide vnum quod ſcribit Bart. *in l. ſi ſic legatum, §. fin. in fi. ff. de legat. 1.* Præmiſſis itaq; his concluſionibus circa effectum nominis, *bona*, de quo fit mẽtio in omnibus legibus huius *t. 1. & ſeq.* nunc *ex d. l. bonorũ, & ſup. traditis* inferri poſſet ad plurima, ſed ex multis pauca atque vtiliora ſeligemus. Primo igitur in propoſito infero, longe 36
aberraſſe Hiſpan. Gome. *in d. §. omnium, col. 6. in fin. Inſtit. de action. nu* 23. *verſ. tertio limitatur*, qui ſecure ſcribit, quod in omni donatione rerum vel bonorum, ſubaudiatur, vt veniant res vel bona loci, in quo fit donatio, per tex. *in l. ſi fundus, ff. de euictio. & l. Medico. ff. de aur. & arg. legat.* Sed miſere labitur, nec aliquid faciunt illa iura, quæ citat. Verum enim eſt, quod donans bona ſentit de omnibus illis, quæ vbicunque habet, non autem ſolum in loco donationis, cum omnia ſua ſint, & ſic verba & ratio pariter militant in omnibus, facit *l. in hac, C. de donat.* & de alibi ſitis, facit *l. 2. C. de excuſ. tutor.* probatur euidenter, quia dominium bonorum non limitatur ad certum locum, ſicut de actionibus dicit tex. & ibi notant ad confiſcationem bonorum Alberi. & Iac. *in l. ſi fideicomm. §. tractatum, ff. de iudic.* & in confiſcatione etiam Bar. *in l. relegatorum, §. interdicere, ff. de interd. & releg.* & quæ tradit Dec. *in conſ.* 207. Rubeus *conſ.* 45. poſt Iaſ. & repetentes late *in l. 1. Cod. de ſumm. Trinit.* probatur hoc, quia ſecundum illud dictum Gome. nunquam donatio improbaretur, quaſi omnium bonorum præſentium & futurorum, contra Bart. & cõmun. *in l. ſi. Cod. de pact. & in l. ſtipulatio hoc modo. ff. de verb. oblig.* Nec vllo mo- 37
do obſtat *d. l. ſi fundus. ff. de euictio.* ibi enim diſponitur aliud omnino diuerſum, nempe quod vbi cauendum eſt, vel ſatiſdandum, intelligatur ſecundum cõſuetudinem loci in quo contrahitur, quia ad eam tanquam proximiorem, & magis de mente contrahentium cenſetur habita ratio, & ita Dd. quos citat Felin. *in c. 1. nu. 23. de ſponſal.* in quo adhibentur diſtinctiones, vt per Alberic. *in d. l. ſi fundus*, & Roch. *in c. fi. q. 12. de conſue.* repetentes *in l. 1. C. de ſum. Trin & fid. catho.* refert Andr. ab Exea. *in li. de pact. n.* 498. Hiſpa. Ant. Gome. *in l. 3. Tauri. n.* 20. & procedit d. l. etiamſi res, de qua agitur, ſit extra illum locum, vt tradit Iacobin. de ſancto Geor. *in l. non ſolũ, ff. de iur. dot.* minus obſtat *d. l. fi. ff. de aur. & argen. leg.* ibi enim vnicum genus argenti legabatur, intelligit tex. de argento, quod erat tempore teſtamenti, ex reg. *l. ſi ita, eo. tit.* nec ibi fit reſtrictio, ſed declaratio, hic

autem

autem fieret restrictio contra verba, &
38 contra mentem disponentis. Ex eadem generalitate & significatione huius nominis, *bona*, vtilius infertur ad relictum bonorum, an comprehendat venalia, in quo plures vidi docere, quod sub nomine *bonorum* in relictis non veniant venalia, idq; incaute scribit Bal. *in Rub. C. de verb. signif. n.* 4. Dec. *cons.* 381. *n.* 5. idem Dec. *in l.* 1. *n.* 24. *ff. de reg. iur* & Bellon. *in cons.* 9. *num.* 7. & Carol. Ruin. *cons.* 155. *n.* 9. *lib.* 3. Dec. *cons.* 76. *n.* 2. idem Dec. *in Authen. præterea. nu.* 7. *C. vnde vir & vxor. & in l. omnia, num.* 1. *ff. si cert. pet.* idem *in cons.* 389. *col. fin. num.* 11. & Hipp. *in Rub. ff. de fideiuss. nu.* 195. sentit Soc. *in l. qui Romæ. § Callimachus, col.* 1. *ff. de verb. obli.* vbi Iason tangit, sed non satis resoluit, *nu.* 5. variat idem Iason *in § Item Seruiana, numer.* 49. *cum seq. Instit. de action.* Sed ibi Gome. *num.* 19. aperte dicit in legato generali non comprehendi venalia, & ibi etiam *num.* 22. sic etiam Roman. *in notab.* 437. ita etiam Ias. *in l.* 1. *C. de verb. significat. num.* 1. dum sequitur Bald. *in Rubr. eod. titul.* quem retuli: & idem repetit Ias. *ibi vers. ex his habes,* vbi citat Bart. *in l. Diuus, ff. de bo. damnato.* qui id videtur dicere, *num* 4. & hoc tandem probat Crot. *in l. si constante, in* 2. *lectu. num.* 139. *versic.* 2. vbi sequitur Bald. *in d. Rubric.* & idem Crot. *in* 1. *lectu. num.* 96. *versic. idem etiam dicendum,* vbi melius incepit sentire: sed tandem ita concludit cum Bald. In hoc variauit doctiss. Alex. *in d. l. si constante, num.* 27. vbi prius bene resoluit, sed statim sibi repugnans subdit *in vers. sed respondeo,* quod in legato generali non venient venalia, nec etiam in hoc manet; variauit etiam Neguzan. *de pignor. in* 2. *part.* 2. *memb. num.* 15 *cum seq.* quibus addo, quod Alberic. *in d. §. vxori,* in summario variat, & idem Alber. *in l. vbi adhuc, nu.* 10. *C. de iur. dot.* videtur cum his sentire, vt non veniant venalia: & aperte Bald. *ibi num.* 19. *vers. sicut.* Fatetur autem Bald. *in d. Rubr.* & sequuntur alij *supra* relati magis communiter, quod in hypotheca generali venient venalia, licet non in legato: quod colorant Crot. & Gomes. vbi *supr.* ratione minoris præiudicij. Sed hi non aduertunt quod Bald. quem sequuntur, loquitur generaliter de omni contract. dicens plus comprehendere contract. quam relictum, de quo miratur Ias. *d. § item Seruiana, n.* 50. maxime attenta regul. *l. in testamentis, ff. de reg. iur.* secundum communem allegationem. eandem differentiam inter legata & donationem, facit Bal. *in l.* 1. *ff. de stat. ho.* Ad hanc autem opinionem circa legatum citauit Bald. tex. *in l. generali, §. vxori, ff. de vsufru. lega.* Quo etiam mouentur Dec. & alij, qui etiam in hanc partem adducunt tex. *in pediculis, §. item cum quæreretur, ff. de aur. & arg. leg.* Sed melius citarent tex. *in l. seruos,* 73. *in fin. ff. de legat.* 3. Qui magis vrgere videtur: ad secundum vero, quod Bal. & alij dicunt de hypotheca & contractibus, allegant *l. cum tabernam, ff. de pign.* vides igitur Bal. Dec. & alios magni nominis, voluisse in legato generali non comprehendi venalia, quia conclusione retenta, ipse Dec. eam limitat, vt procedat in legato, indefinite prolato, puta cum legantur res vel bona: secus si addatur signum vniuersale, *omnes* vel *omnia,* quia tunc dicit contineri venalia, & ita in tot locis *supra* citatis, semper hoc scripsit, adducens Barto. *in d. §. vxori,* & hoc appellat ipse Dec. differentiam inter dispositionem generalem & vniuersalem: & ita cum Dec. Bellonus *d. cons.* & ante eos Ias. *d. l.* 1. *n.* 2. *C. de verb. sig.* quod etiam repetit Dec. eodem modo ad casum *l. obligationem generali,* vt statim trademus, & cum Dec. plures, quos eius authoritas traxit, qui idem scribit *cons.* 472. *n.* 2. Sed Bald. *in d. Rub.* lapsus fuit, magisq; errauit Dec. vbi *supra,* tam in conclusione, quam in allegatione tex. & Barto. *in d. §. vxori.* veraque conclusio est, vt regulariter in legato generali rerū vel bonorum comprehendantur venalia, secundū verbi significationem, maxime cum in legato non fiat præiudicium testatori, qui dū vixerit, omnia sua integre habebit, & de eis libere disponet: & hoc probat tex. *in d. § vxori,* & ita vult gl. *ibi.* & gl. *in l. pediculis, §. item cum quæreretur,* dum in illis iuribus ex particulari ratione inquit gl. non cōprehēdi venalia, sentiēs regulā esse vt cōprehendantur. Ideo autē *in d. §. vxori,* 39
nō cōprehenduntur venalia, quia nō fuit legatū simplex, sed cū relatione ad locū, vt patet ex litera. Vnde talis relatio restringit, vt gl. ibi recte sētit, citās *l. Caius, ff. de lega.* 2. de qua late egimus *sup. in* 7. & 8. *cōcl.* Quæ restrictio etia tunc fit ex reg. iur. qua habetur nō cēseri esse in loco ea, quę ibi extat, vt quā cito inde amoueātur

ex li

ex l. quæsitum, §. prædia, ff. de lega. 3. & l. ex facto, 35. ff. de hæred. instit. ita etiàm intelligunt Bal. & Cuman. *in d. §. vxori*, & ex Bart. bene colligit Alex. *in d. l. si constante, n. 27.* idem volunt Paul. & Cor. *in l. 1. C. de verb. sig.* tradit notanter Hispan. Couarr. à Leiua, vir eruditione & virtute insignis, *lib. 2. resolu. c. 5.* cuius relatione dicas hanc communem esse sententiam, & ita vere sentit Bened. *in cap. Raynutius. verb. cætera bona, num. 15.* & Negu. *in d. loco, nu. 37.* bene explicans verba Bart. & eum in hoc sequitur Cag. *in l. 1. num. 21. ff. de reg. iur. & in l. fin. nu. 258. C. de pact.* & Molin. *ad Dec. d. l. 1.* & Pau. Picus *in §. titia cum nuberet. n. 111. ff. de legat. 2* & Aym. *in l. 1. num. 73. ff. de legat. 1.* & ita bene sensit Alex. *cons. 118. lib. 5. n. 5.* bene etiam sensit Afflict. *decis. 105. nu. 6. versi. an autem*, & Alc. *in l. is qui natus 210. in fin. ff. de verb. sig.* & Ioan. Dilectus *de arte testandi, c. de leg. cautel. 19.* & nouissime Anconitanus Stracha *in tract. de mercat. tit. mandati, pag. 170.* Ex quibus (si numerum attendis) patet hanc esse receptiorē sententiam. Eodem mōdo respondetur ad *l. 1. C. de verb. sign.* legatis enim prædiis non poterant comprehendi venalia, vt tex. inquit, nec alia quæ non erant naturalia prædiorum de se, vel ex vsu domini. Quod vltra Lud. melius explicatur, attento, quod nomen *prædiorum*, non comprehendit res diuersas ibi existentes: qualitas autem adiecta, de prædiis instructis non refertur ad accidentalia, vt probat text. *in l. cum de Lanionis, §. Fabinus, ff. de fund. instr.* quem ibi notant Bart. & Boer. *decis. 160.* ad idem tex. optimus *in l. fundi, versic. Labeo. ff. de actio. empt.* quem extollit Iaſ. *l. fin. nu. 12. ff. de const. princ.* & sic patet *d. l. 1. & d. §. vxori.* probari magis hanc veram & receptiorem sententiam, contra Bald Deci. & alios, vt in legato generali veniant
40 venalia. Obstare tamen videntur duo illa iura, scilicet *d. §. item cum quæreretur, l. pediculis, ff. de aur. & arg. leg. & d. l. seruos, in fi. ff. de lega. 3.* nam *in d. §. item cum quæreretur.* legauit mulier omne suum ornamentum muliebre. & text. inquit, si mulier negociatrix erat, non comprehēdi ornamentum venale, sed id quod testatrix ad suum vsum paratum habebat: eodem modo *in d. l. seruos*, legauit quis seruos suos, & text. inquit, quod si testator venalitiariam vitam exercebat, in dubio non contineri eos, quos comparauerat, vt ilico distraheret, quasi eos magis mercis loco quā suorum habuisse credendus sit. Nec satisfacit solutio, quā sentit gl. *in d. §. item cum quæreretur. verb. non videri.* Quæ notat ibi pronomen *mea* restringere legatum, ne comprehendat venalia, quasi mea vel sua non dicantur, nisi quæ ad proprios vsus parata sunt. Quā interpretationem probat Bar. *in illo §.* & Pau. *in d. l. 1. C. de verb. sign.* & Iason *in l. qui Romæ, §. duo fratres, nu. 62. ff. de verb. oblig.* Hispa. vbi *sup. n. 1. vers. 2 & n. 3. vers. 4. conclus.* & videtur probare Iaſ. *in l. grege legato. num. 3. ff. de leg. 1.* dum citat *d. l. seruos.* Obstat enim manifesta ratio, quia regulariter secundum communem sensum non potest fingi exemplum legati sine illo pronomine: non enim aliter testatores legant vel relinquunt, nisi cum adiectione illa, *bona mea, seruos meos, ornamentū meū*, & similia. obstat etiā recepta doctrina, quæ in alijs articulis habet pronomen *meum*, non restringere, vt ex Bart. & multis adduximus *supra in tertia conclu.* Vnde aliter succurrendum videtur huic non leui difficultati, vt hæc duo iura intelligantur procedere in diuerso casu. Nos enim in principali quæst. agimus de legato generali rerum vel bonorum, & tunc asserimus comprehendi venalia: at in illis iuribus non fuit legatum generale, sed potius certa species bonorum expressa fuit, inter quæ longa est differentia, quam vt receptam tradit Alex. *in d. l. si constante. nu. 24. vers. præterea.* & ante eum Roma. *§. fin. eiusdem l. nu. 8.* licet id non adducant ad intellectum horum iurium. Nec mirum, si plus comprehendat legatum generale, quam legatum certæ bonorum speciei, ex adductis à Rom. & Alex. & ex eo quod ratio suadet verba magis generalia latius extendenda, argu tex. *in l. si ita stipulatus. 56. ff. de fideiusso. & l. 1 & generaliter. ff. de leg. pres. in l. fraudem. §. fin. ff. de mil. testam.* quo argumento vtuntur Dd. in variis articulis, vt per Titaq. *in l. boues. §. hoc sermone. 26. limit.* quæ doctrina etiā iuuatur ex mente disponentis, facilius enim & proprius inter bona sua numerabit quis venalia, quam vbi descēdit ad certam bonorum speciem, in qua habet venalia & non venalia. & ita illa duo iura accipiēda videntur, vt sustineatur receptior sententia, aliter enim difficultas

à Dd.

à Dd. non resoluitur. Negari autem non potest, quod illa iura non loquuntur de legato generali rerum vel bonorum simpliciter, & ita intelligo Bart. qui contra adducebatur *in d l. Diuus, numer. 4. ff. de bon. dam.* loquitur enim de relicto pānorum, non de legato rerum vel bonorum simpliciter. Quod ex Alexan. vi. letur resoluere Ficus *in §. Titia cum nuberet. nu.* 112 licet obscure tractet. & Neguz. *d. 2. memb. nu.* 16. & ita potest intelligi Ang. non solitus referri *in l. cum tabernam. ff. de pig.* in exemplo mercatoris legantis pannos, cum ijs quæ domi erant. Aperte autem innuit tex. *in d. §. itē cum quæreretur:* quod vbi excluduntur venalia, non excludantur quando relictum non posset ad alia referri, vt patet ex tex. ibi si habuit proprium ad vsum suū paratum, idemq; significat *d. l. seruos*
41 *ibi, si habuerit proprios, quorū operas.* Quod suadet iuris ratio, ne dispositio irrita maneat. & ita in illis iuribus declarat Albe. & Cuma. *in d. l seruos*, prius gl. recepta *in d. §. itē cū quæreretur.* Pau. & Ias. *in l. 1. C. de verb. signifi* Ias. *d. l. qui Roma, §. duo fratres. n. 62.* faciunt congesta à Feli. *in c. 1. col. 1. n. 8. de rescript.* ab Hippo. *de fide iuss. num.* 194. sic alias fit interpretatio legati, ne sit sine effectu, *in l. Mæuius.* vbi glos. & Paul. notant. *ff. de lega. 2.* Ex dicto autem *§. vxori, & d. §. item cum quæreretur,* videbis ibi relictum fuisse cum signo vniuersali, *omnes*, vel *omnia*, non tamen venire venalia illis casibus, ob rationes particulares, de quibus *proxime* diximus.
42 Ex quo sequitur lapsum in hoc fuisse sæpissime Lec. qui *in dictis locis* scripsit adiecto signo vniuersali, semper venire venalia, vt *superius* retuli. Cū illa iura aperte contra dicant, ad quod etiā facit tex. *in l. debitor, ff. de pig.* inspiciendo conuentionem, quā text. ibi refert, & decisionē, quę nō distinguit inter verba vniuersalia vel simplicia, faciunt quæ *superius* dixi *in 7. conclus. n. 13. & concl. 11. n. 31.* Inspecta itē *litera d. §. item cum quæreretur*, constat ibi legatum fuisse relictum filiæ dulcissimæ, & tamen non comprehendi venalia, & sic probat text. Quod vbi in relicto nō veniunt venalia, no mutetur id ius, quāuis relictum fiat liberis: nec ibi operatur ratio sanguinis, vel dilectionis. & consequenter patet contra illum text. loqui Roma, *notab. 643.* Benedict. *d. verbo, & cætera bona, num. 15. versic. nisi esset.*

Quod in simili admonuimus *superius circa l. Caius, ff. de leg. 2.* Bar. autē *in d. §. vxori.* quē Dec. male citauit, non dicit, quod dictio vniuersalis adiecta rebus legatis, facit comprehendi venalia, quando alias non comprehenderentur: nec distinguit inter legatum vniuersale vel simplex, vtroque enim casu idem ius est, sed distinguit Bar. in casu illius text. an relatio ad locum fiat simpliciter, an cum signo vniuersali, vt quanquam priori casu non veniant venalia, veniant tamen in posteriori, prout si dicat testator: lego, quæ habeo in tali loco, quocunque modo ibi sint, vel quolibet modo ibi ea habuero. Hæc est mens Bart. vt vere intellexit Alex. *in d. l. si constante.* Neiu. *d. 2. memb. 2. part. num. 37.* & Couarruu. vbi *supr.* & Affl. *in d. decis. 106.* & Aym. *d. l. 1. ff. de leg. 1* vt sic eo casu magis operetur dictio vniuersalis in relatione ad locū, quam in nomine rerum, quæ relinquuntur, quasi ea geminatio verborum in relatione loci, ostendat mentem disponentis, velle comprehendere venalia, & quæ ibi quoquo modo reperiātur: & doctrina Bart. ab omnibus recepta est, vt colligitur ex *supra* relatis, & firmat Hippoly. *in l. vnius. §. cognitu-* 43
rum. num. 28. ff. de quæst. idque videtur probare Imol. *in l. fin. ff. de. donat.* Sed contra Bar. instabit quis forsan ex *d. l. Caius. ff. de leg. 2.* & fortius ex *l. si mihi Mæuia, §. 1. ff. de legat. 3.* vbi etiam in relatione ad locum fuit adiectum signum vniuersale, & tamen non veniunt ea, quæ alias non venirent. Quod patet ex *d. §. primo. ibi, cum his omnibus agris, & ibi, cum cæteris vniuersis speciebus, quæ in eisdem fundis erunt. & ibi, vti optimi, maximique sunt*, &, vt plenius dicam, ita vt claudantur, tamen respondet tex. non venire instrumenta emptionum, nec nomina debitorum, quorum scripturæ ibi reperiūtur, videtur igitur ille text. destruere solutionem Bar. quæ tamen amplectenda est. & huic difficultati respōdendum est, distinguendo inter incorporalia & corporalia. Bart. enim *in d. §. vxori.* loquitur de rebus corporalibus existentib. in loco quæ comprehendi possunt, ob illā geminationem & vniuersalitatem adiectam relationi loci. Quia cum sint corporalia, non absurde in loco esse dicuntur. at nomina debitorum, aliaque iura incorporalia, numquam dicuntur esse in

loco, licet fingas verba geminata, & vniuersalia etiã in ipsa relatione loci, ex ratione *d. l. Caius, & l. si fideicommiss. §. tractatum. ff. de iudic.* quod in proposito cõprobari potest ex doctrina Bar. *in l. cum pater, §. mensæ, nu. 9. vers. quæro. ff. de legat. 2.* Nec omittendum est, quod scripsit
44 Dec. *cons. 472. ad fin.* vbi videtur limitare iura, quæ dicunt in legato non comprehendi venalia, vt intelligantur de venalibus mercatorum, vel eorum qui emerunt ad reuendendum, non vero de venalibus ex redditibus bonorum & possessionum testatoris. Quod sequitur Hispan. vbi *sup.* nec colore caret, potestque congruentius applicari ad *d. l. seruos, ff. de lega. 3. ad d. §. item cum quæreretur*, quæ iura loquũtur aperte de negociatoribus & exercentibus vitam Venalitiariã. Sed aduertendum est quod Bart. *in d. l. Diuus, n. 4. ff. de bon. dam.* & Dd. communiter *in d. l. 1. C. de verbor. sign.* circa tex. ibi, indistincte intelligunt, & ponunt exempla tam de venalibus causã negotiationis, quam de iis, quæ testator ad vendendũ habebat ex fructibus bonorum suorum, & ad hoc est text. *in d. §. vxori*, dum loquitur de vsufr. salinarum & fundorum, & excipit ea, quæ ibi erant mercis causa, eaque appellat venalia, licet sint ex Salinis testatoris, quod non aduertit oculatissimus Hispa. *in d. c. 5. ver. tertio apparet.* idque procedere videtur, vbi sit legatum cum relatione ad locum, vt tunc venalia cuiuscunque generis non comprehendantur, ex ratione *d. l. ex facto, ff. de hæred. instit. cum supra adductis.* Sed vere opinio Dec. æquitatem habet, vt teneri possit extra terminos *d. §. vxori*, attẽta origine rei, quæ non ex negotiatione, sed ex fructibus possessionum emanauit: causa enim originalis attendi debet, vt *in l. qui habet, ff. de tut. l. qui id quod, ff. de don.* cum aliis. Ex prædictis infertur ad
45 contractus, & primum, vt in donatione rerum vel bonorum comprehendantur venalia, vbi non fieret relatio ad locum, nec esset alia ratio particularis, quæ restringeret donationẽ. Quod voluit Bald. *in d. Rub. C. de verb. sign. & in d. l. 1. ante n. 1. vers. sed pone. ff. de stat. hom.* non loquitur tantum in hypotheca, sed in donatione & omni contractu, vt refert Alex. *in d. l. si constanti, num. 27. vers. sed responde.* & Ias. *in d. §. item Serui. num. 49.* & Neguz. *d. 2. memb. 2. part. n. 15.* militant enim rationes supra adductæ, circa legata, & sic cessat illa anxietas Ias. *in d. §. item Seruiana*, qui mirabilem putabat differentiam Bald. inter legata & cõtractus. Cessat etiam confusio Alex. circa hoc *in d. l. si constante*, & Neg. *d. 2. mẽb.* dum non satis explicant, an sit idem ius in relictis & donationibus, cæterisque contractibus. Quod notat ad ea quæ cõgerit Ias. *in l. quæ de legato, ff. de lega. 1.* Alibi autẽ inuenio Dd. sibi contrarios velle, vt plus comprehendatur in legatis, quam in contractibus esset in hac materia, vt colligitur ex Ang. & Paul. *num. 2. in l. certo ff. de seru. rust. prædio.* Ex quo infertur quod donationes & contractus non debent separari ab hypotheca, nec esse speciale in obligatione generali, vt ex Bald. male colligebat Crot. *in d. l. si cõstante. 1. lectu. n. 39. vers. nam confirmo, & in 2. lectu. num. 139. versic. secundo.* Et Gomes. *d. §. item Seruiana. n. 22. versic. & ratione.* dum ponderabant specialiter in hypotheca minus præiudicium, quasi diuersum esset in donationibus, aliisque contractibus, in quo etiam cauendum est ab Hispan. *d. cap. 5. num. 2. ad fin.* Inde etiam resultat secundum Bald. Alex. *in dictis locis*, & magis communiter Dd. vt in generali obligatione bonorum veniant merces & venalia, quod videntur probare quasi argumento à fortiori, Crot. Gomes. & Hispan. vbi *supra*: sed argumentum à fortiori hoc casu periculosum est, cum aliqui Dd. dubitent, an in obligatione venalia comprehendantur, vt inuoluunt Ang. & Ias. *in d. §. item Seruiana*, & contrarium tentauerit Socin. *in l. qui Romæ. §. Callimachus, num. 2. ff. de verb. obligat.* & ante Socin. ita dicebat negatiue Iacob. de Aren. quem Bartol. refert *in d. §. vxori. in prin.* ita etiam dicebat Paul. *in d. l. 1. C. de verb. signif. n. 2. versic. idem, si aliquis.* Roma. & alij relati à Neguzan. *d. loco, num. 14.* qui tamen concludit communem esse sententiam, vt comprehendatur: & ita Ias. *d. § Callimachus, num. 5.* & Ripa, *l. 1. numer. 8. ff. de pignor.* & hanc partem magis probat Bart. *in d. §. vxori*, dum reprobat argument. Iacob. Aren. quem ita videtur intelligere Bald. hoc tenens *in l. cum tabernam. ff. de pignor. versic. sed quæro.* & Cuman. *in d. §. vxori.* Ex his in-46
fertur ad intellectum *l. cum tabernam, ff. de pignor.* variant enim Dd. vbique,

Bald.

Bald.enim *in d.Rub.C.de verb.sign.* eam citat, vt in obligatione & contractu veniant venalia : & ita frequentius Dd. & tamen Paul. *in d.l.1.Cod. de verb. sign.* ad contrarium eam allegat, sed male, & lõge aliter eam citat idem Paul. *in l. certo generi, ff. de seru.rust.præ.* aliter etiam variant Dd.nam idem Bald. *in l. certi iuris, 6.q.* loca intelligit *d.l.* vt ibi veniãt merces,quia expresse obligatæ fuerũt, quasi dicat quod sub generali, vel tacita obligatione non comprehenduntur:sed tamen in tacita idem iuris est, secundum verã & receptam sententiam, vt veniãt merces & venalia.Hispan. *d.c.5.nu.* 2. & Negu.*d.mem.* Rip.*d l.1.num.* 8 *ff. de pign.* & ita sine dubio tenendum asserit Zas. *in d. §.item Ser.n.*20 & ibi Ioach.colligitur tex. Bar. recepto. *in d.l. si constante, n.*73.*vers.*3.*quæro.*& ibi Alex.*d.n.*27.contra Rom. & ita contra Soci. resoluit Ias. *in d.§.Callim.num.*5.in quo mire fluctuat Gomes *in d. §. item Seru. num.* 22.*&* 23. qui tandem communem probat. circa quam *l.cum tabernam* aliqua sunt à Dd. male explicata. Aduerte igitur quod ibi obligatio fuit expressa, quo ad tabernam, & sic licet possit iure extendi ad hypothecam tacitam,non tamen loquitur de tacita omnino.Quod confundunt plures ex *supra* citatis : maxime *in d. l. si constante.* Similiter non fuerunt specialiter, vel expressim obligatæ merces,sed taberna, ideoque dubitatio erat apud ICtos an merces obligarẽtur,quod non aduertit Bald.*in d.l.certi iuris.*& plures ex allegatis,maxime *in d. §. item Seruia.* Variauit item circa illam l.Bart. *in l. cum pater. §.mensæ.nu.*7.*ff.de lega.*2.primo enim intelligit ibi esse speciale in hypotheca,vt obligata taberna veniant merces, vt tex. inquit, diuersumque vult in donationibus & venditionibus, cum ita respondeat ad *l. qui tabernas, ff. de contra.emp.* & adducit illam rationem in hypotheca, quia est minoris præiudicij. & ita Alc. *in l.instructa* 185. *ff.de verb. sig.* quam differentiam etiam videntur probare Crot. Gom. & Couar. vbi *supra*, dum considerant eandem rationem specialem hypothecæ, ita etiam videtur resoluere Bart. *in d. l. cum tabernam, vers. & ratio* & ibi Cuma.quam differentiam improbat ibi Salic. *vers. cum non appareat vrgens ratio,* & Bart. *in d.§.mensæ,* non sibi constans subdit secundo, quod *in d.l.* sub obligatione tabernæ veniunt merces, quia debitor non habebat ius aliquod in loco seu taberna,ideoq; ne obligatio irritata sit, veniunt merces, & hoc vt nouum scribebat Gome.*d.§ item Seru.nu.*22.*ad fin.vers. & ideo ego puto:* potestque fulciri ex *d.l.ibi, quæsitum est,* vtrũ eo facto nihil egerit, & non citato Bart. ita scribit Floria *in l.certo generi,n.*3.*ff.de seruit. rust.præd.* Sed verius credo,quod vbi obligatio expressa vel tacita esset generalis omnium bonorum, indistincte veniret taberna cum ijs, quæ in ea haberet debitor, & cum venalibus ibi repertis, secundum receptiorem sententiam,cui non oberit varietas Bar. & confusio aliorum, eos enim excusare poteris, vt intelligantur variare tantum in terminis *d.l. cum tabernam,* quando obligatur taberna,non vero generaliter obligantur omnia bona. Adhuc etiam in obligatione tabernæ,iuxta terminos ipsius l.placet differentia Bar. vt facilius admittamus obligari merces, non tantum ipsam tabernam, non autem ita indistincte dõnationibus vel alijs contractibus, quia in his agitur de maiori præiudicio, declarando tamen ex Bar. & Cuma.vt in venditione attendatur quãtitas precij,vt sciatur an sola taberna, an etiam merces veniant, argumento glos. *in l.1.ff.de superficieb.verb. agendo,* declarando etiam vt donatio tabernæ comprehendat merces, quando alias donatio esset sine effectu, puta si donans non haberet dominium tabernæ, sed eam conduxerat, haberetque in ea merces, ob quas appellat tabernam suam,*l.tabernæ.ff.de fund.instrum.* facit *l.an quod ibi, nisi nullum dom.fuerit,ff. de fund. instr. & supra* diximus ad glo.*§.item cum quæreretur,* & ita in terminis dicunt Ang. & Pau.*nu.*2.*in l.certo generi.ff.de serui.rust.præd.* Qua ratione si dominus tabernæ eam obligaret non sub nomine *tabernæ,* sed sub nomine *domus,* crediderim cum Alb.Salic. & Cuma.*in d.l.cum tabernam.*non cõprehẽdi merces, cum verba id non ferant:nec enim quis nomine *domus* simpliciter cõputat merces, quas ibi habet, arg. tex. *l.quintus, §.1. ibi, non facile,ff.de auro & arg lega.* & tũc cũ obligans domũ sit dominus,iam patet actum non manere sine effectu.Vbi vero obligaretur taberna à domino soli,& ædificij, & merciũ,crediderim verius ex Sal.ibi, vt cõ-

prehendantur merces, ob ſpecialem rationem minoris prejudicij, quicquid inuoluant Bart. Alb. Ang. & Cum. ibi dum opponunt, *d. l. qui tabernas, ff. de cõtrah. em.* nec æquum eſt, vt maligna fiat interpretatio contra creditorem, cum debitor non oneretur: & ſic non diſtinguo an taberna ſit obligantis, an reipub. an alterius, contra plures Dd. quicquid etiam videatur ſentire glo. 1. *ibidem*. Quod iuuatur, quia in obligatione non cadit illa reſtrictio & comparatio precij ad res obligatas, cum pro minimo multa bona obligari ſoleant ab homine & à lege, vt docet experientia & leges. *C. & ff. in quib. cauſ. pig. tac. contrah.* Ex quo in ea ſum ſententia, quod licet obligatio fiat cum relatione ad locũ, adhuc tamen cõprehendãtur venalia, ſi in eo loco obligans ſolebat ea habere, vel habere ſperabat, quia nec facile de alijs rebus cõuentio ſortiretur effectũ, licet poſſet cõtroueri ex verbis Bar. *in d. §. vxori.* & Bal. eum citantis *in d. l. cum tabernam*, Alex. *d. l. ſi conſtante*. Neguz. & Hiſpan. vbi *ſupra*, dum etiam in hypotheca admittunt reſtrictionem ex relatione ad locum: ſed loquuntur generaliter, nos vero attentis circumſtantiis negotij, quod comprobatur ex Rip. *in d. l. 1. num. 9. ff. de pignor.* Hinc infertur, quod ſi agatur de hypotheca tacita, quæ fit ex inductis & illatis, diſtinguatur vtiliter, quod Dd. inuoluunt. nam ſi creditor erat dominus tabernæ, tunc indiſtincte obligantur venalia inducta à conductore, cum de ijs, & non de aliis verificari poſſit obligatio legis, & diſpoſitio intelligi debet ſecundum ſubiectam materiam, & qualitatem rei, de qua agitur, *l. ſi vno. ff. loca. l. ſi ſtipulatus, ff. de vſur.* cum aliis. Nec tunc poſſet contra induci text. *in l. debitor, ff. de pignor.* imo iuuat, ſi mature conſideres, ibi enim attenditur natura rei, quod etiam hic ſequimur: facit *l. quæſitum*, 76. §. 1. *ff. de leg.* 3. & quæ diximus *ſuperius ad l. 1. C. de verb. ſigni.* Et vltra iam dicta intelligi poteſt text. *in d. l. cum tabernam, ibi, vtrum eo facto nihil egerit*, vt illa verba intelligantur non ſolũ, quia taberna nõ eſſet debitoris, ſed etiã quia veroſimiliter parui valoris eſſet demptis mercibus, ideoque dici poſſet nihil agi, ſi merces non obligarentur, licet taberna debitoris eſſet, facit text. *in princ. Inſtit. ad l. Falc. ibi, pro nullo vel minimo*, cum vulgaribus. Illud etiam *ex d. l.* vtiliter colligendum eſt in reſponſo, ibi, quæ mortis tempore, vt quamuis taberna mercium obligetur expreſſim vel tacite, non impediatur libera facultas alienãdi, & emptores ſecuri erũt effectusq; hypothecæ tunc liget ea tantum, quæ creditor inuenerit, quando agere voluerit: idq; probant Bar. Alb. Sal. Ange. & Cuma ibi, Crot. & Neg. vbi *ſu. Zaſ. d. §. itẽ Seru. n. 21.* & ibi Gom. *n. 22. ad fin.* ante eos ita declarat Cyn. *in l. vbi adhuc. nu. 19 q. 15. Cod. de iur. dot.* vbi Bal. *num. 19* hoc dicit notatu dignum: ex quibus conſtat vtilitatem creditoris tunc fore, quoad merces, quas inuenit: quod non percepit Iaſ. *in d. §. item Seru. num. 51.* atque erit tunc verum dicere (ſi cum iudicio attendas) hypothecã eo caſu magis dari in mercibus futuris, quam extantibus tempore conuentionis: præſentes enim quotidie alienabuntur, vt cõſtat ad ſenſum: quod non percipiens Soc. miſere labitur *in d. §. Cæſim. num. 2.* tenens in obligatione mercium non comprehendi futuras, quod eſt contra illam l. & receptas ſententias, vt melius contra Socin. aduertit ibi Iaſ. *num. 5.* & Ripa *d. l. 1. num. 8. ff. de pign.* pro quo eſt ratio Bart. & Bal. *in d. le. cum tabernam.* Bald. *d. l. vbi adhuc. num. 19.* ſcilicet, quod vbi obligantur merces, videntur contrahentes ſentire, vt alienatio non impediatur, cum venalia ſint in continua diſtractione, creditori autem ſatisfit futuris mercibus, cum taberna ſit quid vniuerſale, vbi nouæ merces ſubrogantur in locum diſtractarum, manẽtes ſemper nomine tabernæ, argum. *l. proponebatur, ff. de iudic.* text. & ibi Bartol. & Alex. *in l. ſi grege, ff. de legat. 1.* Reſultat igitur ex *ſupra* dictis, quod *d. l.* proprie non loquitur de expreſſa obligatione mercium, contra Bal. *in d. leg. certi iuris*, & contra plures Nec de obligatione legali tacita, contra Iaſ. *d. §. item Seru. n. 21.* & contra aliquos ex *ſupr.* citatis. Nec loquitur de obligatione generali, cõtra quam plures, ſed procedit in terminis, quos *ſuperius* vere annotauimus. Tandem ex *ſupra* dictis infertur ad *l. obligatione generali, ff. de pignor.* vbi à generali obligatione excipiuntur aliqua, quæ IC. exprimit, & quæ in ſpecie veriſimiliter non erat obligaturus debitor: de quibus agit Matheſ. *nota. 136.* Alexan. *in l. ſi conſtante. num. 26. & nu. 28.* 47

Pala.

Pala. *in rep. c.* §. 38. & §. 70. *num.* 11. & Calcaneus *consil.* 29 *n.* 11. & Alc. *in l. alienum. ff. de verb. signif.* Dec. *consil.* 30 Gerar. *sing.* 35. Neguſ. *de pign. part.* 2. *memb. num* 34. *cum ſeq.* Ex quorum dictis longe vtiliter colligi poſſunt plures ampliationes & limitationes ad l. illam, quam hic adduximus, quia Deci. *in d. l. omnia, num.* 1. *ff. ſi cert. pet. & d. conſil.* 30. *num.* 4. *& alibi ſæpe*, intelligebat, vt lex illa non procedat quando bona omnia obligantur, conſtituendo differentiam inter obligationem indefinitam & vniuerſalem, quam ſequitur Purpur. *in d. l. omnia. & in l.* 1. *n.* 47. *ff. de offic. eius*, & Alciat. *l. fin. nu.* 81. *C. de pactis.* & Riminal. *Inſtit. quib. alie. licet. nu.* 179. idemque conſuluere Corn. Iaſ. Curt. iun. quos refert doctus & diligens vir Aymon *in l.* 1. *n.* 47. *ff. de legat.* 1. vbi ipſe melius aduertit, & contrarium probat, & ita melius Soc. *in l. ſi is qui ducenta. §. verum, num.* 4 *ff. de reb. dub.* & alii melius aduerterunt, quos refert & ſequitur Cagnol. *in l. fin. num.* 255. *Cod. de pact.* & Neguz. *in d.* 2. *memb. num.* 37. & pro hac veriore ſententia ſtat ratio *d. l.* licet enim obligatio ſit cum ſigno vniuerſali, omnia bona, adhuc militat ratio æquitatis, qua lex excipit certa bona, militat etiam alia pars rationis ex veroſimili mente obligantis, quod probat tex. vbi Dd. ita ſentiunt *in l.* 1. *C. quæ res pig. oblig. poſ.* probatur etiam hæc pars non ſolum à ratione, ſed à verbis *d. l.* dū loquitur de obligatione generali, non enim eſt verum quod Decius & alij præſupponebāt, dicētes, vbi adiicitur particula, *omnes*, vel *omnia*, ibi diſpoſitionem appellari vniuerſalem, non generalem, & plus comprehendere: imo verius dicendum eſt, quod eorum differentia valere poſſet, ad diſtinguendum inter indefinitam & vniuerſalem (licet & in hoc regulariter contra eos ſit veritas in iure: ſed in propoſito *d. l.* loquentis de obligatione generali, verum & propriū exemplum eſt, vbi adijcitur dictio, *omnes*, vel *omnia*, idque appellatur generale, vt docet Bartol. *in l. generali, §. vxori, ff. de vſu legat.* quam doctrinam vt receptiſſimam tradit Alexand. *in l. grege legato. num.* 2. *ff. de leg.* 1. & probatur plane ex text. qui ponderari non ſolet *in l. illud, §. fin. ff. de minor.* & ex text. *in l. quoties. §. fina. ff. de vſufru.* ad idem poteſt vere expēdi text. *in leg. nam quod, §. fin. cum duab. ll. ſeq. ff. ad Trebell.* notat Bartol. *in §. non omnis eiusdem, l. ibi omnia vel ſimpliciter.* idem probat textus *in l.* 2. *C. de pignor. ibi generaliter vniuerſa bona.* notat Bartol. & ibi eſt bonus text. *in l. ſi legatus*, §. 1. *ff. ad Trebell* exceptio autem quando ſit à lege ex particulari ratione contra verba, non debet ceſſare tam leuiter, vt Decius & ſequaces volebant, ob dictionē *omnes* vel *omnia*, quod colligitur ex tex. *in l. ſi mihi Mæuia* 90. §. 1. *& fin. de lega.* 3. ex tex. *in l. Quintus*, §. 1. *& l pediculis, §. item cum quæreretur, ff. de au. & arg. leg.* ex tex. *in l. quidam hæredem, ff. de vino, triti. lega.* ex tex. *in l. quæſitum, §. pen. ff. de fund. inſtruct.* quæ iura obſeruari, aliaque expendi poſſent, vt caueant Iudices in praxi ab errore Decij, torque inſignium virorum in re quotidiana, vt etiam aduertant Iuriſperiti, non eſſe tantum tribuendum argumento à verbis generalibus, vt *ſupertus* retuli & tradit Zaſ. *lib.* 1. *reſp. c.* 1. & ita imponimus finem primæ patri huius Rubricæ, in qua beneuolus Lector ignoſcet prolixitati, præſertim multis vtilibus coniunctæ.

SECVNDA PARS.

SVMMARIVM.

1 *Agitur de patria poteſtate, ex qualibet patribus acquirunt.*

2 *Id ius matribus non conceſſum.*

3 *Patria poteſtas magis à iure ciuili eſt, ſecundum Bart. & communem ſententiam.*

4 *Poteſtas patria ſæpe iniure deſignatur ex nomine, ſacris.*

5 *Explicantur verba IC. in §. primo, l.* 1. *ff. de rei vend.*

6 *Ponitur differentia inter patrem & matrem, & tractatur intellectus l. pe. ff. de fideicommiſſ. liber.*

7 *Agitur de litera & ſenſu l.* 1. *§. pietas, ff. de liber. hom. exhib.*

8 *Oſtenditur aliquando vtilius agi cum liberis illegitimis.*

9 *Tractatur de verbis IC. & Iuſtiniani, dū tradunt patriam poteſtatem ciuium Romanorum eſſe.*

10 *Saluatur & explicatur glo. à multis commendata, à pluribus reiecta in §.* 1. *Inſtit. de pat. poteſt.*

11 *Defenditur & explicatur princ. Instit. de patr. potestate.*

12 *Proponitur & soluitur difficultas circa ius patriæ potestatis in regnis non subditis imperio.*

13 *Agitur de intellectu l. 1. C. de iur. liber.*

14 *Examinatur allegatio nobilissimi Antonij Augustini.*

15 *Proponitur locus Alciati, quem Duarenus reprehendit, agiturque de eius veritate.*

16 *Reijcitur intellectus doctissimi Duare. ad dictam l. primam.*

17 *Agitur de antiquo iure liberos occidendi.*

18 *Explicatur l. 2. ff. ad leg. Cornel. de sicar.*

19 *De potestate patris occidendi filiam adulteram aliqua explicantur.*

20 *Circa potestatem patris vendendi liberos ob necessitatem, & de intellectu l. 2. C. de patribus qui fil. distra.*

21 *Proponitur difficultas aduersus quandã communem sententiam in materia illius legis.*

22 *Sustinetur communis, & respondetur difficultati.*

23 *D. l. secunda contineri effectum patriæ potestatis secundum communem.*

24 *Reijcitur quædam opinio Rebuffi circa illam legem.*

25 *Proponitur communis circa eandem legem, sed probatur contraria sententia, vt illa lex procedat in permutatione, & num. 26. vbi aliqua non vulgaris tractatur.*

27 *Contra Bald. & Salic. ampliatur illa l. ab eodem citatæ rationis.*

28 *Agitur de litera illius legis, verb. sanguinolentus.*

29 *Ostenditur magnus effectus, qui resultaret in materia d. l. retenta litera sanguinolentos.*

30 *Agitur de alio effectu patriæ potestatis.*

31 *Explicatur sensus l. 3. Cod. de patr. potesta.*

32 *Tractatur exactissime materia leg. milites agrum. §. desertorum, ff. de re mil.*

33 *Ponuntur ampliationes receptæ ad illum §.*

34 *Limitatur noua decisio illius §.*

35 *Ostenditur decisionem illius §. incaute à Dd. ampliatam, nec facile trahendam esse ad alia crimina.*

36 *Tractatur alius effectus patriæ potestatis circa suitatem, & expenduntur aliqua iura.*

37 *Circa posthumos tractantur aliqua non negligenda, & intellectus §. posthum. Instit. de hæred. quæ ab intest.*

38 *Aliqua de suis hæredibus breuissime.*

39 *Contra communem probatur opinio nouorum, quæ Cuma. & Fulgos. fuit, vt suis hæredibus non negetur vsucapiẽdi ius, titulo pro hærede.*

40 *Explicatur verus sensus l. 2. §. filium, ff. eod.*

41 *Agitur de intellectu leg. nihil, Cod. pro hær.*

42 *Proponitur noua difficultas aduersus opinionem Raph. & Viglij, quæ vtiliter resoluitur.*

43 *Ponuntur aliquæ ampliationes ad d. l. nihil, C. pro hæred secundum verum intellectum.*

44 *Tractatur declaratio Bald. in Rubric. de præs. & probatur quod Ias. tentauit contra communem.*

SEcundum præludium necessarium his legibus, & aliis innumeris, quæ agunt de acquisitione, quę fit patribus per liberos, est patria potestas, quæ est basis ac fundamentum huius acquisitionis, *vt in l. 1. infr. eod. & l. cum oportet, infra tit. proxi. & Instit. per quas person. no. acquir.* idq; probat IC. *in l. patre furioso, in fi. ff. de his qui sunt sui vel alien. iuris.* Patria autem potestas tantum datur in liberos, ex iustis nuptiis procreatos, *l. tertia, ff. eod. tit. De his qui sunt sui vel alieni iur. & §. primo, Institut. de patriâ potesta.* vt indè constet filios spurios, vel naturales tantum, vel alios non legitime natos, non esse sub potestate patris, quod omnes Dd. vbique tradunt, & probat text. *in l. lex naturæ. ff. de stat. hom.* cum multis aliis. Itaque id ius matri non est concessum, nec expediebat multas ob rationes, quæ passim ex Scribent. colliguntur: nec est nouum in iure, in plurimis articulis, deterioris esse conditionis fœmineum sexum, *l. in multis. ff. de sta. hom.* vbi Alb. ample ornat, & Phil. Dec. *in l. sec. ff. de reg. iur.* prius notabiliter Specul. *in tit. de procu. in princ.* & post eos Cerier. *de primoge. lib. 7. q. 20.* Dicitur autem patria potestas inuenta iure Ciuili, secundum omnes post Barto. *in l. item in*

potest.

potest. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. per textum ibi: fuitque moribus recepta, vt dicit tex. *in d.l. patre furioso.* Bar. *in l. frater à fratre. num.* 12. *ff. de condict. indeb.* omnes *in d.* §. 1. *Institut. de patr. potesta.* & Nouel. *in Rub. ff. de verb. oblig. nu* 15. Hispan. Segura *in l. Imperator. numer.* 10 *ff. ad Trebell.* Filius vero in potestate dicitur
4 in sacris paternis esse, & ita multæ leges loquuntur, vt *l. si viua matre, infr. eod. & l. filiæ, supra de collation. & alibi sæpe,* vt curiose tradit Francisc. Duaren. *in commentarijs solu. matrim. C. de nuptijs, in princip.* Cur autem dicerentur sacra in hoc articulo, explicat Bald. *in Rub. Instit. de patr. potesta.* & prius Alciat. *in libr.* 1. *prætermissor. in verbo, sacra:* quem sequitur Sylvest. Aldobrand. *in* §. 1. *num.* 33. *Instit. de patr. potesta.* quibus non relatis, aliter videtur sentire Forcatul. *in sua Neciomag. Dial.* 15. *num.* 1. & Connan. *in commentar. iuris ciuil. li.* 2. *c.* 13. *ad fin.* Effectus autem varios patriæ potestatis congessit gloss. *in princip. Instit. de pat. potestat. ibi Angel. addit,* & latius Aldobrand. & Corras. *in l. qui liberos, col.* 2 *& sequ. ff. de ritu nuptiar.* Sed nos omissis multis leuibus, quæ illi tradunt de patria potestate, procedemus inferendo ad aliqua iura, & explicando ea, quæ videbuntur vtiliora & difficiliora.
5 Ex his igitur iuris principijs infertur ad textum *l. prima.* §. *per hanc, ff. de rei vend.* Vbi Vlpian. tradit patrem non posse vendicare filium simpliciter, & est sensus, quia ea vendicatio præsupponit dominium, *l. in rem, eod. tit.* & dominium est de iure gentium, *l. prima, ff. de acquir. rer. domin.* patria autem potestas non facit patrem dominum, nec si faceret, id esset iure gentium, sed Ciuili, vt *sup.* vnde subdit textus *in d.* §. secundum sententiam Pompo. recte patrem agere & vendicare filium, si addat se petere ex iure Romano, vel l. Quritum: & ita melius textus ille intelligitur, quam ex dictis per gl. Bart. & Ang. ibi, cum traditis à gloss. 1. *in* §. *præiudiciales. Instit. de actio.* vbi tamen ex Angel. *num.* 6 ex Ias. *nu.* 34. colliges textum illum ad alias personas trahi. Sed illa vendicatio matri non da-
6 tur. Idem in actione furti, quæ patri tantum, non matri datur, *l. si filiusfam.* 30. *cum sequ. ff. de furt.* idem in interdicto de liberis exhibendis, quod pro liberis in potestate tantum datur, *l. prima, ff. de liber exhib.* Aliud autem interdictum fauore libertatis omnibus conceditur, vt exhibeatur persona libera, iuxta *l.* 1. *ff. de li. ho. exhib.* Et hinc intelligitur tex- †
tus, in quo gloss. variat & laborat, *in l. penul. ff. de fideicommiss. liberta.* vbi textus dicit, matrem audiendam apud Prætorem in causa filij, gloss. putabat ibi videri matri concedi vendicationem, de qua *in dicta l.* 1. §. *per hanc.* quod cum verum esse non posset, quia illa vendicatio datur iure patr. potestati, variat gloss. nec resoluit *in dicta l. penult.* tu dic IC. ibi non agere de vendicatione, sed vt mater audiatur in causa libertatis filij, maxime vbi filij ætas vel absentia eum impediret, pro libertate autem non solum matri, sed etiam extraneis agere licet, vt *in dicta l.* 1. *ff. de lib. hom. exhiben.* quod non percepit Alberi. *in d. l.* 1. §. *per hanc,* dum citans illam *l. pen.* dicit ibi specialem limitationem poni ad *d. l. mater.* cum verius sit, ibi non agi de actione furti, sed de asserenda libertate filij: est autem aduertendum ad textum *in dicta l. prima. ver-* 7
sicul. pietas. ff. de liber. exhib. vbi excusatur parens qui retinet filium, etsi non habeat in eo ius patriæ potestatis, & plures libri habent literam, *pietas gemina,* & gloss. †
expo nit non absurde, vt in parente dicatur gemina pietas, quia altera est communis hominum inter se, altera peculiaris parentum & liberorum: & ita Alber. ibi. idem Alberic. *in Proœm. digest.* §. *discipuli. num.* 23. & pro illa pietate & affectione communi inter homines, facit textus *in l. seruus ea lege, ad fin. ff. de seru. exportand. ibi, benef. affici homin. interest hominis,* & gemina pro duplici habetur *in l. fi. C. de malefic. & Mathem.* Sed aliter legendū dixit Alc. vt sit litera *genuina pietas,* pro naturali & peculiari parentum, ita Alcia. *lib.* 4. *de verb. signific. & in tractat. præsumpt. reg. prima, præsumpt.* 11. Sed idem Alcia. *lib.* 10. *parerg. cap.* 20. probat literam communem cum expositione gloss. retractans id quod prius scripserat. Nunc autem aliqui C. qui dicuntur emendati, iuxta Pandect. Florentinas habent *gemina,* vt Alciatus emendabat. Vtrumque autem stare potest, & pro expositione gl. adde conducere verba tex. *in l. at si quis,* §. *sed interd. ff. de religio. & sumpt. funer. ibi, pietatis:* vbi illa vox etiam ponitur erga extraneos, vnde nil mirum si in parente dici possit *gemina.* Ex dictis autem 8

iuribus & recepta ſententia circa patriam poteſtatem, infertur, quod aliquando, quo ad lucrum & commodum pecuniarium, filius illegitimus eſt melioris conditionis, quam ſuſceptus ex iuſtis nuptijs: hic enim ſub poteſtate patris eſt, patrique acquirit: ille autem ſibi, non patri. Et interdum ſuccedit in parte bonorum, ex multis legibus. *C. de natural. lib.* Obſeruat eleganter Alcia. *libr. 4. parerg. cap. 5.* Sed & apud Luſitanos eſt lex, quæ in caſu quodam, filium naturalem omnino æquat legitime natis, tam ab inteſtato, quam contra teſtamentum, *li. 4.* 9 *tit. 71.* Ex eiſdem iuribus habetur, patriã poteſtatem proprium eſſe ius ciuium Romanorum, atque inde glo. infert *in d. § 1. Inſtit. de patr. poteſtat.* Gallos & alias gentes non habere hoc ius patriæ poteſtatis, idq; videtur colligi ex verbis Iuſtiniani ibi cuius verba deducũtur ex Caio & Vlpiano, *in l. 3. & 4. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur.* Connan. autem *d. loco* contendit Iuſtinianum non recte tranſcripſiſſe verba illi⁹ IC. in hoc articulo: nam ex IC. (inquit ipſe) non excluduntur aliæ nationes à iure patriæ poteſtatis, licet eam propriam dicat ciuium Roman. & ait *proprium* appellari, ideo quia non acceptum ab aliis: non autem *proprium*, vt non ſit apud alios. Sed non aduertit eundem ſenſum congruere poſſe verbis Iuſtiniani, quem aſſignat verbis IC. Id autem tradit Connan. & ante & poſt eum aliqui ex nouioribus, quia legitur apud Cæſarem *in Commentarijs*, & apud alios priſcos fuiſſe, & alijs nationibus hoc ius patriæ poteſtatis in liberos. Sylueſt. *in d. princip. Inſtit. de patr. poteſt.* Caſtal. *in l. 3. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur.* Balduin. *ad ll. Romuli.* Sed negari non poteſt fuiſſe aliquid in hoc ſpeciale Romanis, quod alijs nationibus ita commune non eſſet: idque mihi probat *d. l. 1 §. per hanc. ff. de rei vendicat.* cuius ſenſus aliter non conſtaret, dum pro ſigno peculiari in patria poteſt. ait, de iure Roma. vel l. Quiritum, & ita probat tex. *in c. ius Quiritũ, 1. diſt.* facit quod ex Plin. refert Balduin. *in d. princip. Inſtit. de patr. poteſt.* & Iuſtinian. non negat prorſus illud ius alijs gentibus: ſed dicit non talem eſſe apud alios homines patriam poteſtatem, qualem Romani habebant, quod eleganter comprobatur, quia viri Galli doctiſſ. noſtra tempeſtate ſcripſerunt, apud eos ex antiquiſſima conſuetudine filios non acquirere patribus, nec inter eos impediri conuentiones & iudicia, vt frater Connan. *lib. 2. cap. 13. in fin.* Caſtali. & Eguinari. *in d. l. 3 ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur.* Tiraq. *de retract §. 1. gloſſ. 9. nu. 60.* & Chaſ. *in conſuetud. fol. 219. col. 1. nu. 4.* Ideoque in 10 hunc ſenſum ſaluabitur gloſſ. *d. princip. Inſtit. de patr. poteſt.* dum dicit Gallos & alios non habere hanc patriam poteſtatem, quam glo. plures probant & extollunt, vt Alex. *in l. pen. C. qui teſtam. fac. poſſ.* Iaſ. *in l. 2. num. 19. ff. de vulg. & pup.* Hiſpan. & Segura *in l. Imper. num 97. ff. ad Trebell.* vbi alios refert, & omnes citant Bal. qui gloſſ. illam probauit, licet Sylueſt. ibi, & alij alibi indiſtincte gloſſ. reprobent, vt facit Galiau. *in Rubr. ff. de verb. oblig. num.* 187. & Lancel. Polit. *in tract. pupill. ſubſtit.* & Ripa *in l. 2 nu. 21. ff. de vulg. & pupill.* & prius Phil. Dec. *in l. qui ſe patris, nu. 4. C. vnde liber.* & ibi Fabius *nu. 34.* in quo ſæpenumero lapſi ſunt Alex. & Iaſ. putãtes quod apud Gallos & alias nationes, pater non poſſet ſubſtituere pupillariter filiis, & filios familias indiſtincte poſſe teſtari, quod melius aduertunt Dec. Galiau. Sylueſt. & alij ex *ſupra* citatis, And. ab Exea *de pact. numer.* 492. Coraſ. *in l. ſi teſtamento. num.* 19. *C. de impub.* & alii, quod examinare ſuperuacaneum iudicauit Zaſi. *in tract. pupill.* cum tamen in iure & in praxi neceſſarium eſſet: & ita contra illam gloſſ. fuiſſe iudicatum, tradit Chaſſ. *in conſuet. Burgund. Rubr. 6. §. 3. fol. 213. colu. 1. num. 21.* Qua in re male ſe explicat Benedict. *in cap. Raynut. in ver. ſi abſque liberis. in 2. de pupil. ſubſtit. n. 38.* deceptus ex illa gloſ. quam extollit: & idem *in d. c. in verb. matrem. num. 22.* Poſſet etiam dici 11 (& forſan melius) contra Connan, & aliquos ex *ſupra.* citatis, quod Iuſtinianus *in d. § 1. Inſtit. de patr. poteſta.* non ponit verba, quæ Gallis vel alijs nationibus adimant aliquid, quod ex verbis IC. illis competere poſſet: imo fauorabiliùs loquatur, quia dum ciuibus Romanis pat. poteſtat. tribuit, intelligi debet ſenſiſſe de omnibus ſubditis Romano Imperio, vt iã erãt Galli & Hiſpani, quod generaliter tradit glo. *in d. l. 3. ff. de his qui ſunt ſui.* maxime poſt conſtitutionem Antonini, quæ id voluit, vt *in l. in orbe Roma 17. ff. de ſtatu homin.* quam non citauit gloſſ. *d. l. 3.* quia gloſſ. habuit literam, *in vrbe*, vera autem litera eſt, *in orbe*, vt admonuit Alber.

ber. *lib 2. dispunct. ca. 21.* quem in hoc laudat Cagnol. *in l. 2. num. 128. ff. de orig. iur.* refert & sequitur Castali. *in dict. l. in Orbe*, & Sylueſt. *Inſtit. de patr. poteſta.* idem *in princ. Inſtit. de excuſa. tutor. nu. 19. in fin.* & Fabius *d. l. qui ſe patris, n. 34.* And ab Exea *in d. loco.* Coraſ. etiam vbi *ſupra*, tacito Alciat. Ripa etiam *in d. l. 2. n. 21.* & Bar. *in d. l. in Orbe*, & ibi Vaccenſis. Idem repetit Alciat. *lib. 4. parerg. c. 5.* idem Alciat. *in l. poteſtatis, 215. ff. de verb. ſignif.* comprobat Anton Auguſt. *in lib. ſingul. ad Modeſti-*
12 *num, poſt emendationes, pag.* 320. Sed cum hodie non adſit Romanum illud imperium, nec orbis ille Romanus, Regeſque Galliæ, Hiſpaniæ, Luſitaniæ, & alij, non recognoſcant ſuperiorem, dubitari poſſet ex *ſupra* dictis, an in his prouinciis detur ius patriæ poteſtatis, quia non ſunt orbis Romani, nec homines earum poſſunt appellari ciues Romani. Sed dubitandum non eſt, quia vſu moribuſque in his prouincijs recepta eſt patria poteſtas, non ſecus ac olim apud Romanos, dicit text. *in d. l. patre furioſo*, & in eiſdem prouincijs, ex voluntate Regum, receptæ ſunt leges noſtræ, atque ius quod profitemur *& commune* appellamus, nō ob authoritatem vel poteſtatem, ſed propter rationem, vt tradit Hiſp. à Palac. Ruui. *in princip. ſuæ repetit. num. 16.* Matthæ. de Afflict. *in prælud. conſtitu. Neapo. in 1. qu. & in 2. qu. nu. 4.* voluit Bald. *in c. fina. col. 4. num. 25. de conſuet.* Poteſt præterea dici, quod cum Reges approbent ius commune, quatenus eorum conſtitutionibus non abrogatur, videatur ipſum ius commune in regnis ſeruari vt regium, ob approbationem Principum, iuxta *l. 1 verſic. omnia enim, C. de veter. iur. enucle.* de qua approbatione apud Luſitanos eſt lex *in lib. 2. tit. 5.* apud
† Hiſpa. *l. 1. Tauri.* Ex his infertur ad intel-
13 lectum text. *in l. 1. C. de iur. libe.* vbi Honor. & Theodoſ. omnibus concedunt ea lege ius liberorum, vt amplius non ſit neceſſarium illud petere gloſſ. ibi variat, *quid ſit ius liberorum:* & primo intelligit de patria poteſtate, ſed hoc reiecto, intelligit ſecundo de iure ſuccedendi emancipatis, & hoc ſequitur Bal. ibi, alij nihil ſcribunt. At hæc interpretatio non congruit literæ, nec pater erat deſtitutus iure ſuccedendi emancipatis, vt *in l. 1. cum ſeq. ff. ſi quis à paren. fuerit manum.* & parentum ſucceſſio antiqua erat, *l. nam & ſi parent. ff. de inofficio. teſtam.* Prima expoſitio glo. bene congruit verbis illius legis quam explico, vt ſit ſenſus, quod omnes ſubditi Romano imperio, habeant ius patriæ poteſtatis: id enim non improprie poteſt dici ius liberorum, quod iuuatur, quia id ius ſolebat à Principibus peti, vt ex Plinio tradit Balduin. *in d. princip. de patr. poteſt.* nec autem precibus petatur, id concedit generaliter omnibus lex illa ab Honorio & Theodoſio condita. Sed facit difficultatem, quod *ſuperius* diximus ex Alciato & nouioribus, ad *leg. in orbe. ff. de ſtatu homin.* Videbatur enim id iam conceſſum generaliter ex lege Antonini, qui longo tempore ante Honor. & Theodoſ. imperauit. Reſponderi tamen poteſt huic difficultati, quod Antoninus non tam clarè locutus fuerat circa ius patriæ, vt patet ex *d. l. in orbe.* & forſan non erat ita generaliter moribus receptum, nec tam ſine dubio, vt colligi poteſt ex *l. 1. cū ſuis §§. ff. de cenſib. & l. 6. eo. tit.* vbi plures ſubditi Roma. imperij, ſpecialiter donantur iure Italico, & in aliis ſubditis fit differentia, & ex ICtor. nominibus in illo titulo colligesid fuiſſe poſt Antoninū, maxime ex *l. ſi. ff. eod.* vbi refert ipſum Antoninū, Video tamē in illis legib. agi de bonis & priuilegiis circa ea, nos hic de perſonis. Nec nouum eſt vt antiquiores conſtitutiones noue promulgentur & repetantur, quod nō raro facit Iuſtinianus, vt dicemus *in l. 1. Inf. eod. & l. cum oportet, inf. tit. ſeq.* Idq; in conſilijs eccleſiaſticis ſæpe 14
inuenitur, licet aliter intelligant Alci. & Duaren. proxime referendi. Ant. autem Aug. vir nobiliſ. & doctiſ. *in li. ſingulari ad Modeſtin. poſt diligentiſſ. ſuas emendat. pag.* 320. circa hæc dicit Conſtantin. & Theodoſ. omnibus conceſſiſſe ius liberorum, non autem explicat quod ſit illud ius. Et refert id ſtatutum à Conſtantino & Theodoſio, cum ſit lex Honor. & Theodoſ. Alia autem lex Conſtantin. & Theodoſ. eſt *l. 1. tit. præced. C. de inſirmā. pœn. cœlib.* vbi abrogatur durities & pœna, quæ erat circa bona & ſucceſſionē cōtra cœlibes: & *l. 2. eiuſd. tit.* corrigitur & aboletur dura lex Papia, quæ ſimiliter mulctabat in parte bonorum, & auferebat ius ſuccedendi vel capiendi relicta coniugatis, qui ſobolem non procreaſſent, ad quam alludit Iuuenal. loquens de vxore in virum:

Iura

Iura parētis habes, propter me scriberis hæres. Legatum omne capis, nec nō & dulce caducū: de qua lege tractat Alc. *lib 3. disput. cap. 2. & in l. ter enixa. ff. de verb. signif.* Connan. *lib. 8. cap 1. ad fin.* & Duaren. *lib. 1. dis-*
15 *put. cap.* 40. Alciat. autem *in d.l. ter enixa*, videtur scribere, quod per leges illas Theodosij, Honor. & Iustinian. extincta sint priuilegia concessa habentibus liberos, & æquatos eos qui sobolem non habent, eis qui liberos procrearunt: quod merito & recte reprehendit Duaren. *in d. cap.* 40 *ad fi.* ostendens priuilegia concessa habentibus liberos hodie durare post illas leges, vt *Institu. de excusat. tutor. in princip.* vbi Balduin. idem tradit. & Sylvest. *per l. 1. C. qui num. liber. se excu* cum alijs quæ citant. Illæ enim leges pœnas tantum abrogarunt, quæ antea erant in cœlibes, & non habentes prolem, non vero abrogant priuilegia habentium liberos, cum interfit Reipubl. liberis hominibus eam repleri. *l. prima, ff. solut. matrim. l. cum rat. ff. de bon. damn. vel portion. quæ liber. damna. conced.* vbi refert IC. sententiam diui Adriani, dicentis: ampliari imperium potius hominum adiectione, quam pecuniarū copia malim. Crediderim vero doctiss. Alciat. non sensisse id, in quo reprehenditur à Duar. esset namque crassus error. Verba Alciat. emendari debent, vt sit sensus: hodie per illas leges sublatas esse pœnas eis, qui prolem non susceperint, æquatosque prolem habentibus, quoad habilitatem succedendi & capiendi relicta: non autem adempta priuilegia concessa habentibus liberos, & inde inferri posset ad sensum *l. 1. C. de sacrosanct. eccles.* contra vulgarem intellectum omnium fere Dd. tradentium, ibi concedi testandi facultatem abdicatis solennibus, fauore piæ causæ, cum tantum lex illa concesserit facultatem relinquendi ecclesijs, quod antea non permittebatur, vt ibi melius aduertit Alciat. & non latuit Bald. vt tradit Ferret. *in l. de statu. ff. de*
16 *testam. in fin.* Duar. *in d. cap.* 40. *ad fin.* non discutiens interpretationem gloss. *ad d. l. primam. C. de iur. liber.* (nec relata glo.) noue aliter intelligit, vt lex illa, ibi statuat eos qui numerum liberorum habuerint, ad priuilegia & excusationes lege ipsa tutos fore, nec indigere precibus, quod nō sine colore probare nititur Sed hæc interpretatio mihi non placet, tum quia non satis congruit literæ, nulla enim ibi fit mentio de numero liberorum, vt appareat ibi aliud agi, tum quia *in l. sequ. & in tit. ibi præced.* agitur de non habentibus liberos, vel certum numerum liberorum, cum quibus durius agebant leges antiquæ: & sic vbi abesset numerus liberorum, cessabat rigor illarum legum, & dabatur fauor, seu priuilegium ante Theodos. & Honor. multis legibus expressis, absque precibus Principi oblatis, *vt in l. 2. ff. de excusat. tutor. & in l. 2. ff. de minor. l. ad Remp. ff. de muner. & honor. l. semper. §. demonstratur. ff. de iure immu.* Et si bene aduertas, cōperies magis necessariū fuisse apud veteres Romanos, & initio imperij fixa certaque esse priuilegia, liberos procreantium, vt hominum numero, & adiectione crescceret potentia Reip. quod ex Tito Liuio in multis locis deprehendi potest: idcirco placet magis interpretatio, quam *superius* ex mente glos. comprobauimus. Inter effectus ve- 17
ro patriæ potestatis erat antiquitus, vt pater posset liberos occidere, vt refert IC. *in l. in suis. ff. de liber. & posth.* & Imper. *in l. fin. C. de patr. potest.* & lex Romuli habebat, *Parentum in liberos omne ius est, relegandi, vendendi, occidendi*, in quam, vt 17. *in ordine* commentatur Balduin. Et constat ex historiis, non semel patres vsos fuisse ea lege & potestate, liberos occidendi, maxime ob disciplinam militarem, & vtilitatem Reipubl. vt refert Bud. *in l. 2. ff. ad leg. Cornel. de Sicar.* quinetiam citra causam Reipub. ob solius pudicitiæ respectum, refert IC. *in l. 2. in §. initium. ff. de origi. iur.* Virginium quendam occidisse filiam insontem: sed illa potestas antiquata est, & ideo illa iura non amplius licere, sed licuisse olim dicunt, vt declarat Bart. *in l. diuus, ante n. 1. ibi*, vel verius, *ff. ad l. Pomp. de parrici.* Idque etiam in dominis erga seruos sancitum, ne occidere, neque sæuire in eos liceat, *l. 1. in fin. cum l. seq. de his qui sunt sui vel alie. iur.* Ex quo infertur ad intelle- 18
ctum *d. l. 2. ff. ad leg. Cornel. de Sicar.* vbi gloss. Barto. & alij variabant, meliusque ibi explicat Budæ. Vltra quos omnes aduerte, quod ex illa lege à contrario posset colligi, vt pater auditum, & se defendentem filium posset eo tempore occidere, quod ibi videtur concedere Budæ. & Ioan. Corras. *in l. filium quem habētem, num. 80.* †

*num.*80. *C. famil. erciſc.* Sed non eſt admittendum id argumentum à ſenſu contrario in Vlpiano illius legis autore, ſuis enim temporibus ſecundum Bartol. ibi non erat iam illa poteſtas patri occidendi liberos, vt conſtat ex iuri. allegatis, & *d.l.diuus, ff. ad l. Pomp. de parricid.* notat glo. recepta *in d.l. in ſuis.* Nec pater poterat cognoſcere de cauſis vel criminibus filiorum iuxta regulã, *l. qui iuriſdictioni, ff. de iuriſd. omn.* probat tex. *in l.3. C. de pat. poteſt.* Vnde ad *d.l.2* dici poteſt, Vlpianum ibi non ſolum occidendi poteſtatem, ſed etiam audiendi & cognoſcendi patri omnino ſublatam ſentire, ideoque apud Præſidẽ vel Prefectum accuſationem tantum permittere, ſicut *in l.3. C. de patr. poteſt.* Poſteriores enim leges ſemper minuerunt patribus ius poteſtatis ſauendo liberis, vt tradit Æm. Ferret. *d.l. fil. quem hab. nu.*120. *C. famil. erciſc.* & latius ibi Corraſ. *ex num.*79. Ex illa tamen antiqua patrum poteſtate occidendi liberos, veſtigium adhuc durat vno caſu, in filia adultera, quam occidere patri permittitur, idq; ratione patriæ poteſtatis, quæ iure communi manebat etiam in liberos coniugatos, vt probant innumera iura, quæ citat Tiraq. *in tract. de iur. mari. in princ.* & nos tractabimus *in l. cum oportet.* Probat *l.1. §. fin. ff. de lib. exhib. l. inter liber. §. filiusfam. maritus, ff. ad leg. Iul. de adult.* Patri igitur tantum habenti filiam in poteſtate, manſit ius occidendi filiam adulteram, *l. patri.*20. *ff. ad l. Iul. de adul.* Eam autem poteſtatem occidendi appellat ibi, ius occidendi, & *d. lex Romuli*, quod notabis pro laſ. *in d. l.1. §. vſufructuar. numer.* 4. *ff. de non. oper. nunc.* melius & id probat tex. *in l. nec in ea* 22. *ff. eod.* Et ita datur alius effectus patriæ poteſtatis, vltra congeſtos à gloſſ. Nam ceſſante patria poteſtate, non poſſet pater occidere filiam adulteram, vt volunt illa iura: traditque Cagno. *in Rub. ff. de inoffi. teſtam. nu.*2. & Chaſſ. *in conſuetu. Burg. Rubr.* 4. §. 1. *num.*20. & de illa poteſtate eo caſu, agit notanter Hiſpan. Couarruu. *in lib. de ſponſal.* 2. *part. c.*6. *ex num.*2. hunc autem caſum dicit ſpecialem Bart. *in l.2. ff. ad l.* 20 *Cornel. de Sicar.* Poteſtas autem vendendi liberos abrogata eſt, & vno tantum caſu permiſſa ab Imperatore, ob famẽ ſummamque patris neceſſitatem, vt *l.2. C. de pat. qui fil. diſtraxe.* circa quam aduertas, quod licet l.1. loquatur de parentibus & eadem lex vtatur verbo communi, *ſi quis*, quod poſſet etiam comprehendere matrem, vt *l.1. ff. de verb. ſignif.* Tamen gloſ. recepta ibi ab omnibus, intelligit illud ius ſoli patri, non matri competere: ita etiam gloſ. & communis *in d. princip. Inſtit. de patr. poteſt.* vbi Sylueſt. id aſſerit receptum, *n.*17. & ita Alber. Bald. Salic. & reliqui *in d. l.2.* vbi Bald. *n.* 1. aduertit illud ius forſan emanaſſe ex antiqua occidendi poteſtate, iuncta ratione ſanguinis, & incomparabili illa cauſſa neceſſitatis: & cum Bald. Corraſ. *in l. qui liber. n.*14. *ff. de ritu nup.* vides igitur ex glo. & Dd. illam l. de matre non intelligi: quod etiam aſſeruit Brun. in ſuo copioſo *tracta. de ſtatu exclud. fœm.* quem refert & ſequitur in hoc Rebuff. in *tract. de priu. Scholaſ. priuil.*177. *n.*5. *eſt in* 11. *volu.* Sed hæc opinio gl. & omnium Dd. non 21
19 omnino tuta videtur, poſſetque contrarium ſuaderi. Primo ex verbis tex. ibi, & *l. præcedentis*, quæ etiam matri congruunt, & in dubio omnis effectus & ſenſus ſumẽdus eſt, qui ex verbis colligi poteſt. *l. Gallus. §.1. ff. de libe. & poſth.* text. & Aret. *in l. cum lege. ff. de teſtam.* ad hanc opinio. conducere poſſet, quod in illis legibus non fit mentio patriæ poteſtat. cauſa autem illa neceſſitatis & ratio ſanguinis, æque pro matre vrgent, cuius eſt eadem pietas, vel omnino eſſe debet, vt *in l.* 4. *ff. de curato. furioſ.* eademq; reuerentia, vt *in l. ſi. C. de in ius voc. & l.* 4. *verſ. parentes, ff. eod.* & vna omnibus parentibus ſeruanda reuerentia, vt dicit text. *in l. parentes,* 6. *ff. eod. tit.* facit *l. in coniunct. C. de nupt.* quod ſi dilectionem & merita reſpicias, nihil eſt quod liberi matribus non debeant, *c. fin. de conuerſ. infide.* late Gomet. *in §. fuerat, Inſtit. de action. col.*1. & 2. quod quidem multis ornari poſſet ex noſtris legibus, & ex ſacra pag. alijſque paſſim ſcrip. facit *l. propter inſidias, ibi, pietas & ratio naturalis, C. qui accuſ. non poſſ.* Sed his non obſtantibus, ibi mihi vide- 22
tur tenenda opin. gloſſ. & communis ad illam l. vt non procedat in matre, tum quia ille effectus patriæ poteſtatis videtur, poteſtas autem patris, non matris eſt in iure, vt patet ex *d. l.* 4. *ff. de curat. furioſ.* cum alijs, tum quia ius illud non ſolum in amore & ratione ſanguinis, ſed etiam in conſilio poni debuit, argu. *d.l. nec in ea. ff. ad l. Iul. de adulte.*

Conſi-

Consilium autem maris, non fœminæ est, *l.* 2. vbi late Dec. *ff. de regul. iuris*, colligitur ex *l.* 1. *ibi virorum, ff. de legib.* fœminæ autem fragiles sunt, earumque consilium parum tutum, & sæpe contra sua propria commoda laborant, *l. pen. C. de spons.* facit *l. cum de indebito, versic. si autem, ff. de probat. ibi, minor vel mulier.* Ob imbecillitatem igitur, inconstantiãque fœminarum, iusta videtur recepta opinio, vt potestas *d. l.* 2. matribus non detur, sed patribus tantum, qui maturius expendent negocium, neque enim facile mouebuntur vel fallentur, vt posset contingere in matribus: & ita de consilio & constanti amore patris, sæpius iura nostra loquuntur, vt latissime tradit Tiraq. *in l. si vnquam, in princ. ex nu.* 7. *cum multis seq. C. de reuoc. donat.* Non tamen compertum est, an maior sit amor paternus, quam maternus, & dicunt plures vehementius matres diligere liberos, patres vero constantius, vt late tradit Io. à Lignano, *in libell. de amicitia. qu. quis magis diligat, fol.* 12. *col.* 3. & nemine citato,
23 Anto. Vac. *in l.* 3. *ad fin. ff. de his, qui sunt sui vel alie. iur.* Ex *supra* deductis patet etiam ex mente glo. & omnium Dd. l. illã non procedere in filijs emancipatis, cum non tantum ratione sanguinis & amoris, sed etiam potestatis, decis. illa procedat: ideoque à gloss. & Dd. communiter inter effectus patriæ potestatis con-
24 numeratur. Circa d. l. aliqua ex professo colligit Hispa. Couarruu. *libr.* 3. *resol.* 114. cuius scripta non opus est rescribere, sed addam aliqua vltra superius deducta, non omittendo, quod Petr. Rebuff. *in* 1. *Tomo const. Gallic. in Prohæ. glo.* 5. *num.* 62. scribit l. illam non procedere apud Gallos, eo quod liberi eorum exempti sint à patria potestate, secundum glo. *in princ. Instit. de pat. potest.* Sed labitur vir ille, & contradicit alijs scriptoribus Gallis, qui glo. lacerant, eo quod illis negauerit ius patr. potest. Nec talis limitatio sustineri potest, attenta consuetudine Europæ, quæ vbique recipit pat. potestatem, vt *superius* deduximus, & ita est de mente glo. & omnium Dd. vt l. illa procedat vniuersaliter in omnibus Prouincijs, maxime, vbi ius commune const. Regum approbatur, suadeturque necessario, si aliquis insistat authoritati dict. glo. quia respondebitur eam magis communiter reprobatam, vt *supra* diximus: imo dicebat Alber. *in d. l.* 2. *num.* 2. quod aliæ nationes, præter Roman. viderentur etiam sine causa necessitatis posse vendere liberos, quod mihi non placet, nec Alber. probat, quin potius 25
ex *supra* deductis non distinguo inter Romanas & alias nationes, in materia eiusdem l. 2. & in illo effectu patriæ potestat. glo. ibi recepta ab omnibus, intelligit, vt illa decisio, loquens de venditione, procedat magis in pignore, tradit Hispa. *dicto loc.* & alij *supra* citati, sed specifice in permutatione, non habere locum dicunt ibi Bal. *nu.* 4. & Sal. *nu.* 3. sic etiam concludunt Dd. cum glo. secundum Hisp. l. illam non procedere ex aliqua alia causa simili, nec vllo modo amplietur, etiam ex identitate rationis, ita
Sylueſt. *in d. princ. Instit. de patr. potest.* Sed 26
hæc non sunt tuta, nec carent dubio, licet cum ijs simpliciter transeat Hispa. vbi *sup.* putoq; l. illam sine violentia, & sine extensione, æque intelligendam in permutationem, vt scribit Pet. Gama. *in tract. extensio. num.* 101. Cuius opinionem probo, quia in permutatione eadem est ratio, tam erga patrem, quam erga filium: ita subuenitur patri permutando sicut vendendo, non est deterior conditio filij concessa permutatione. Et quod Bal. & alij arguunt, contra eos vrget: nam cum ibi agatur de causa famis & necessitatis, & non est restringendum ad ius patris, cum forsan contigerit non occurrere emptorem, sed permutantem, vel cum permutare vtilius fuerit: alias maligna fieret interpretatio contra parentes, quod lex abhorret, vt *l. si ita stipulat. §. Chrysog. ibi, neque maligne accipiend. ff. de verb. oblig.* Sicut enim inter arma leges silere dicebat Marius apud Saluſt. ita in illa tremenda necessitate non oportet sectari differentiam venditionis & permutationis. Hæc non considerauit Gam. quem citauimus, cuius opinionem prius scripsit Fulgo. vno verb. *in l.* 1. *C. illo tit.* dicens leges ibi loquentes de vendit. ex vi verbi trahi ad quascunq; alienationes, per tex. *in l. statuli ff. de stat. li.* Sed peccat arg. quia tex. ille loquitur secundum antiq. quæ non distinxerat nomina conuentionum, vt melius alias circa illam *l. statu lib. in titu.* Ias. *in l. iurisgen. col.* 3. *ff. de pact.* quod alibi latius trado. Igitur tutius arguemus ex *prædict. considerationib.* simulque iuuabitur

hæc

hæc opin. ex text. *in l. sciendum. 19. penult. ff. de ædil. edict. ibi, emptorem accipere debemus, qui precio emit*: sed etsi quis permutauerit, dicendum est vtrunque emptoris & venditoris loco haberi, de qua æquiparatione late Igne. *in l. 3. §. si condi. ex numer. 20. ff. ad Syllan.* & illum tex. commendabat Cremen. *in notab. 158.* Ant. à Burg. *in c. cum causa. numer. 8. de empt. & vend.* Ias *in l. fin. numer. 3. ff. de*
27 *condict. ob caus.* Sic in eo quod Bal. & Salic. subijciunt cum gl. *ind. l. 2.* & Dd. in alijs locis citatis ab Hispan. & Sylvest. magis placet, vt si detur similis causa, puta quod pater captus ab hostibus, sit occidendus, nisi certum precium dederit, possit tunc distrahere filium, ex *proxime* deductis: & quia militat eadem ratio, quæ magis attendi debet, etiam in materia non fauorabili, vt colliges ex traditis à Bald. & alijs, per text. *ibi, in cap. 1. §. porro. quæ sit prima caus. benef. amitten.* cum relatis ab Ias. *in l. cum quidam. ex numer. 20 ff. de lib. & posthum. & in l. fin. ff. de in ius vocand.* Addo ad hoc Pan. *in c. fin. numer. 10. de rescript.* Feli. *in Proœm. Grego. col. 2. numer. 9.* & quæ tradit insignis Azpilcueta Nauarrus, Præceptor meus, probitatis & eruditionis rarissimum exemplum, *in c. sacerdos. numer. 49. de pœn. distinct. 6.* vbi etiam in extensione pœnæ, vim rationis agnoscit. Facit text. *in l. ossa, §. fina. ff. de relig. & sumpt. fune. in fin. ibi, quia intellectu aliquo prohibitus ipse videtur.* Vrget text. *in l. his solis, ibi, satis tacite cautum. C. de reuocand. donat.* cum traditis ab Alexand. *in l. cum mulier. ff. solut. matrim.* Probat mihi text. nota. *in l. libertus. 64. ibi, cum ideo prohibuerit. ff. de ritu nuptiar.* vbi IC. à ratione extendit dispositionem pœnalem & exorbitantem, vt videtur notare Ias. *in l. 1. §. hoc autem. numer. 9 ff. ad Trebel.* Are. *in l. 1. col. 1. nume. 3. ff. de vulga.* Vrget autem fortissime pro hac sententia, contra communem, quod habet alias recepta sententia, vt quamuis lex expresserit certas causas ad exhæredandum filium, possit tamen exhæredari, etiam ex alia causa simili vel maiori, secundum Angel. Alex. Ias. & quam plures alios, vt tradunt noniores *in Auth. non licet. C. de lib. præterit.* quod probant Ripa, Hip. Alcia. Bellon. Benedict. Chas. Couarruu. & fere innumeri, quos alibi refero: & elegantissime defendit doctiss. & acutiss. D. Lusitanus Costa. *in §. & quid si tantum, l. Gallus. pag. 131.* vt interim omittam, quod decisio *d. l. 2.* licet contineat casum non vulgarem, nec facile extendendum, non tamen odiosum, nec pœnalem, nec tam contrarium naturali rationi, vt Bald. ibi putabat. & in *l. illud, num. 4. versic. nec obstat. C. de sacros. eccles.* Tan- 28
dem circa *d. l. 2.* tractat Hispa. *d. loco* ex Alciat. Tiraquel. & alijs post gloss. & ordinarios, *in d. l. 2.* duplicem literam inueniri: Nam aliqui libri habent, *sanguinolentus*, facta relatione ad patrem, quæ litera frequentior est, eamque probat gloss. ibi, non tamen bona ratione, alias rationes acutius excogitarunt Alber. & alij ibi, vt latius tradit Couarruu. eandemque literam allegat Connan. *lib. 2. c. 13.* & ita habent libri, qui emendati dicuntur, ad Pandect. Flor. exemplar: & tunc sit sensus patrem distrahentem filium, etiam lege permittente, *sanguinolentum* dici, quia ipse sibi sanguinolentus videbitur: nec enim iusta causa tollet dolorem patris, qui vtens ea facultate legis, seipsum forsan incusabit, quasi naturalem rationem affectionemque transgressus fuerit, arg. *l. isti quidem ff. quod met. caus. in fin. ibi. Cū pro affectu parentes magis in liberis terreantur.* & tex. *in §. fin. ibi, pater magis quam filius. Instit. de noxal.* facit *l. iusta, ff. de manumiss. vind.* Alij legunt *sanguinolentos*, facta relatione ad filios, vt per glo. Alber. & Salic. ibi, quam literam probat Alc. *in l. 2 de verb. significa.* noue intelligens tex. illum loqui de liberis sanguinolentis pro recens natis: quam interpretationem probat Tiraq. non relato Alc. *l. 1. de retra. §. 26. in glo. 1. num. 14.* dicens errare Dd. *in d. l. 2.* aliter intelligentes. Vterque nititur magno argu. *ex Rubr. C. de infant. expo. ibi, sanguinolentos nutriendos.* Et ex C. Theodos. vbi hi recens nati, *sanguinolenti* dicuntur, ideo forsan, quia, vt docet experientia, tunc homines sanguineis maculis, alijsque à partu immundis aspersi nascuntur. Eandem interpretationem, tacito Alc. tradit Bal. *in l. 17. Romuli.* Quo sensu, deuiantes 29
à recepta interpretatione Alcia. Tiraq. Bald non obscure volunt, quod ius concessum patri in illa l. non procedat indistincte in omnibus liberis, sed tantum in infantibus recens natis: gl. autem &

communiter Dd. contrarium indistincte sentiunt, nec differentia Alciat. & Tiraq. ratione carebit, licet Hispan. Couarruu. *in d. loco*, dicat eandem omnino
† esse rationem in omnibus liberis. Considero enim quod si liberi sint iam infantilis, vel maioris ætatis, possent iuuare patrem ad pellendam famem; cum de iure in infante considerabiles sint operæ. *l. caterum. 32. ff. de rei vend. ibi. Etiam impuberis aliquæ operæ esse possunt, & & l. si infantis. 62. ff. de vsufr.* Similiter liberis adultis, & habentibus intellectum, esset acerbius seruitutem vel seruitutis speciem subire; cum libertatis dulcedinem prius sensissent: quod in recens natis cessat, maiusque infortunium est aliquando felicem fuisse, iuxta celebrem Seuerini sententiam: & illud Ciceronis in familiaribus, vbi non sis qui fueris, non est cur velis viuere. Sic etiam quo ad honorem & existimationem in liberis adultis, illa macula, quoad se & consanguineos, non ita occultari poterit. Et ita lectio & interpretatio Alc. noua comprobatur (reiecta alia lectione Reb. variantis, *in dicto loc.* qui nihil affert.) Sed ne parentum fauorem restringamus, quia etiam Codices fere omnes habent literam *sanguinolentus*, magis probandum videtur quod gloss. & Dd. communiter volunt, vt lex illa procedat in filijs cuiuscunque ætatis.
30 Inter effectus patriæ potestatis enumeratur decisio Impera. Alex. *in l. 3. C. de pat. potest.* quæ lex in 1. part. plane loquitur de patre & filiofam. quo ad acquisitionem, nec de matre vel filio emancipato loqui poterat, sed Dd. non citant illam *l. in 1. par.* id enim alijs multis iuribus magis ex professo statutum erat. In 2. & 3 *par.* habet tex. quod pater potest castigare filium inobedientem, & eum perseuerantem offerre Præsidi ad maiorem pœnam. Bald. ibi intelligit de filio in potestate tantum, & ibi Alb. & ita illam l. ad effectum pat. potest. citat Ang. Aret. *in §. ius aut. n. 2. Inst. de pat. potest.* Sed hi Dd. debuerũt aduertere, quod illud ius castigandi, & consilium, vt durante iniquitate filij, ducatur ad Præsidem, conceditur etiam propinquis, non solis parentibus, vt *in l. vna, C. de emẽ. prop.* & sic patet cõt. plures Dd. tex. *in d. l. 3* quia ad hoc non cõtinere quid speciale patr. potest. quod non explicat Alc. *regu. 1. præsumt. 3.* nec Boer. *dec. 275. numer. 3.* tractantes illa iura, quibus est addendus text. *in l. 1 §. 1. ff. de obse. ibi, patrem & matrem: & ibi, ad publicam pietatem*, de quo tex. *in ver. educatum.* agit Alc. *in l. fin. C. de in ius voc.* Tiraq. *in l. si vnquã, verb. Susceperit. numer. 43.* sed aliter Lusit. Cost. *in rep. l. si ex cautione. C. de non numer. pe. pag. 56.* Melius que dicendum est, 31
vt ibi de filio in potest. agatur ob aliud, non ob ius castigandi tantum: est igitur ibi speciale, vt patre ducente filium ad Præsidem propter irreuerentiam, vel similem culpam in ipsum patrem commissam; debeat Præses damnare filium, vt pater ipse dictauerit, quod non conceditur alijs propinquis, *in d. l. vna.* Et est notandum ad limitationem illius, quod dicit text. *in l. nam quod, ff. ad Treb.* & ita forsan sensit Alb. *in d. l. vna numer. 4.* quod non exacte videtur aduertisse Dec. *in l. vt vim. nu. 21. ff. de iust. & iur.* dum in hoc æquiparat patrem & matrẽ. Decisio autẽ *d. l 3.* cum in hoc specialis sit, non est extendenda ad alios casus, loquitur enim tantum vbi pater offert Præsidi filium sibi inobedientem & contumacem, tunc enim in pœna irroganda Iudex sequetur patris arbitrium, facit tex. *in l. nec quicquam. §. de plano. ff. de offic. procon.* quod etiam suadetur ex tex. cel. *in l. respiciendum. §. furt. dom. ff. de pœn. ibi, publice vendicanda non sunt.* de quo tex. agit Alex. *consil. 135. numer. 2. lib. 1.* & latius Cæp. eum extollens, *in Auth. sed nouo iure, numer. 54. C. de seru. fugit.* aliter etiam debet intelligi *d. l. 3. C. de patr. potest.* secundum Bald. ibi, quod voluntas patris in filio puniendo debeat moderari, nec verbum *volueris*, ibi positum, potest extendi ad pœnam excessiuam, per tex. & Bart. *in l. si quis dicat. ff. de manumiss. ibi, vtique non maiorem pœnam constituturus: & ibi, cum* Bart. Plumbinus *in fin.* & vere text. hic vrget, arguendo à domino ad patrem, quod in proposito licet, & nihil citans ita dicit Bonif. *in tract. malef. titu. quib. est conces. correct.* Ad text. vero *in l. vna, C. de emenda. propinq.* vide Dec. *in d. l. vt vim. numer. 22. ff. de iustit. & iur.* post Fel. *in c. cum contingat, de for. comp.* Hinc
infertur ad tex. celebrem *in l. milites* 32
agrum. §. desertorem, ff. de re milita. cuius sunt verba: *Desertorem qui à patre suo fuerit oblatus, in deteriorem militiam diutis Pius dari iussit, ne videatur, inquit, Pater ad supplicium filium obtulisse. Itemque diui*

Seue-

Seuerus & Anton. eum qui post quinquennium desertionis se obtulit, deportari iusserunt, quod exemplum sequi nos debere, & in cæteris Menander scripsit. Significat aperte tex. quod cum pœna capitalis eo casu posset irrogari filio, moderatur & cõuertitur in aliam mitiorem, si pater filium ipsum offerat iudici, idque ex illo text. generaliter colligunt plures Dd. in varijs locis intelligentes text. illum procedere in omni delicto, indeque inferunt cautelam, vt quando pater viderit filium obnoxium pœnæ mortis ex delicto, offerat eum Iudici, & euitabit pœnam mortis. Bart. ibi non scribit. Alber. autem dicit per illum tex. ita tenere communiter Dd. & quod aliquando vidit ita seruari, tradit Cæpo. *caute.* 1. secure intelligens, idem fore in crimine læsæ maiestatis, refertque aliquos Dd. non parui nominis: & ita ex illo §. colligit Salic. *in l. propter insidias, numer.* 3. *C. qui accus. non poss.* & in hoc illum text. extollit Felin. *in c.* 1. *col.* 2. *ad fin. de offic. deleg. & in c. quærenti, col.* 3. *num.* 6. *ver. tertius. eod. tit.* & Hispan. *in l.* 2. *numer.* 13. *ff. ad leg. Cornel. de Sicar. in l. vnius. §. seruus, ad fin. ff. de quæstio.* & Mat. de Afflict. *in c.* 1. *§. insuper. nume.* 18. *de prohib. feud. alien.* per Federic. *lib.* 3. *feud. fol.* 151. & ita generaliter per illum tex. tradit Iaco. Boulenc. *in repeti. l. capitalium. §. famos. numer.* 189. *ff. de pœn.* & ita Ludo. Carrer. *in suo libro crimina. § homicidii, nu.* 136. *cum seq.* & ita indistincte intelligit Felin. dicens illum tex. singu. *in c. accusasti, num.* 4. *de accusat.* & tam ipse, quam Cæpol. & alij referunt, Paul. *in d. l. propter insidias*, quem ibi scribere non inuenio ita etiam Al. *Re.* 1. *præsump.* 4. & Aug. Ariminen. *ad Ang. de malefic. verbo, & ad quærelam, numer.* 38. Idem ex illo text. vult
33 Ang. *in l. si adult. cum incest. §. liberto, in fine. ff. ad legem Iul. de adult.* vbi ampliat idem esse è conuerso, si filius in simili casu patrem, qui obnoxius esset grauiori pœnæ, offerat, & ita Hip. *in d. l.* 2. *numer.* 13 *ff. ad legem Cornel. de sicar.* Alc. *d. legu.* 1. *præsump.* 4. & Iac. Boulen. *d. loco.* & Carrer. *d. loco, numer.* 137. Idem in matre offerente filium tradit Salicet. *in d. l. propter insidias*, quem sequitur Felin. *in d. c.* 1. *col.* 3. *in fin. cum princ. seq. de offic. deleg.* & Cæpol. *in d. cautel.* 1. ex quibus resultat Dd. intelligere text. *in d. §. desertorem*, vt non procedat specialiter ratione patriæ potestatis, sed ex ratione naturali amoris & sanguinis, ideoque idem sit in matre & filio emancipato. idque suadetur ex ratione illius tex. ibi, ne videatur ad supplicium obtulisse. Et ex historia deprehenditur, aliquando in causis criminalibus datum patri, vt arbitrio suo filios damnaret, vt tradit Connan. *lib.* 2. *cap.* 13. & Balduin. *ad leges Romuli. l.* 17. Dum autem Dd. cõmuniter extendunt illum text. ad omnia crimina, iuuari potest ea ampliatio, expendendo tex. *ibi, in verbo, & in cæteris.* Ad principalem vero conclusionem illius text. citat etiam glos. ibi tex. *in l. qui cum vno. §. qui filium, eod. tit.* & ita Cæpol. & Matth. de Afflict. & alij *in d. locis.* qui text. in desertore eandem sententiam videtur probare. Tenendo cõmunem illam allegationem est aduertendum, quod in crimine filij commisso in personam patris aliud est, quia tunc pœna irrogatur arbitrio patris, idque tantum in filio in potestate, per *dict. l.* 3. *C. de patr. potest.* secundum Bald. & Alber. ibi, & diximus *sup.* proxime: & sic est limitatio *ad d. §. desertorem.* Similiter 34
communis illa allegatio videtur noue intelligenda, quando parens offerret filium, quem Iudex facile capere non posset, secus vbi Iudex eum quærebat, & non poterat euadere, tunc enim pater non diceretur eum offerre, vt eleganter colligi potest ex tex. *in l. edicto* 13. *vers. id autem. ff. de iure fisc. ibi, id quod latet, non quod fisci est*, quicquid videatur sentire Alc. *in d. præsump.* 4 qui vere non tãgit hos terminos. Sed quamuis tot Dd. 35
ita indistincte scripserint, & mitem illam cautelam tradant, non eis accedo: veriusque credo textum illum *in verb. & in cæteris*, non sentire de cæteris criminibus, sed cum dixerit in quodam desertore offerente se, ita Imperatorem iudicasse, subdit, *idem in cæteris dicendum fore*, id est, in alijs personis, in quibus occurrerit eadem causa, non diuersa, secundum doctrinam glo. *l. non solum. § quæritur. ff. de procu. & in l. si fugitiui, C. de seru. fug.* Est enim longe diuersa ratio de illo crimine ad alia, cum desertor grauiter puniatur ob culpam in omittendo, contra regul. *iur. de qua in l.* 2. *C. si aduer. delict.* glo. *in l. si mora, ff. sol. mat.* vnde pœna desertoris cum sit ex maximo rigore, facilius potuit moderari

Ex multis enim legi. illius titu. deprehenditur ibi procedi nimio rigore, *vt in l. 6. vers. qui in acie. ff. eod.* sic nec felix euentus aliquid ibi excusat. *l. 3. §. in bello. ff. eod.* quem tollit Cremen. *not.* 151. Florianus *in l. sed & loci. §. sed & si quis. ff. fin. regund.* quod non est trahendum ita ad reliqua, vt scribit Fel. *in c. causam. num.* 8. *ad fin. de iud.* probat Cagn. *in l. 2. nu.* 140. *de orig. iur.* de quo etiam Felin. *in c. illud. de maior. & obed.* Benedict. *in c. Raynut. verb. in eod. testam. 1. num.* 71. Coras. *lib. 1. Miscel. c.* 24. *ad fin.* & legitur apud Gellium *lib. 1. cap.* 13. Similiter non fuit bona extensio, quam Dd. indistincte faciunt ad alia crimina, quia in desertore potuit esse culpa ex pusillanimitate: nec est directa ad incommodum vel offensam certæ personæ, ideo potuit facilius remitti & moderari. argum. *l. 2. C. de in ius vocand.* & quod not. gloss. magna ad medium, *in l. assiduis. C. qui potior. in pign. habe. ibi, lex enim suum beneficium.* Nec erat iuridicum indistincte admittere, vt parens vel filius posset eludere pœnam à iure statutam, offerendo filium vel parentem: facit tex. notabilis *in l. si quis forte. 6. ibi, eludendæ pœnæ causa. ff. de pœn.* & quotidie legi fraus fieret, contra publicam vtilitatem, quæ versatur in maleficijs puniendis. *l. congruit. ff. de offic. præsid. l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil.* contra id quod eleganter dicit text. *in l. si à reo. §. illud, quod vulgo. ff. de fideiuss. ibi, pœnas ob maleficia solui magna ratio suadet*: faciunt quæ congerit Fel. *in c. Rodulph. col. 3. de rescript.* Ias. *in l. 1. in 2. lectu. ad fin. ff. solut. matrim.* Crotus *in l. omnes populi. num.* 177. Concludo igitur contra Dd. *in dict. locis, vt d. §. desertorem*, non fiat regula generalis, nec extendatur ad alia crimina, in quibus sit diuersa ratio. Inde credo quod in vero crimine læsæ maiestatis non seruabitur illa decisio, contra Sal. Cæpol. & alios. Vnde sequitur melius aliqualiter aduertisse Matthæ. de Afflict. *dict. loco*, dum videtur resoluere, quod ille tex. non trahatur ad casum, in quo persona offensa, causam suam prosequatur: facilius enim dispensat lex & princeps cum solennitate publica, quam cum præiudicio tertij, vt probat tex. *in l. si quando. Cod. de inoffic. testam.* secundum veram resolutionem.

36 Non fuit omittendus alius effectus patriæ potestatis à gl. omissus, cæteris autem subtilitate superior, & apud IC. frequentior, qui huic *tit. & seq.* non improprie applicatur: is est circa ius & nomen sui hæredis, vnde interpretes *suitatis*, nomen non absurde deduxere. Nam apud IC. vt nomen *sui hæredis* frequentissimum est, ita *suitatis* nomen nõ inuenitur. id tamen recte deductum defendit Vigili. *in §. sui autem. Instit. de hæred. qualit. & differ.* Alciat. *lib. 5. pareng. c.* 19. & his tacitis Coras. *l. 3. Miscellan. c.* 16. Suitatem vero definierat Angel. de Peri. gloss. *in repet. l. in suis. ff. de liber. & posth.* cuius diffinitionem defendit Dec. *in l. qui se patris. num. 2. C. vnde libe.* vbi nouissimus Fabius aliter describit, alijs etiam verbis Alciat. vbi *sup.* aliter item Loriot. *de consang. Axiom.* 15. quorum dicta hoc loco examinare opus non est. Præcipuum autem requisitum suitatis est patria potestas, regulariter enim de iure absque patria potestate non dicitur quis suus hæres, quam regulam inepte nonnulli conantur euertere, cum tamen eam præcipue scribat IC. *in l. lege Cornel. in fin. ff. de testam. ibi, quamuis suus hæres esse non possit, qui in potestate morientis non fuit.* Idem probat text. *in §. sui autem.* & melius *in §. cæteri. Institut. de hæred. qual. & differ. & in §. sui autem. Instit. de hæredi. quæ ab intesta. defer.* Ex quo infert Iustin. *in d. §. cæteri. ver. qua de causa*, neminem suum hæredem esse matri: & inde colligitur regula. *l. nulla fœmina. ff. de suis & legit. hæred. & l. illud §. ad testamenta ff. de bonor. possess. contra tab.* quibus iuribus constat hanc esse veram regulam, cui tamen (vt fere omnibus aliis) non possunt deesse obiectiones. quibus satisfacit Dec. *in d. l. qui se patris*, & ibi Goza. *num.* 12. & prius limitando satisfacit Alex. *in l. si filius qui patri 6. col. ff. de vulga & pup.* vt nouissime tradit Hispa. Anton. Gom. *primo tomo cap. 9. ex num.* 9. hinc puto explicandia esse verba textus, ad quę gloss. & Dd. non aduerterunt *in l. prima. §. per hanc. ff. de rei vendic. ibi, suum vel in potestate petat.* Significat enim IC. in filio paria esse suum dicere, vel in potestate, eo quod ex potestate patria *sui hæredis* nomen resultet semper in filio, non semper in nepote, secundũ iuris principia. *l. si quis filio. ff. de iniu. rup. l prima. § sciendum. ff. de suis & legit. hæred.* aduersus hanc regu. quasi IC. non esset:

non

non satis caute argumentatur Corne. *in l. si fratris. col.* 18. *num.* 14. *versic.* ¶ *sed in contrarium. C. de iur. deliber.* adducens exemplum filij Episcopi vel Patricii, quibus dignitatibus liberatur à patria potestate, & tamen dicitur suus hæres: quod nihil est, cum lex iustis ex causis, tunc effectum emancipationis induxerit, ac præcedētis potestatis vel suitatis ius cōseruauerit. Alia obiectio fit à Corn. vbi *sup.* quo tacito idem scribit Marius Salamo. *in l. Gallus. §. si eius, num.* 14. ea est de posthumo: potestque dupliciter formari tam de posthumo nato, quam de posthumo dum in ventre est: argumentatio autem Corn. tractat de posthumo nato mortuo patre, & sic cum patria potestas dari non possit, & tamen is posthumus in iure dicitur *suus hæres, in l. si quis filio. §.* 1. *ff. de iniusto & rupto testam. in l.* 1. *§. sciēdum, ibi, vel saltem concepti. ff. de suis & legit. hæred.* Cui difficultati respondens Dec. *in d. l. qui se patris,* præpostere eam accipit, ideoque minus apte respondet, dicens, quod posthumus ficte & in spe dicitur *suus per l. qui in vtero. ff. de statu homin.* quod respicit aliam considerationem, dum posthumus in vtero est, de qua statim agemus. Itaque patet ad iura à Corne. adducta, non facere spem natiuitatis posthumi, nec tunc recte applicari *d. l. qui in vtero*: quod ante Dec. non satis expendit Alex. *in d. l. si filius qui patri. in* 13. nec Soc. *in l.* 1. *num.* 24. *col.* 24. *in fi. ff. de vulgat.* Vnde melius huic obiectioni occurrendum est ex fictione seu prouidentia, de qua *in l. intelligendus* 153 *ff. de verb. signif.* qua habetur generalius, posthumum censeri natum cum pater moreretur, & sic retrotrahitur tempus natiuitatis ad tempus, quo pater adhuc viuebat. sic alibi dicitur, quod ad tempus natiuitatis iura sua ei conseruantur, vt *in l. antiqui. ff. si pars hæred. petat.* de text. autē *d. l. quī in vtero.* docte & ingeniose olim scripsit Bartol. Philip. Lusitan. *in tract. fictio. tertia par. c.* 9. Ex prædicta regula in-
37 fertur ad veram & receptam sententiā, quæ habet, posthumum non dici suum hæredē, antequā nascatur, *l. si. ff. de collat. bono. l. fin. ff. de assign. l.* ideoque spes tantū non existentia sui hæredis, tunc cōsiderari potest, vt *in l.* 1. *§ totiēs. ff. de vent. in possess. mitten.* late Ias. *in l. si à primo, n.* 18. *ff. de lib. & posth.* latius Tiraquel. *in l. si vnquam, verb. susceperit lib.* 5. *num.* 124. vbi multis hoc ornat, quib. addo text. *in l. posthumus in princ. ff. de inoff. testa.* secundum communem literam ibi, quibus suus potuisset fieri, si in vtero, mortis eorum tempore, non fuisset, quod probat text. ille, etiamsi legatur ad exemplar Florentinum, cuius meminit Anto. Augu. *lib.* 4. *emenda. pag.* 270. Huic autem veræ & receptæ sententiæ non obstat text. *in §. sui, Instit. de hæred. quæ ab intest. defer.* quo Ias. maxime torquetur *in d. l. si à primo. & in l. posthumo nato, & in l. qui se patris,* vbi dixit non posse ei sine violentia responderi, cuius verba sunt: *Posthumi quoque, qui si viuo parente nati essent, in potestate eius forent, sui hæredes sunt.* Putauit n. Iason *in d. locis* textum illum loqui de posthumo, dum in ventre est: ideoque respondet ficte dici suum ob spem natiuitatis. & ita semper Dec. *in d. l. posthumo nato. & in d. l. qui se patr & in l. posthumo. Cod. de collatio.* & nouissime Duaren. *lib.* 2. *disput. cap.* 38. Sed melius est intelligere, vt olim ego intelligebam, posteaque idem legi apud Curt. *d. l. posthumo,* à quo transcripsit Gozad. *d. l. qui se patris.* & refert nouissimus Huberti. *d. l. posthumo, in* 2. *parte, num.* 4. vt scilicet textus ille loquatur de posthumo nato (nam ante natiuitatem ex dictis iuribus suus hæres non dicitur) quod primo suadetur ex *sui* nomine: idem enim est dicere *posthumum*, ac si dicas natum posthumationem seu mortem patris, *l. tertia, vers. primo. ff. de iniust. rupt.* Aulus Gell. *lib.* 2. *cap.* 16 probat text. *in l. nomen filiarum* 164. *ff. de verb. signifi.* & ita habet communis resolutio, vt post alios tradit Galiaul. *in l. Gallus, in princip. num.* 28. Idem sensus colligitur magis ex serie illius textus, quia prius loquitur quid iudicaretur: si viuo patre natus esset, & vtitur verbis conditionalibus: *ibi, si viuo patre.* & sic loquitur de nato, non de eo, qui in ventre est. Igitur idem referri debet ad casum mortui patris: si enim eo viuo requiritur natiuitas, vt filius suus hæres dicatur, multo magis id exigi debet in secundo casu, cum iam parens deest: & sic textus ille semper loquitur de posthumo nato: facti autem differentia, non iuris ibi est, an viuo, an mortuo patre nascatur. Atque ita textus ille magis probat communem sententiā. Quę interpretatio etiam iuuatur, eo

quod frequentius in iure *posthumus* non dicitur, qui in vtero est, sed natus, vt *in d.l.3.ff. de iniuſ. rup.* ante natiuitatem enim magis appellatur *venter*, vel *in vtero esse*, dicitur, vt *in d.l.qui in vtero. & l. ventre. ff. de acquir. hæred.l cum quidam.§. 1. ff.eod.l.ventri. ff. de tutor.& curator.dat. l.prima.& per tot.tit.ff. de ventr. in possess. mit.* Non tamen negandum est, aliquando *posthumum* dici ante natiuitatem, pro eo scilicet qui adhuc in vtero est, *l. cum pater* 30. *ff. de nego. gest.l. si nemo. §.fina. ff. de testament. tut.* Ad nomen sui hæ-
38 redis & effectum suitatis ex patria potestate, citatur quotidie text. *in d. l. in suis & in d. §. sui autem, & in l. cum ratio. ff. de bon.damnat.* vel secundum aliam literam *de portio.liber.* de quibus agit Coras. *lib.tertio Miscellan. c.* 16. cuius verba fuerunt Viglij *in d. §. sui autem*, & Alciat. *in fine lib. 4. de verb. signif. & d.lib. 5. parerg.cap.*19. Ex quo & alijs, quæ legendo aduerti, conijcio Duaren. ad Balduin. hoc vitio transcribendi voluisse notare eundem Coras. cuius tamen diligentia & iudicium in multis laudari potest; ex illis autem iuribus plures suitatis effectus colliguntur à Dd. quos facile colliget, qui legit scripta ab ordinarijs & repet. *in d.l.in suis. & in d. l.qui se patris. & in d.l.si filius qui patri*, & quæ repetit Corne. *in d. l. si fratris.* & quæ transcribit Benedict. *in cap. Raynut. verb. mortuo itaque, in secunda, ex num.*50. & latissimè Igne. *in l.prima.§. si pater ab hostibus. ff. ad Syllan.* & post eos Loriot. *de Consanguin. Axiom.*15. *cum seq.* & Tiraq. *in d. l.si vnquam in princip. ex numer.*19. Idem *de primogen. quæst.* 32. *&* 39. & quæ in praxim deduxit Dec *cons.*31. quibus addendum est ex d. iuribus quod cum regulariter viuentis nemo dicatur hæres, si in aliqua dispositione fiat mentio de hæredibus viuentis, intelligendum sit de suis hæredibus, vt aduertit Alcia. *in l.hæredis* 75. *num.* 4. *ff. de verb. signif.* cui addo textum secundum communem literam, *in l.tertia, in fin.princip. ff.de iniusto rupto. ibi, siue post mortem, siue viuo testatore nascatur hæres.* ad quæ verba nec glos. nec Dd. aduertisse videntur. Sed omissis cæteris effectibus suitatis, illum examinandum suspicor, qui difficultate & vtilitate maior videtur: ex illis enim iuribus inferendo dixit glo. *in l.nihil.C. pro hære. & in l.2. §. filium. ff. eod.* quod filij sui hæredes, non habeant ius vsucapiendi *illo tit. pro hære.* & ita Barto. quem sequuntur Paul. Alexand. & alij *in d. l. in suis*, vbi idem probat nouissime Alciat. post Ange. *de Pericl. ibi nume.*117. & est receptissima opinio, vt tradunt omnes ibi, & Iacob. de S. Georg. *in l. pater filium, numer.* 26. *ff. de inoffi. testam.* Hispa. Couarruu. *in c. possessor. 2. part. §.5.* Bald. Soc. Benedict. & alij infra referendi; circa declarationem Bald. *in Rubr. tex. de præscrip.* Alb. *in d.l.2.§. filium*, fundamentum gloss. & Dd. est *ex d.l. suis*, cum similibus: cum enim IC. ibi & alibi dicat suum hæredem viuente patre, dominum censeri, & eo mortuo, magis continuare pristinum ius, quam nouum acquirere, putant ipsi inde negari filio nomen & possessionem hæredis, & consequenter nō concurrere ius vsucapiendi ex nouo *tit. pro hærede*, quod probari existimant *in d.l. nihil, & in d. §. filium.* Sed contra præscriptam illam opinionem, seu potius inueteratum errorem, eleganter aduertit Vigli. *in d.§. sui autem, Instit. de hæred.qualit. & differ.* qui vtinam pergeret enucleare ius Ciuile, vt cœpit, & potuisset, quem merito, dum iuuenis esset, magnæ spei appellarunt insignes viri Eras. & Alcia quo in loco Vigli. respondet illis iuribus, quibus gloss. & Dd. nituntur; eaque melius explicat: non autem curauit probare sententiam communi cōtrariam; & eo tacito, idem scribit Forcatul. *in sua Necioman. dial.* 36. cuius tantum meminit Hisp. vbi *supra.* Vult igitur Vigli. competere suis vsucapionem pro hærede, idemque nouissime probat Connan. *lib.*10. *cap.* 5. nemine citato, more suo. Sed ante hos omnes 39
eandem sententiam contra glo. & communem tentauit Cūma. *in d.l.2.§. filium.* & Fulg. *in l.prima, C. pro hæred.* Et ante- †
quam illis iuribus respondeamus, hanc veram sententiam probo vltra eos, ex sequentibus: primo ex *d.l. in suis.* cum similibus, à quibus Dd. præpostere inferunt. nam dum *sui* vocantur tanquam pristini domini, & per illam iuris continuationem id plane est, eos magis hæredes facere, non autem eis adimere aliquid, quod extrancis hæredibus concedatur: suitas enim prodesse, non nocere, solet, vt fatentur Dd. parum in hoc sibi constantes, vt colligitur ex Perigl. *n.*112 *& num.*116. ex Bartol. &

alijs

alijs *in d. l. si filius qui patri. ff. de vulg.* & ita succedit regula vulgaris. *l. quod fauore. C. de legib.* facit ad hoc tex. notab. *l. tertiæ. §. si emancipatus. ff. de bon. poss. cont. tabu.* ibi, non enim qui filius iustus est, efficietur non filius cum recisio. quo magis admittatur, non quo minus adhibeatur, &c. Iuuatur hoc secundo, quia filijs suisque hæredibus plane conuenit vsucapio, pro hærede, ex vi verborum. Ipsi enim vere & proprie hæredes sunt, & magis hæredes dicuntur quam extranei, vt *superius* probaui. & colligitur *ex l. 1. §. qui sunt in potest. ff. si quis omis. caus. test.* non est igitur, cur eis negetur ius hæredi concessum. Faciunt tertio pulchra verb. text. *in l. falsa demonstratio.* 33. §. 1. *ff. de cond. & demonst. ibi, honor eius auctus est, non conditio mutata.* ita in *suis* nomen & conditio hæredum manet, licet effectus maior sit. Probatur quarto hæc veritas, quia suis hæredibus non negantur actiones & remedia hæredum, vt petitio hæreditatis, iudiciumque familiæ erciscun. vt colligi potest ex *l.* 3. *ff. de petit. hæred. & l. 2. in princ. famil. erciscun.* cum traditis notabiliter per Aret. *in l. plane. §. duobus col.* 3. *ff. de legat.* 1. Probatur & quinto idem efficaciter ex *l. pen. §. si pater. ff. pro suo*, vbi glo. retinens suum errorem, mire variat: nulla enim ratio differentiæ assignari potest, cur ex diuisione bonorum à patre viuo facta, filij ibi vsucapiant pro suo: succedendo autem patri defuncto non vsucapiant pro hærede: maxime cum diuisio illa facta à patre viuente inter liberos, & successio quodammodo æquiparentur, ex glo. & Dd. *in l. quoties. Cod. famil. erciscun.* & ideo illa diuisio non sumit effectum, nisi post mortem, sicut successio, secundum gloss. & Dd. notat Salyc. *in d. l. nihil, num* 2. *in fin.* Contra communem etiam, & sexto stat manifesta ratio, glo. enim & Dd. argumentantur à continuatione dominij, de qua agit IC. & ob id negant suis vsucapionem pro hærede. sed debuerunt aduertere, hic agi de vsucapiendo, & sic de re aliena, in qua non potest dari continuatio illa dominij, & consequenter corruit illa argumentatio glo. & Dd. Fortius autem & euidentius
40 fundamentum aduersus communem errorem colligitur ex *d. §. filium, d. l.* 2. vbi hæc sententia manifeste probatur. verba textus sunt: *filium quoque dona am rem à patre, pro hærede negauit vsucapere. Seruius scilicet, quia existimabat naturalem possessionem penes eum fuisse viuente patre.* Ex quibus verbis glo. & Dd. colligunt suis negari vsucapionem pro hærede, sed verius collegissent contrarium, vt pungit Cuma. ibi, licet non sibi constet: firmius autem explicat Vigli. vbi *supra*, & forsan melius nunc deducemus: nam *in d. §.* casus describitur, in quo speciali ratione suis negatur vsucapio pro hærede: si autem regulariter suus vsucapere non posset, inepta est dubitatio IC. vanoque labore tot verbis ostendere conaretur in ea specie cessare vsucapionem pro hærede: à quo enim remouetur genus, certum esse remoueri speciem, iuxta glos. *in l. si causa cognita. C. de transactio.* quod aperte deducitur ex eodem text. attento, quod ibi specialis ratio traditur ad negandam tunc vsucapionem pro hærede. Vnde per locum ab speciali, patet IC. significare regulam esse in cõtrarium, vt si suus pro hærede vsucapiat. ex qua regula ibi resultabat ratio dubitandi, qua non obstãte, deciditur eo casu cessare vsucapionem pro hærede, quia filius viuo patre rem possidebat à patre sibi donatam, & ideo postea parente mortuo, non potuit filius sibi mutare causam possidendi, ex regula *§. præced. & l. tertia, §. illud. ff. de acquir. possess.* Et vt magis enucleetur mens illius text. aduerto IC. ibi aduersus hanc rationem decidendi, sentire subtilem rationem dubitandi: videtur enim ibi non mutari causam possessionis, eo quod prima donatio inter patrem & filium non valuit, & consequenter causa pro non causa erat habenda, iuxta vulgar. reg. *l. non putauit. §. non quæuis. ff. de bonor. possess. contr. tab.* & ita videbatur posse induci vsucapio pro hærede, nec mutari in filio causam possessionis, cui tacitæ obiectioni satisfacit IC. considerans, donationem illam, licet inualidam, transtulisse naturalem possessionem in filium, sicuti alias inter virum & vxorem. *l. 1. §. si vir vxori. ff. de acquir. possess.* Atque ita concluditur stare regulam illam prohibentem, ne quis sibi causam possessionis mutet, ideoque non posse ibi dari vsucapionem pro hærede, quia mutaretur causa possessionis, contra iuris regulam. Hæc sunt, quæ vere & subtiliter colliguntur ex IC. *in d. §.* à Dd. male explicato. Ex quo iam patet, ibi non

agi de possessione bonorum, quatenus prius erant penes patrem, sed de possessione rei donatæ, quæ, viuo patre, erat penes filium. quod contra gloss. & Bart. bene aduertit Ias. *in d. l. in suis. num.* 31. & sic ostenditur ibi esse textum expressum pro hac sententia contra communem, nec aliquid obstat *d. l. nihil. C. pro hære.* vere enim respondet Vigl. & ante eum Fulgo. non relatus, l. illam aliud longe diuersum continere, cum dicit, nihil pro hærede vsucapi posse suis hæredibus existentibus, magis obtinuit. quæ verba præpostere à gloss. & Dd. accipiuntur, quasi ibi negetur suis hæredibus vsucapio pro hærede. text. autem vult, quod vbi sui hæredes existunt, non possit aliquis hæres dici, nec pro hærede vsucapere, quod iidem Cæsares rescripserant *in l. 2. C. vnde libe.* cuius ratio est, quia suus ipso iure fit dominus etiam ignorans, & consequitur dominium totius hæreditatis: vnde nemo alius hæres dici potest, quod proprie congruit in successione ab intestato, vt loquitur *d. §. sui autem. versi. idem etiam conuenit*, vbi suo præterito aliquis instituitur; succedit enim ipso iure causa intestati. *l. 1. ff. si tab. testam. nullæ ext. l. inter cætera. ff. de liber. & posth. l. 1. ff. de iniust. rupt.* cum multis aliis. Necessario autem ex iuris principiis *d. l. nihil*, procedere non potest, vbi daretur testamentum validum, in quo cum filio institueretur extraneus, tunc enim extraneo negari non potest nomen hæredis, ex institutione, & consequenter vsucapio pro hærede, quod Dd. non ita explicant.

41

42 Hæc autem interpretatio *ad d. l. nihil*, difficultatem habere posset, quam Vigl. non attigit, si fingas, quod aliquis ex iusto errore posset credere se hæredem, vt in exemplis Bar. *in l. Celsus. col. 1. ff. de vsucap.* Similiter etiam in exemplo *l. fin. ff. de hæred. instit.* vbi Barto. & Imol. notant de rumore, quod filius ante patrem decesserat, essetque aliud exemplum iusti erroris ex *l. vxorem. ff. de manu. test.* Similiter ex errore facti datur bona fides & nomen hæredis, etsi suus existat, qui ignorabatur, vt *l. militis codicillis. §. milites in supremis. ff. de milit. testam.* nam si ex iusto errore aliquis se hæredem credat, etiam suo existente, poterit pro hærede vsucapere. ex glo. *in verb. si existimauerit.* & ibi Dd. *in l. 1. ff. pro hærede* & glo. *in l. fin. verb. non potest. C. eod.* Ex iusto enim errore titul. putatiuus sufficit ad vsucapiendum, *l. non solum. §. 1. ff. de vsucap. l. quod vulgo. ff. pro empto. l. pro legato. ff. pro lega.* glos. *l. interd. in princ. ff. de acquir. possess.* Bartol. & alij *in d. l. Celsus.* Hæc autem restrictio ad illam leg. tutius procedet in tertiis possessoribus, qui causam habuissent ab instituto, vel alioqui iusto errore se hæredem putaret: talis enim possessor bene se tueretur aduersus suum hæredem ex possessione cum titulo, quod probatur: nam iura dicunt ius adeundi & immiscendi non perimi vllo tempore, quod communis sententia intelligit vsque ad 30 annos. glos. recepta *in l. 3. ff. de acquir. hæred. & l. licet. Cod. de iur. deliber.* Bart. *in l. 1. num. 4. ff. de cond. ex lege.* quod tenuit Paul. *in l. si quis suus. ff. de iur. delibe. & l. fin. C. de repud. hæred.* quamuis Ias *in d. l. 3. & in d. l.* licet male eum citet, tradit notanter Curt. *in l. vna. C. quando non peten. par. num. 25.* & ibi Deci. *num. 8.* Felin. *in cap. de quarta, num. 22. de præscript.* Sed quamuis filius vel alius hæres habeat spacium illud 30. annorum, si quis tamen rem possideat, vsucapiet aduersus filium, tempore ordinario, si titulum & bonam fidem habeat: sine titulo autem cessante mala fide, vsucapiet tempore longissimo, vt tradit notanter Alex. *d. l. vna. nu. 7. C. quand. non peten. part.* Bal. *de præscript. part. 4. q. 19.* Gozad. *consil. 56. num. 4.* qui citant Bald. *in l. fin. C. fini. regundo.* vbi hoc non dixit. Ego addo ita in terminis scripsisse Paul. *in l. filio præter. colum. 2. ff. de iniust. rupt.* quem non percipiens inaduertenter reprehendebat Benedict. *inc. Raynut. verbo, mortuo. in secundo, num. 62.* & sic vides aduersus suum hæredem vsucapi posse res hæreditarias, pro quo adduco tex. notab. qui hoc manifeste probat *in l. captum. 9. C. de postlimi. reuers. ibi, suum hæredem, & ibi, si non tantum tempus effluxit.* Ex quo tex. & iuris principiis est hoc intelligendum, data habilitate terminorum, puta post legitimam ætatem filii, non antea, & cum restitutione ex iusta causa, ne vsucapio noceat filio, quando ei non possit culpa imputari, & ita temperandum est, quod indistincte scribit glo. & Bald. *in d. l. vna, numer. 9.* & quod tradit Balb. *de præscr. 1. part. 6. numer. 3. q. 27.* dum scribunt contra existentiam sui hæredis nullo tempore vsu-

capi

capi posse: melius dicerent existentiam ipsam sui hæredis vsucapi non posse, quia nullo tempore potest quis effici filius vel suus, si non erat: dominus autem rerum effici potest, & ita contra suum hæredem vsucapione se tueri: quod potest colligi ex Pau. *in d. l. licet. C. de iur. delib.* & ex Corne. *ibi, col. 3. vers. sed aduerte,* & ista conueniunt quæ Balb.
43 adducit *in d. loco.* Intellige etiam *d. l. nihil*, secundum prædictum verum sensum, vt securius procedat, quando alius sciret filium extare: statim enim scit, vel scire debet, se ius non habere, nec posse aliquem suo præterito hæredem esse ex testamento, quia verius tunc est causa intestati. *l.* 1. *in fin. ff. si tab. testam. null. extab.* secundum veram & receptam sententiam. Idem facilius procederet, vbi prorsus testamentum non esset factum, nemo enim succedere potest stante suo, *vt supra*, in quibus terminis non posset vsucapio procedere, quamuis possessor errore iuris putaret se habere iustum titulum: obstat enim regula in materia, vt iuris error non iuuet ad vsucapiendum, *l. nũquam. ff. de vsucapio. l. fin. C. de vsucap. pro dona.* Quod vtiliter amplio vltra Dd. vt procedat etiam lapsis 30. annis, licet id tempus etiam sine titulo ex errore iuris vel alio colore, quo cesset mala fides, sufficiat ad vsucapiendum, etiam de iure Canonico, secundum Pau. *in d. l. Celsus. num. 4. ff. de vsucap.* vbi late Bal. *num.* 15. & facit text. *in c. peruenit*, vbi notanter Burg. *de empt. & vend.* notat Afflict. *dec.* 40. *num.* 21. vbi merito extollit resolutionem Pau. & ita Rub. *cons.* 75. quod iuuatur ex effectu longissimi temporis, in re prohibita alienari: secundum traditionem Pau. videndam *in l. fin. §. sed quia, col. 3. C. commu. de legat.* Ias. *in l. filius fam. § diui, in* 1. *lectu. num.* 114. *in fin.* Dico enim quod in his terminis non procedit illa resolutio Paul. quia vbi possidens bona, scit extare filium defuncti, magis est in mala fide, quam in errore iuris, ea retinendo: id enim suadet non solum ius Ciuile, sed ratio naturalis omnibus nota. *d. l. cum ratio. ff. de bon. damnator.* Et in his quæ natura ipsa docet, nemo excusari potest. *l. secunda.* & ibi Dd. *C. de in ius vocãd.* Ias. *in l. si quis itl quod. n.* 32. *ff. de iurisd. omn. iudic.* quod maxime iuuari potest ex traditis à Fel. *in d. c. de quarta. num.* 26. *de præscrip.* & ab his quæ resoluit Bald. vbi *supra.* Nec illa doctrina Paul. prorsus tuta est, possetque multis controuerti: variat enim Dd. vt late tradit Hispa. à Leiua, *in d. c. possessor.* 2. *part.* §. 7. *num.* 5. *char.* 52. *vers. secunda conclusio.* Et hæc nostra ampliatio iuuatur satis ex notabili *decisio.* Afflict. 374. vbi loquitur de possidente longissimo tempore ex testamento irrito. Posset etiam exemplum & ampliatio assignari ad *d. l. nihil*, in spurio, qui nullo tempore vsucapere posset in relictis à patre, quatenus ius resistit, etiam si ex errore facti putaret se legitimum, vt tradit Salic. *in d. l. nihil*, post antiquos, & voluit glo. memorabilis *in l. nemo. ff. de vsucap. pro leg.* Bald. *in l. nullo. Cod. de rei vendic.* notabiliter Alex. *cons.* 74. *lib.* 3. late Balb. 4. *par. q.* 18. & Ripa *in l.* 1. *num.* 8. *ff. quor. bonor.* qui videndi sunt, quia non est omnino sine dubio. Et ex illa *l. nemo.* cum gloss. *ff. pro lega.* vtiliter infertur ad personas numeratas à glo. *in §. legari. Instit. de legat.* Sunt hæc vtilia, pendetque necessario ab intellectu *d. l. nihil.* ideo excessus hic non culpabitur, vt alias inquit IC. Marcellus, *in l. iam dubitari. ff. de hæred. instit.* Patet igitur ex suis deductis, non esse negandum ius vsucapiendi pro hærede, suis hæredibus: & consequenter non esse differentiam inter filios in potestate & emancipatos, contra glo. & Dd. Hinc etiam cessabit anxietas Paul. *in d. l. secunda. §. filium. ff. de vsuca. pro hæred.* dum tractabat quo remedio succurreretur suis hæredibus. Vtilitas autem & verificatio huius articuli ad praxim est, quando in bonis patris aliqua extarent, quæ patris non essent, sicut enim extraneis tunc datur titulus & ius vsucapiendi pro hærede: ita & fortius dicendum est in suis, ex *supra* deductis. Quam sententiam libentius amplector, quia eam probauit olim consummatiss. IC. insignis D. Anton. Gomes. supremi Regij prætorii Senator digniss. quem Salmanticæ docentem, audisse nunquam pœnitebit. Ex his infertur ad opinionem Bal. 44
in Rubr. de præscript. numer. 15. qui retinens communem errorem, quem *supra* confutauimus, excogitauit pro ingenii velocitate, posse filium non obstante suitate vsucapere pro hærede, non vt filium, sed tanquam agnatum vel

cogna-

cognatum: Filijs enim succeſſio defertur ex tribus capitibus *l. primæ §. ſed videndum. ff. de ſucceſſio. edict.* & ſic vult Bald. quod filius licet ex primo capite non poſſit vſucapere pro hærede, poterit ex ſequentibus; quod ſequitur Alex. *in d.l. in ſuis. num.* 7 idem Alex *in l. prima. num.* 17. *C. qui admit.* Alex. *in l. licet. C. de iure deliber.* Alexa. *in l. ſi emancip. C. de collatio.* Dec. *in d.l.* 1. *in vtraque lectu.* Bald. *in d. l. Celſus. prim. part. nu.* 49. *ff. de vſucap.* Socin. *in l. ſi filius qui patri. nu.* 16. *ff. de vulga.* Benedict. *in cap. Raynut. in verb. mortuo. cap.* 2. *numer.* 185. Hiſpa. Couaruu. *d. c. poſſeſſor.* nouiſſime Alciat. *d.l. in ſuis*, quæ opinio inutilis eſt, ſi attendatur verior ſententia, quam *ſupra* probauimus. cum enim poſſit filius vſucapere pro hærede ex primo capite, non oportet confugere ad iura agnatorum vel cognatorum. Sed retenta communi opinione, non videtur probabilis hæc inuentio Bart. ex fundamento Iaſ. *in d.l in ſuis. nu.* 8. *& eiuſdem in d.l.* 1. *num.* 25. quod prius tetigit Alex. *d l. ſi emancipati. 2. col. verſic. ſed poſſi*, ex tex. quem commendant *in l. de bonis. §.* 1. *ff. de Carbon. edict. ibi, tametſi ex inferioribus partibus petant, quia legitimi vocantur, quoniam ſui ſunt, vel ex illa quæ cognatis datur.* Et ſic vult tex. quod ex quocunque capite ſuccedat filius, ſemper ei ineſt qualitas ſui hæredis: & conſequenter ſi ſuitas eſſet cauſa tollendæ vſucap. pro hærede, non poſſet filius vſucapere ex capite agnatorum vel cognatorum. Sed tandem Alex. *d.l. ſi emancipati.* Iaſ. *d. l.* 1. *numer.* 25. & ibi Dec. *numer.* 89. *lectu.* 2. & Alciat. *d.l. in ſuis.* & Soc. *d.l. ſi filius qui patri. numer.* 16. reſpondent quod in alijs capitibus filius dicitur ſuus, quo ad ea, quæ vtilitatem ei adferunt, cum gloſſ. *d.l.* 1. *per l. pen. §. fin. ff. quis ord. in bon. poſſ. ſeru.* & ita intelligatur *d.l. de bonis*: quæ ſolutio periculoſa eſt, ex his, quæ in ſimili tradit idem Dec. *in l. vna. num.* 9. *C. quando non pete. part.* à quo tranſcribit Gozad. *conſ.* 56. *numer.* 3 Item ſecundum eam Bal. ſubtilitatem deſtrueretur communis opinio, & redderetur prorſus inanis regula, quam fingunt glo. & Dd. cum ad manum & nutum filij abſque vllo labore eſſet vſucapere pro hærede, quod dubitans aduertit Cotta *in memorab. verb. filius.* & lex tunc diceretur impoſita verbis, non rebus, contra id, quod in hac materia dicit gloſſ. *in l. penult. §. ſi pater. ff. pro ſuo.* Ex hac etiam ſolutione Dd. colligitur quam parum ſibi conſtent in hoc articulo, ſi enim ſuitas ſecundum eos non attenditur in filio, niſi quo ad vtilia, iam ſequitur eam non tollere ius vſucapiendi pro hærede, & conſequenter eſſet hoc non contemnendum fundamentum pro vera ſententia, quam *ſupra* probauimns, contra gloſſ. & Dd. quicquid pro communi ſcribat Huberti. *in d. l.* 1. *C. qui admit. ex numer.* 114. Hinc etiam ceſſant quæ tradit nouiſſime Anton. Gomet. egregius D. Salmanticenſ. 1. *tom. c* 9 *nume.* 9. Sed longius quam vellem, me progreſſum video, nec dubito Coricæis & detractoribus anſam oblatam, vt ſaltem tãquam prolixa præludia hæc mordere poſſint, qui non reſpicient, quod hic non vulgaria traduntur, nec morem noſtrorum in Rubricis prolixius Scribentium, ac multa extranea adducentium. Omnia autem quæ hic ſcribimus, pertinebant ad tractatum horum verborum, (*Bona eſt patria poteſtas*) ſine quibus nulla inuenitur lex in his duobus titulis. Sed doctis & candidis laborem noſtrum non ingratum fore ſperamus.

PRIMA PARS.

SVMMARIVM.

1 *Diuiditur hæc lex in tres partes ſeparatim tractandas.*

2 *Emendatur traditio quædam Pauli Caſtr.*

3 *Explicatur tex. in §. ſecundum vulgarem, l. filiusfamil. ff. de legat. 1. in verbo, inæſtimabilis.*

4 *Circa idem verbum explicatur l. final. ff. de iis qui deie. vel effude. contra Alber.*

5 *Infertur ad ius patroni, quatenus inæſtimabile appellatur.*

6 *Tractatur intellectus l. nemo prædo. §. 1. ff. de regul. iuris.*

7 *Conſecutiue explicatur l. Iulianus. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſta. contra communem allegationem.*

8 *Agitur de vera litera d. §. ſecundum vulgarem.*

9 *Tractatur, an Conſtantinus in bonis maternis, & Iuſtinianus generalius in aduentitiis nouum ius induxerint.*

10 *Reiici-*

10 Reiicitur communis allegatio l. placet. ff. de acquir. hæred.
11 Sustinetur contra Politum communis allegat. l. 1. ff. si quis à par. fuer. ma.
12 Probatur multis iuribus communis opinio, quæ habet ante Instin. aduentitia prorsus acquiri patribus.
13 Ponderantur ad hoc iura tractantia de collatione bonorum inter liberos, & alia iura.
14 Expenditur l. 3. §. hoc autem ff. de legat. præstan.
15 Tollitur obiectio profectitia. ff. de iur. dot.
16 Agitur obiter de tex. in §. sed neque hæres. Institut. de testam. contra gloss. & Angel. ibi, & contra aliquos alibi.
17 Ponitur & impugnatur communis sententia, quæ habet dari hodie efficacem conuentionem inter patrem & filium famil. in aduentitiis.
18 Agitur de patre scribente legatum filio suo relictum.
19 Proponitur communis opinio, quod ante Constantinum bona materna omnino acquirebantur patri.
20 Probatur eadem communis opinio iuribus & ratio. vltra Dd. contra Ricar. Polit. Alex.
21 Exactissime & plenissime examinatur sensus l. filius. ff. de inoffi. testam.
22 Reiectis pluribus interpretationibus, reiicitur etiam interpretatio Areti. & Dec. quæ fuit Cyni & Alber.
23 Reiiciuntur aliquæ interpretationes ad d. l. filius.
24 Probatur cum Maria. Soc. l. illam, non obstare communi sententiæ, & extenditur ibi verbum alii, non posse intelligi de filio.
25 Adducitur & explicatur l. qui in aliena in fi. princ. ff. de acquirend. hæred.
26 Agitur vltra omnes de verbis d. l. filius, versic. quoniam.
27 Probatur vltra omnes ex prima parte illius l. communis sententia, contra quam omnes adducunt secundam partem eiusdem l.
28 Ex eadem l. aliqua noue & vtiliter deducuntur.
29 Agitur de intellectu l. penult. ff. ad Senatusconsult. Tertul.
30 Explicatur litera l. 1. C. qui admi. pro cõmuni contra aliquos.
31 Tollitur obiectio Alciat. contra cõmunem, & noue intelligitur l. cũ oportet. in princ. Cod. de bon. quæ liber.
32 Explicatur litera dict. l. cum oportet. dum refert ius antiquum.
33 Admonentur lectores, vt caueant ab errore eorum, qui indistincte putant ius Digestorum antiquius esse iure Codicis.
34 Multipliciter ampliatur hæc l. & iura, quæ tractant acquisitionem, quæ fit patri per filium famil.
35 Ostenditur in hac materia ingens error Ant. Cors.
36 Lucrum à lege delatum sine additione vel agnitione transmitti, & ostenditur error Hispa. Segu.
37 Explicatur lex & consuetudo communicans bona inter coniuges.
38 Explicatur tex. in Auth. hæres. C. de sec. nup.
39 Adducuntur aliqua notabilia pro effectu acquisitionis duraturæ penes patrem quamdiu vixerit.
40 Impugnatur limitatio quædam Paul. & Corn.
41 Probatur alta limitatio Paul. ad hanc legem & similes.
42 Ponitur alia ampliatio, quando filius ex dignitate exiret à potestate patris.
43 Ponitur alia de filio fam. clerico testante contra Panor. & Benedictum.
44 Ponitur alia ampliatio de filio testante permittente statuto.
45 Ampliatio de filio ingrediẽte religionẽ.
46 Ingressu religionis cessare patriã potestatẽ
47 Proponitur & exactissime discutitur quæstio patris ingrediẽtis religionẽ.
48 Relatis variis opinionibus Scribẽtium, emendãtur aliquæ allegationes eorũ.
49 Ostenditur contra aliquos in hoc receptiorem esse gl. opinionem, vt tunc vsusfructus maneat penes Monasterium viuente patre.
50 Eadẽ opinio vltra Scri. elegãter probatur.
51 Respondetur cuidam argum. Bar. & explicatur §. cum autem. l. cum oportet. infra tit. sequent.
52 Ponitur alia ampliatio ad text.
53 Ampliando tractatur quomodo pater & filius cohabitare debeant.
54 Id tutissimum esse, vt pater à filio, vel filius à patre velit alimenta.
55 Tentatur contra plures filium non esse indistincte retinendum à patre.
56 Noue ampliatur hæc l. & iura similia ad patrem, cuius nequitia filius ab eo separatur.
57 Expenditur & limitatur l. 3. §. penult. ff. de liber. exhib.

58 *Ponitur differentia inter acquisitionem coniugum & filii.*

59 *Ponitur alia ampliatio in liberis legitimatis.*

60 *Ampliatur hæc lex & similes, de acquisitione per filium patri furioso.*

61 *Ponitur communis limita. in hæreditate delata filio furiosi.*

62 *Ponitur difficultas ad eandem communem opinionem.*

63 *Validissime impugnatur communis illa limitatio.*

64 *Explicatur l. Antist. §. fin. ff. de acquir. hæred. contra communem.*

65 *Retorquetur l. cum hæres ff. de acquir. hæred. contra communem.*

66 *Explicatur l. fin. §. quæri potest. ff. quis ord. in bon. posse. ser.*

67 *Iterum explicantur aliqua ad d. l. cum hæres.*

68 *Ampliatur hæc lex 1. per l. sequentem, & tractatur, an illa fuerint necessaria.*

69 *Ex illa l. infertur ad l. iusta interpreta. ff. de verborum significatio.*

70 *Ponuntur aliqua, in quibus appellatione filiorum non veniunt nepotes.*

71 *Ponitur vtilis declaratio in eod. artic.*

72 *Explicatur l. filium habeo. ff. ad Macedo. contra plures.*

73 *Ex eadem l. 2. infra eod. colliguntur & explicantur aliqua non vulgaria.*

1 TOta materia huius tituli & sequentis vtilissima est, quia nihil frequentius habetur in praxi. Hæc autem lex prima secundum Cyn. Bart. Alberic. Salicet. Fulgos. tria continet, & ego eorum diuisionem sequor: quia licet tex. alia etiam contineat, illa tria sunt principalia. Primum est, quid acquirant filijsamil. patribus in bonis maternis. Secundum, quod pater debeat ea bona administrare. Tertium, quod pater non possit alienare talia bona: & hoc ordine legem hanc tractabimus tribus capitibus. Constantinus legem hanc condidit, cuius verba in hac prima parte sunt: *Res, quæ ex matris successione siue ex testamento, siue ab intestato fuerint ad filios deuolutæ, ita sint in patrem potestate, vt vtendi fruendi duntaxat habeant in diem vitæ facultatem, dominio videlicet earum ad liberos pertinente.* Deciditur ergo, vt in his bonis filius dominium, pater vsumfructum habeat: fit autem hæc acquisitio vigore patriæ potestatis, vt *in leg. seqq. & l. cum oportet. infra titu. 1. & in §. 1. Institut. Per quas perso. nob. acquir.* Ex quo 2 scriptum reliquit insignis D. Paul. Castren. *in l. fin. §. primo. numer. 2. ff. de verbor. obligat.* quod patria potestas inuenta fuit, vt filij patribus acquirerent quod mihi non omnino congruere videtur, iudicio tanti viri, licet enim acquisitio sit ex effectibus patriæ potestatis, non tamen dicendum est ob id tantum, vel principaliter ob id fuisse inuentam patriam potestatem, vt colligitur ex gloss. *§. primo. Institut. de patr. potesta.* Colligitur etiam ex eò, quod ipsa patria potestas aliquando magis consideratur ad vtilitatem filij. *l. cum ratio. ff. de bon. damnat. l. in suis. ff. de liber. & posthum.* Colligitur etiam ex alijs effectibus magni momenti vltra acquisitionem, vt late deduxi *superius in 2. parte Rubric.* Hinc infero ad text. vulgarem 3 *in l. filius famil. §. secundum vulgarem. ff. de legib. l. 1. ibi, potestas enim patria inæstimabilis est:* solet enim intelligi in Scholis, ob effectum acquisitionis, quæ patri fit per filios vel nepotes in potestate: tradit Rimin. *in §. hoc quoque. numer. 3. Institut. per quas perso. nob. acquir.* Sed ego melius intelligo ex Alber. ibi vt non solum, nec principaliter effectus acquisitionis faciat patriam potestatem appellari inæstimabilem, sed potius alia quæ in iure habentur de patria potestate, vt diximus *sup. in Rub.* quale est illud *l. 3. C. de patr. potest.* & illud *de iure occidendi*: & illud *de iure vendendi*, & alia quæ honorem & vitam respiciunt, quæ licet raro contingant, possunt tamen aliquando contingere, & tunc precio æstimari non possent. arg. tex. not. *in l. si pater. 35. §. 1. in fi. ff. de don. ibi, contemplatione salutis certo modo æstimari nõ placuit.* facit *l. iusta. ff. de manu. vind. ibi, vitæ vel infamiæ. & l. etiam. eod. tit. ibi, in prælio, & ibi, contra latrones, & ibi sanauerit, & ibi, insidias detexeris.* Sic et- 4 iam accipitur *inæstimabile, in l. fina. ff. de ijs qui deiec. vel effud. ibi, cicatricum autem aut deformitatis nulla fit æstimatio, quia liberum corpus non recipit æstimationẽ.* tradit Cag. *in l. libertas. ff. de reg. iur.* & illo tex. melius Rebuff *de sent. proui. art. 1. gl. 4.* & quæ scribit Ang. *de mal. ver.*

ver. in facie. & Fel. *in c. cum non liceat, col.* 1. *de præs.* Quibus addendum, quod Alb. post antiquiores, *in l. ex hac, ff. si quadrupau. fecis. dica.* limitabat *d. l. fin.* ne procedat in fœminis: in illis enim dicebat æstimationē cicatricis esse admittendā. Sed debuisset aduertere, quod *d. l. fin.* contrarium probat in principio, *ibi, liberi hominis. & in fine ibi, liberum corpus.* quæ verba plane comprehendunt fœminas, vt masculos; nec potest hoc negari. Sic alias extra æstimationem & diuersum à precio censetur, quod respicit honorē vel dignitatem, *l. quod adipiscendæ. ff. de donat. int. vir. & vxor.* Sic dicitur inæstimabile ius patronatus, & censetur remotum à commodo pecuniario, vt is cui seruus legatur, & rogatur manumittere, non possit grauari in aliquo dando, ob ius patronatus, quod consequitur in liberto, tex. vbi vide Cuman. *in l. plane. 2. §. fi. est lex* 97. *ff. de lega.* 1. de quo tex. agit Bart. post glos. *in l. naturalis. §. fin. ff. de præscr. verb.* Paul. *in l. Titius, ff. de act. empt.* Rip. *in l. cum filio, num.* 15. *ff. de leg.* 1. Fortun. *in l. iurisgen. §.* 1. *col.* 9. *n.* 2. *ff. de pact.* non ergo dicitur quid *inæstimabile*, tantum ob nimium preciū pecuniarium, sed ob alios effectus. Ex *d. l. plane, §. fin.* & ex his infertur ad intellectum tex. *in l. nemo præd.* 169. *§.* 1. *ff. de reg iur.* dum ibi Vlpian. inquit *locupletiorem non censeri, qui liberū acquirit.* glos. dicit posse legi dupliciter: primo libertum, vt non dicatur quis locupletior eo, quod consecutus sit ius patronatus liberti. & ita intelligit glo. *in d. l. plane. §. fin.* & ibi Bart. glos. & Dd. *in l. maritus, Co. de do. int. vir. & vxor.* glos. etiam *in d. l. naturalis, §. fina.* cum qua transeunt Dd. & Fortuni. *in d. l. iurisgē. §.* 1. *n* 22. *ff. de pact.* & Dec. *in l.* 1. *nu.* 1. *C. de bon. poss. cont. tab. lib.* Et hæc interpretatio videtur receptior, quod non aduertunt nouiores statim citandi. Secundo legit gl. vt tex. habeat *liberum*: & intelligit pro filio, vt non dicatur locupletior qui filium suscepit, quo sensu accipit Alciat. *in l. non est sine liberis, ff. de ver. signifi.* & Spiegel. *in Lexico, verbo liberi*, quæ interpretatio mihi non placet, quia rarissimū est, vt nomen *liberi*, in singulari ponatur pro filio: nec legitur apud ICtos, nisi *in l. ius agnationis*, 25. *ff. de pact.* vbi Iason notat: nec erat tam apta ratio dubitandi ad illum tex. an quis diceretur locupletior suscepto filio: si autem de filio intelligatur, videtur aptius intelligendum esse de arrogato, ob verbum *acquirere*, quod non congruit naturali: & quia ex arrogato videri posset pater locupletior, vt *Inst. de acquisi. per arrogation.* Aliter & tertio intelligunt Cagn. & Ferra. ibi, quos videtur sequi Riminal. *in d. §. hoc quoque. num.* 7. *Institution. per quas person.* vt litera habeat *liberum*, & intelligatur de libero homine: quod ante eos ita scripsit Tiraquel. *l. si vnquam, verb. suscepérit liberos, num.* 201. Sed hæc interpretatio minus placet, tum quia sine substantiuo hominem, non congruit intelligere de libero homine, nec est in vsu ea locutio, tum quia text. ibi agit de re, quæ ostendi possit, non quæ occultari debeat, liber autem homo non potest retineri de iure, ne quis fateretur in iudicio se habere liberū hominem pro seruo, de occultis autem non iudicatur, cum potius merita causarum, partium assertione pandantur, vt dicit text. *in l. fin. C. si per vim vel alio. mo.* & verbum illud, *requirat*, magis congruit primæ interpretationi. Nec videtur posse dici acquirere liberum, vt accipitur in aliis interpretationibus, fateor tamen quod nec vsitatum est *liberum* pro liberto poni; ideoque crediderim literam esse emendandam, vt legatur *libertum*, addita litera tunc enim erat elegans ratio dubitandi & decidendi. Sic ad propositum dictæ interpretationis, §. *secundum vulgarem*, vt ibi non tam consideretur acquisitio, quam honor, alijque effectus patriæ potestatis. facit quod dicunt Scribent. per tex. *in l. Iulian. ff. si quis omis. caus. testam. quod honor præferri debet lucro*, & ita colligit Alberi. ibi. & ad hoc illum tex. dicebat meliorem de iure Ang. *in l. reprehendenda, C. de insti. & substit* Soc. *in l.* 3. *n.* 4. *ff. de liber. & posth.* sed hi patres nō aduerterunt bene, quod tex. *in d. l. Iulia*, non loquitur de honore, ad differentiā lucri, nec de differētia honesti, & vtilis, de qua alias agit Cic. de Offi. sed potius loquitur de *honore* pro commodo, vt ibi exponit glo. quod euidenter comperiet qui bene legerit illum tex. Nec est nouum, vt *honor* pro commodo ponatur in Iure. *l. ab eo. C. de fideicom.* tex. cum gl. 1. *in l.* 6. *si remunerandi, ff. de manda.* quod melius videtur aduertisse Ferre. *In l. si diuortio, ff. de verb. oblig.* Et ideo tex. ibi appellauit *honorem* institutionem propriam,

5 6 7

priam, cui postea opponit institutionē alienam. & sic agit de differentia vnius commodi ad aliud, non autem de honore ad differentiam lucri, prout Dd. minus bene citare solent, facit *l.3. §. hoc autē, ff. de legat. præstan. ibi, non cui acquiratur,*
8 *sed cui honor habitus sit.* Tandem ad *d. §. secundum vulgarem*, aduertendum est, quod glo. & veteres, & fere omnes libri huc vsque habuerunt literam illius tex. vt §. inciperet ab illis verbis, *secundum vulgarem*, vera autem litera incipit ab illis verbis, *si liberos suos.* prima autem verba, *secundum vulgarem*, sunt §. præcedentis, qui in illis finiri debet, vt nunc legitur in libris emendatis ex Pandectis Florentinis, admonuitque Anton. Augustin. *libr.1. emenda pag.* 70. vbi eleganter confutat expositionem gloss. ad illa verba, *secundum vulgarem.* & probat eā congruere §. præcedenti, in quo ponitur casus, qui potest decidi ex regula vulgari, in casu vero *d. l. si liberos*, potius agitur de casu subtili, & minime vulgari, vt colligi potest ex *l. si cui legatum, ff. de conditio. & demonstr.* quam notat & ampliat Alex. *in l. vtrum turpem, ff de verb. oblig.* extollit Ias. *in l. cum filio, num.* 132. *ff. de legat. 1.* & secundum veram literam vel emendationem ab Anton. Augusti. scriptam, rectè illum §. citat Ferret. *in l. 1. num.* 36. *ff. de legat. 1.* & de casu illius §. agit Maria. Socin. *in l. cum filio. n.* 46. *ff. de*
9 *leg. 1.* Sed omissis his & aliis, quæ obiter se offerebant, venio ad ea, quæ propria sunt huius l. & materiæ, an Constantinus nouum ius introduxerit, qui articulus duplicem habet inspectionem: prima est, quo ad bona aduentitia in genere: secunda, quo ad materna in specie. Ad primum, receptissima Dd. sententia habet, quod ante Iustinianum *in l. cum oportet, infra titu.* 1. aduentitia prorsus acquirebantur patri, tam quo ad dominium, quā quo ad vsumfructum: & Iustinianus noue statuit in alijs aduentitijs, quod hic statuerat Constantinus in maternis; idque colligitur plane ex litera illius *l. & ex §. 1. Institut. per quas perso. nob. acqui.* & ita scripserunt omnes *in his tit. & in l. placet, ff. de acq. hæred. & in l. 1. Cod. qui admit.* idque vt receptissimum & sine vllo scrupulo tradit Coras. post alios *in l. frater à fratre, §. 1. ff. de cond. indeb.* Communis tamen omnium consensus non deterruit Lancel. Poli. qui in cōtrarium non tentaret, sed audacter assereret: is enim *in tract. de vulg. substit. num.* 43. contendit non esse verum, quod omnes indifferenter asserunt, de iure Digestor. omnia aduentitia in solidum patri acquiri. Ipse autem Polit. non adducit iura, 10
quibus probet opinionē cōmuni cōtrariam, sed ostendit communem non probari iuribus, quę Dd. citant solent etiam Dd. citare ad id *d. l. placet, ff. de acquir. hæred.* vt patet in innumeris locis. & colligitur ex Bart. sæpius, & aliis *in d. l. frater à fratre.* & ita illam l. citant Bartol. Paul. & omnes *in d. l. 1. C. qui admit.* Bart. Imol. Alex. & alij *in l. legatum. ff. de lega. 1.* Alex. *in l. à filio, ff. eod. tit.* Bart. *in hac l.* Alex. *in l. stipul. ista, §. sicut, n. 7. ff. de verbor. obliga.* & vbique Dd. Fateor autem verum dicere Politum contra communem allegationem, quod illa l. non probat regulam, ad quam citatur: nec enim dicit omnia patri per filium acquiri, sed potius quod vbi sit ea acquisitio, fit sine vllo interuallo, vt nec momento ius sit penes filium. & ita ante Poli. melius ibi aduertunt Bartol. Alberic. & Cuman. Solet etiam à Dd. pro communi sententia adduci *l. 1. ff. si quis à parent. vi fuerit manu.* Quam audacter Polit. retorquet contra communem, & eo quod tex. inquit filios acquirere emolumentum patribus; ipse enim intelligit appellatione *emolumenti*, non totam rem, vel totum ius rei contineri. Sed fallitur, quia *commodi & emolumenti* appellatione comprehendi potest tota res, vt *in l. patri furioso, ad fin. ff. de iis qui sunt sui.* text. *in l. pater. 93. §. 1. ff. de acquiren. hæred.* text. *in l. Papinian. §. meminisse, ff. de inoffic. testa.* text. qui id probat necessario *in leg. Antistius. 62. §. final. ff. de acquirend. hæred.* Sed alia iura adducunt Scribent. quibus Politus respondet *dict. loco.* quæ proprius congruunt articulo speciali, circa bona materna statim discutiendo. Communis tamen sententia, quæ 12
vera est, probatur ex Iustiniano *in dict. leg. cum oportet. & Institut. per quas person. nob. acquir.* quibus violenter respondere nititur Politus. probari etiam potest vltra omnes multis iuribus, vt ex *l. 2. Cod. de patr. potest.* aduertendo, quod illa lex est Antonini longe ante Iustinianum. & dicit generaliter dominium ad patrem spectare omnium quæ filius acquirit, solumque excipit ea,

quæ

quæ non acquiruntur, id est quæ in nihilo ei acquiruntur, quod respicit castrensia, vel quasi, secundum glo. ibi, nec posset intelligi de aduētitijs, etiam post Ius nouum, cum in eis non parum patri acquiratur. qui etiam dominus censetur, vt *in sec. part. huius dict. legis*. Hanc recep-
13 tam sententiam probo etiam vltra Dd. ex *l. filiæ licet. C. de collat. in sec. parte.* vbi ante Iustinian. nulla fit differentia inter profectitia & aduentitia, tantumque excipiuntur Castrensia, quod magis corroboratur ex *l. final. eod. titu.* vbi noue Iustin. decidit, vt aduentitia non conferantur: ergo ante eum non erat talis differentia. Quod etiam euidenter probatur ex *l. 1. per totã. ff. de coll. bon* vbi Prætor vocãs emancipatos ad successionem cum suis, iubebat, vt emancipati cõferrent ea, quæ post emancipationem quocunque modo acquisita haberent: quia si in potestate patris fuissent, omnia patri acquirerent, solumque excipitur Castrense peculiũ, vt *in §. nec Castrense, eius d. l.* Ad idē facit *l. 1. §. si. cum l. seq. ff. ad Macedo.* sola Castrensia excipiuntur, ita etiam text. *in l. si quis vxori*, 13. *§. 1. ff. de furt.* & sic nulla fiebat differentia inter profectitia & aduentitia. Eadem communis sententia probatur iudicio meo *in l. quæritur*. 38. *ff. de bo. libe. ibi, donec in potestate, & ibi, ne per alios*, vbi IC. æquiparat patrem per se, vel per filium succedere: & vtroque casu pariter dicit patri acquiri. Ergo in totum patri acquirebatur quicquid filio obueniret: & ideo ibi decidit, vt quando pater excluditur à successione, excludatur etiam filius familias, ne per filiũ pater acquirat, quod per se non posset, probat etiam textus *in l. post legatum, §. si pater, ff. de iis qui. vt in-*
14 *dign.* de quo dicemus *in tit. seq.* Probatur eadem sententia *in l. 3. §. hoc autem, ff. de lega. præstan. ibi: vel subiectæ personæ*, vbi, quo ad effectum acquirendi, IC. æquiparat, quod quis per se vel per filium fami. acquirit. Secundo æquiparat acquisitionem per seruum vel filium, ergo in totũ acquirebat filius aduentitia ante Iustinianũ, quod etiam probatur *in l. qui liberis, §. hæc verba, ff. de vulg. ibi. neque pater per filium, neque dominus per seruum. & ibi, hæres extiterit.* Sicut igitur seruus totum, ita filius acquirebat, & pater per filium hęres dicebatur, quod denotat dominiũ. vt *in §. fin. Instit. de hared. qualit. & differ.* Hæc iura vltra Scribent. voluimus ponderare pro defensione communis opinionis, quę tutior manebit, cum *infertus* tractabimus de bonis maternis in specie, in quibus etiam ostenditur ante Consta. & Iustin. ea prorsus patribus acquiri. Nec 15
obstabit si quis argumentetur ex *l. profectitia, & l. Anus, ff. de iur. dot.* vbi IC. distinguebant inter dotem profectitiam & aduentitiam: id enim alios effectus respiciebat, ac speciale erat in dote, vt *in l. 2. §. quod si in patris*, & ibi glos. notat & *l. quoties ff. solut. matr.* ideoque in illa specie non distinguebatur inter filiam in potestate vel emancipatam, quo ad effectum dotis profectitiæ vel aduentitiæ, vt *in d. l. profect. §. pen. ff. de iur. dot.* & sic patet ibi non offendi regulam & communem sententiam, quæ procedit ratione patriæ potestatis. Inde etiam inferri posset ad tex. difficilem *in l. 8. ff. de actio. & oblig.* cuius rationem Bart. ibi ingenue fatetur se ignorare, de quo exacte tractabimus, Deo duce, *in l. fina. §. necessitate, infra tit. seq.* vbi est locus aptior. Hinc infertur ratio vera ad iura, quæ dicebant paria esse regulariter patrem sibi stipulari vel filiofam. vt *in l. dominus*. 39. *& l. quod dicitur* 130 *ff. de verbo. oblig.* significant enim, quod quocunque modo aliquid filio obueniret, totum patri acquirebatur in effectu. Ex 16
hac differentia iuris noui & antiqui, dubitabat Ang. Aret. *in d. §. sed nec hæres. Instit. de testam.* an hodie procederet tex. ibi, dum dicit patrem, vel filium fami. vel fratrem instituti, existētem sub eiusdem patris potestate, non posse esse testes in testamento, & gl. *ibi verb. adhiberi*, assignat rationem acquisitionis, quia scilicet totum patri acquirebatur. Vnde posset dubitari secundum Angel. an hodie diuersum sit, cum filius institutus sibi acquirat dominium, concludit tamen adhuc hodie idem iuris esse eo casu: & ita Bauerius & noniores ibi, quod verum est: sed gloss. & Angel, alijque debuerunt aduertere librum illum esse Iustiniani, qui scriptum proxime relinquebat hoc nouum ius, vt filius sibi dominium quærat in aduentitijs, & sic text. ille non poterat censeri iuxta antiqua iura, ideoque nec ratio gloss. apta erat, nec dubitatio Ang. attento nouo iure, cum ibi nouum ius non antiquum habeatur. Ange. autem non satis ibi aduertit ad literam

text. dum dicit in fratre indistincte locum habere regulam prohibitiuam . *l. parentes, C. de testib.* nã contrarium suadetur ex illo §. dum non repellit fratrem, nisi quando ipse & institutus, sunt sub eiusdem patris potestate: & ita aduertit gl. *d. l. parentes.* quæ l. non loquitur de fratribus, vt Angel. male citabat. Item
† ex *d.* §. repellente fratrem à testimonio testamenti, eo casu cauendum est à generalibus verbis Bald. *in d. l. parentes. col. 1. versicu. aut testamentar.* vel vt alij habent, *instrumentarius*, vbi indistincte dicebat, fratrem admittendum in testem instrumenti, vel testamenti, licet simpliciter eum sequatur Felin. *in cap. literas. num. 12. de præsumpt.* & *in cap. cum oporteat. col. 3. num. 3. versic. secundo limita. de accusatio.* quibus in locis Felin. notabiliter agit, quando frater admittatur vel repellatur à testimonio, à quo transcribit Bauer. *in §. pater. n. 23. Instit. de testa. & resolu.* à Felino scriptis, consonat apud Lusitanos *lex*
17 *Regia, li. 3. tit. 42. §. 15.* Ex eadé differentia iuris noui & antiqui infertur ad opinio. gloss. dicentis, quod hodie in aduentitijs dabitur conuentio & obligatio inter patrem & filium, & inter fratres existentes sub potestate eiusdem patris, quod olim non erat gloss. *l. frater à fratre, in princ. ff. de condict. indebit.* vbi Iaſ. *in 1. lect. n. 37.* cum Bartol. hanc dicit communem sententiam: & vltra eum ita tradit Paulus *in l. dominus, ff. de verbor. obliga.* & ita intelligitur textus *in l. iubem. §. in supradictis, C. ad Trebell.* secundum Bald. Salicet. Paul. Cor. ibi, & ad hoc eum extollit Cazial. *in d. l. frater à fratre, num. 30.* tradit Alexand. *cons. 185. num. 6. in 6. vol.* & ita secure scribit Crotus, referés alios, *in l. si constan. 2. repet. num. 120.* Dicit tamen Iaſ. *in d. loco,* quod contrarium sentit Bald. *in l. à filio. ff. de legat. 1.* & ibi Ioannes Imol. & opinionem Bald. dicit probabilem Coraſ. *in d. l. frater à fratre, §. 1. num. 6* vbi cum Iaſ. respondet ad *d. l. iubemus.* Bald. autem *in d. l. à filio*, super gloss. ibi, vult quod etiam hodie in aduentitiis non obligetur pater filio ciuiliter, per regulam *d. l. frater à fratre*, absque alio fundamento, vltra quos posset hæc opinio Bald. prõbari ex *2. par. huius le* & ex *l. cum oportet. cũ suis §§.* dominium enim filij est in aduentitiis, vsusfructus pleniſſime patris est: nihil ergo manet, de quo inter eos contrahi possit. Nec filius potest donare patri suum dominium, quia hæc lex nullam potestatem alienandi filio concedit, dum pater vsumfructum habet, & bona ipsa administrat. Nec pater indiget aliqua donatione filij, quo ad fructus quos iure capit. E conuerso autem nec pater donare, vel se obligare potest filio, obstante regula *le. secund. C. de inoff. donat.* quo ad fructus vero aduentitiorum, an eos remittere filio possit, non oportet citare gloss. vel Bald. quia id deciditur *in l. cũ oportet. §. sin autem*; vbi plene examinamus. Si qua autem obligatio tunc datur, ea est legis obligãtis patrem, ne alienet, nec dissipet bona aduentitia, vt patet ex hac l. cũ similibus. Et sic nõ videtur inter patrem & filiũ posse dari efficacé cõtractũ, seu obligationé conuentionalé, etiã in aduentitiis, contra gloss. & cõmunem, facit text. cum gloss. *l. prima, §. quæ onerandæ, ff. quar. rer. actio non det.* daretur enim occasio, vt pater facile posset filiis nocere in his bonis, quod ius abhorret, vt *in l. 2. C. si aduer. don. & l. si ad resoluẽdam, C. de prædi. min.* Ex eadem differen- 18
tia iuris antiqui & noui infertur ad quæst. patris, scribentis legatum filio suo in testamento alicuius, cum enim dominium filio acquiratur, videretur relictum valere, & patrem scribentem à pœna excusari, licet olim contrarium esset. Sed adhuc idem iuris est secundum gloss. & Bartol. *in leg. impub. §. 1. ff. ad leg. Cornel. de falſ.* vbi Alexand. *ad Bartol.* eam extollit, prius autem idem scripsit Azo *in Summa, C. de his qui sibi asscrib. num. 3.* & ita tenendum est per l. nostram, cum pater sibi acquirat vsumfructum quamdiu vixerit, & censeatur dominus: ergo non poterit filio scribere in alieno testamento. Hinc etiam aliud infert Alexan. *in leg. stipulatiõ. §. sicut, num. 4. in fin. & num. 7. ff. de verbor. obligat.* hinc infertur aliud per gloss. & melius Bald. *numer. 4. ad fin. in leg. si putas. Cod. de petit. hæred.* infertur aliud, quod tradit Alexã. *in leg. cum filio. num. 17. ff. de legat. 1.* Erat 19
secundus articulus specialis & magis proprius huic l. circa bona materna, in quo communis etiam sententia est, quod ante Constantin. patri acquirebãtur omnino nõ solũ quo ad vsumfructũ, sed quo ad proprietatem: & sic quod hæc lex induxerit nouum ius, ita Bart.

Paul.

Paul. & alj hic: Cynus *in l. prima sup. qui admit.* ita prius gloss. 1. *in hac l.* & vbique voluit generaliter glo. tam in maternis, quam in alijs aduentitijs, vt hæc l. *& seq.* nouum ius induxerint. ita glos. *si filius. sup. de pet. hæred.* & gloss. *in d. l. 2. sup. qui admit.* gloss. *in l. is qui hæres. §. fina. ff. de acquir. hæred.* gloss *in l. fin. ff. quis ordo in bonor. poss. seru* gloss. *in l. cogi. §. si pater. ff. ad Trebell.* Ex quo patet minus recte las. *in d. l. 1. col. 2. ad fin. supr. qui admit.* in contrarium allegare glo. *d. l. is qui hæres.* Fatentur omnes hanc esse receptissimam sententiam, vt iure digest. & ante Constantin. bona materna per filios omnino patri acquirerentur. Contrarium tamen ex antiquis tenuit Ricar. Malum. & prius aliqui relati à glo. *in d. l. is qui hæres, §. fin.* vt aduertit Bart. *in l. 1. C. qui admitt.* & ex recentioribus Polit. *d. loco,* & Alcia. *lib. 4. parado. c. 3.* Horum fundamentum fuit *l. filius, 22. ff. de inoffic. testament.* qua nimis torquentur omnes Scribent. varieque illam interpretatur. Contra communem etiam citat Alciat. text. *in l. pen. ff. ad Tertul. & d. l. 1. C. qui admit.* quam alij ponderant: nos communem vt verissimã amplectimur, quæ
20 probatur melius quam putauerit Politi. *in dict. tract. de vulga. num. 43.* qui respondet nonnullis iuribus, & omittit alia principaliora: probatur igitur secundum glos. *in d. l. is qui hæres. §. fina.* ex text. ibi, & melius ex *l. sequent.* vbi C. considerat personam patris in omni hæreditate delata filio, sine distinctione, an sit profectitia vel aduentitia, & ex presim *dict. l. sequens,* ibi, de hæreditate legitima filio delata, quæ proprie intelligitur de materna: & ita aperte tex. *in l. qui in aliena. post princip. eod. tit.* Nec obstat vana replicatio Polit. & aliquorum dicentium, quod imo in illis iuribus etiam exigitur factum filij in adeundo, nec solus pater potest repudiare vel adire: respondetur enim quod id non tangit effectũ acquisitionis post hæreditatem aditam. Sic enim & in seruo instituto, eius factũ in adeundo requiritur, vt *in l. 3. supr. de hæred. instit.* non tamen ideo aliquid seruo acquiritur. Item illa iura loquuntur tam vbi filius sui contemplatione instituitur, quam si patris. & sic etiam vbi sit hæreditas profectitia, & tamen requiritur factum filij in adeundo: sed in profectitia omnes fatentur, nihil acquiri filio. Ergo factum filij circa aditionem, nõ minuit omnimodam acquisitionem patri. Probatur eadem opinio communis, noua ratione, eaq; vrgentissima. Ricar. enim & Alci. fatentur quod alia aduentitia omnino acquirebantur patri: diuersum autem putabant in maternis. Sed in his magis erat idem dicẽdum, plusque in eis patri tribuendum, quam in aliis aduentitiis, quia proueneruntab vxore ipsius patris, & pater cõstante matrimonio dominus dicebatur, *l. doce ancillam, C. de rei vend.* & vnica fuerat familia, *l. 1. §. si vir. ff. ad Sillan.* & in terminis probatur hæc consideratio ex tex. *in l. si viua matre, infr. hoc titul.* vbi in bonis maternis plus conceditur patri, quam in aliis aduentitiis: adeo vt etiam post emancipationem aliquid patri tribuatur in successione maternorũ. Pro communi etiam facit tex. non adductus à Dd *in d. locis. in l. 3. §. verbũ potestatis, ff. de donat. int. vir. & vxor. ibi. Si mater filio, qui in potestate patris est, donet, nullius momenti erit donatio, quia patri quæritur.* Aperte ergo in bonis maternis ibi deciditur in solidum ea patri acquiri eo tempore, quod ibi aduertit Bald. & aliud agens, citat Tiraquel *de retract. Ligna. §. primo, gloss. 9. num. 72.* Si autem patri solus vsusfructus quæreretur, non diceret textus donationem omnino nullam, sed pro parte quæ patri acquiri posset, argum. *l. sancimus, C. de don.* Iuuatur communis opinio ex legibus, quæ aliquando agunt de matre instituente filium, solicita ne bona ad maritum peruenirent, vt *in l. mulier. ff. ad Trebellian. in l. 3. Cod. de institutionibus, & substitu.* significant enim quod plane patri acquirebantur per filium bona materna *l. filiis matrem, Cod. de inoffic. testamen.* Re- 21
tenta itaque communi ac vera sententia, non obstat text. *in d. l. filius, ff. de inoffic. testam.* cuius verba sunt, *filius non impeditur, quo minus inofficiosum testamentum matris accũset, si pater eius legatum ex testamento matris accepisset, vel adisset hæreditatem: quamuis in eius esset potestate, nec prohiberi patrem dixi iure filij accusare: nam indignatio filij est. Et quærebatur, si non obtinuisset in accusando, an quod patri datum est, publicaretur? quoniam alij cõmodum victoriæ parat, & in hac causa nihil ex officioso patris, sed totum de meritis filij agitur, & iudicandum est, non perdere patrem sibi datum,*

si secundum testamentum pronunciatum fuisset. Glo. ibi & omnes fere Dd. intelligebant verba illa, *alij commodum victoriæ parat*, significare quod pater agebat, & commodum victoriæ parari filio, & sic esset casus in quo filius patri non acquireret, etiam illo tempore ante Constāti. & Iustini. & ita ibi tranſit glo. Bar. *in d. l. 1. C. qui admit. & in d. l. is qui hæres, §. fin.* respondebat quod in illa l. querela, vt actio iniuriarum dicitur filij, sed rupto testamento, & deuoluta successione ab intestato, commodum patris est. Quam solutionem impugnat bene Dec. *in d. l. 1. in 1. lectu. ad fin. & in 2. lectu. nu. 71.* prius Aret. *in l. filiusfam. ff. de acquir. hæred.* quia si concedimus ibi verbum, *alij*, intelligi de filio, non potest stare solutio Bart. cum l. illa, de ipso commodo loquatur, & ita contra Bar. tenet Iacob. de Nigr. & nouiores, *in d. l. 1* licet ibi Curt. *ex num. 53.* inuolute conetur sustinere interpretationem Barto. quæ non congruit verbis illius l. Aliter secundo respondebat Ias. *in d. l. 1. num. 5.* vt in illa l. dicatur commodum filio parari respectu iuris adeundi ab intestato, post testamentum ruptum, quia ius adeundi non datur patri, quam interpretationē probat Socin. Nep. *in l. cum filio, ff. de leg. 1. num. 2.* quæ tamen nullo modo congruit literæ, nec menti illius legis, meritoque Deci. & nouiores hanc solutionem reijciunt, quia ibi agitur de commodo, & sic de effectu acquisitionis, non de iure adeundi, quod diuersum est, vt *l. pretiarer. ff. ad l. Falcid.* licet pro & contra Ias. multa effundat: nouis. Huber. *ibi, ex num. 77.* Eadem ratione probari non potest tertia solutio & interpretatio Bal *in d. l. 1. oppo. 28.* dum dicit quod primaria acquisitione dicatur filij: quia incipit à persona eius, sed effectum postea ad patrem spectare: & ita Fulg. non relatus in *d. l. filius*: sed obstat manifeste verbum illud, *commodum*, quod non potest accipi nisi pro effectu: nec enim diceretur commodum, si ad alium peruenire deberet, vt *in l. qui sic. ff. de solutio.* & fere in terminis probat *l. Papinian. §. meminisse. ff. de inof. test. ibi. cuius emolumentum, & ibi, cæterum si rogatus*, maxime quod commodum nec momento in filio residebat in his quæ patri quærenda erant, *d. l. placet. ff. de acqui. hæred.* licet respondere conetur Curt. *in d. l. 1. nu. 17.* sequens Bald. in alio articulo. Similiter 4. non potest probari alia interpretatio vel solutio Paul. Castr. *in d. l. filius*, intelligentis commodum filij esse, quia non compellitur adire, & poterat differre quousq; esset sui iuris, vt sic nō patri, sed sibi acquirat. Quod est extraneum literę illius l. tū quia lex ibi considerat cōmodum præsens: tum quia de iure spes illæ remotæ, & casus aduentitij regulariter non considerantur. *l. Iulian. ff. qui & à quib.* Et ita reijcitur interpretatio Paul. licet eandem probare videatur Curt. *num. 55. in d. l. 1.* inuoluit ibi Sebastian. Sapia. *ex num. 48.* qui non referunt Paul: *in d. l. filius*: maxime quia periculosum est dicere, quod filius non posset cogi adire, cuius contrarium dicit receptius Sapia, vbi *sup.* ex eod. Paul. *in l. is qui hares, §. fin. num. 2. versic. in princip. ff. de acquir. hæred.* Aliter intelligebant nonnulli, quos refert Dec. *in l. 1. in 2. lectu. num. 72.* vt verba illa, *alij parare commodum*, intelligantur, pro aduersario supra instituto, contra quem pater nomine filij egerat querela: quia textus dicit pro testamento fuisse iudicatum. Quem intellectū vt suū scribit Iac. de Nigr. *in d. le. 1. n. 45.* vbi audacter dicit errasse omnes, qui hoc non aduertunt: & forsan eum voluit referre Dec. quia potuit scribere ante sec. lectu. Decij, quæ tamen interpretatio à Decio reijcitur, & ita nouissime reijcit ibi Hubert. *nu. 77.* vere enim non congruit literæ. Nec IC. potuit dicere, quod pater agens querela, parabat commodum instituto, cū alia esset mens patris eo casu, dubiusque litis euentus non patitur, vt ex initio litis dicatur parari certus effectus. Item cum ibi agatur, an pater admittat relictum, non congruebant vllo modo verba illa, *alij cōmodum victoriæ parat*, intelligendo pro aduersario, quia non facerent ad excusandum, vel puniendum ipsum patrem, vt patet ad sensum. At IC. illis verbis sentit dari causam excusandi vel puniendi patris, vt *inferius*. Aliter & sexto intellige- 22
bat Aret. *in l. filiusf. ff. de acqui. hære.* quē sequitur Dec. *in d. l. 1. in vtraque lectu. in 1. nu. 13. & in 2. num. 72.* dicit enim Areti. illam l. continere casum specialem in querela inofficiosi testamenti & commodi, quod ex ea resultat, vt etiam ante ius nouum esset filij, non patris, quia iniuria tantum filij est, & eiusdem

dem indignatio, vt text. ibi dicit, & *l. Papinian. eod. tit.* & posset comprobari ex eo, quod notat gloss. recepta *in l. fin. in princip. verb. recusante, in fin. inf. titu.* 1. Sed hæc interpretatio reijcitur à Curt. *in d. l.* 1. *num.* 55. & à Iaco. de Nigr. *ex num.* 44. bonis argumentis, & ita contra Aret. concludit Huber. *d. num.* 77. & Socin. *d. l. cum filio. col.* 1. Nec mihi placere potest, quia longe diuersum est commodum pecuniarium ab ipsa iniuria, vt Bartol. bene scripsit *in d. l.* 1. *& in l. is qui hæres*, §. *fin. & in l. filius primus, ff. de act. & oblig.* licet igitur iniuria filij sit, effectus tamen actionis, quo ad acquisitionem, patris est, vt probat text. *in l. si filius famil. ff. de iudi. ibi, furtum vel iniuriam, & ibi, nedum pater expectatur.* Displicet etiam hæc interpretatio Aretin. quia non est lex quæ declaret tunc non acquiri bona patri per filium, & regula multarum legum suadet contrarium, à quibus facile recedendum non erat, arg. tex. *in l. item apud Labeon.* §. *ait Prætor, ibi, ea enim quæ not abilia sunt, ff. de iniuri.* Est etiam vrgens ratio contra Aretin. quia siue per querelam, siue alio modo bona ad filium venirent, semper materna erant, in quibus pater totum habebat ante ius nouum, hodie vsumfructum, & in legitima etiam inuita matre, vt videbimus *in Authent. excipitur, infr. titul. primo*, ergo non erat minus dandum patri ante ius nouum, cum plus habeat iure antiquo, eo casu: quod si non aduertunt, nec alij nouiores. item illa interpretatio Aretin. offendit hanc legem, *& l. seq.* quæ indistincte æquiparant omnes modos & casus, quibus qualibet via ad filium venirent bona materna. per querelam autem rescisso testamento, manebat successio ab intestato, & consequenter patri erant acquirenda bona, secundum leges *superius* adductas. Non tamen omitto, quod illa interpretatio Aretin. fuit Cyni *in d. l.* 1. *col.* 2. *num.* 7. *in vlt. oppos.* & Alber. *ibi, col.* 3. *versic. Ego teneo*, quos nec Aretin. nec Dec. nec Repetent. *in d. l.* 1. referunt, meminit autem Cynus Socin. *d. loco*, & ita contra Cyn. Alber. Aret. Decium, resoluo. Septimo aliter nouissime interpretatur Bellon. *lib.* 4. *supputa. cap.* 4. non citans Soc. qui idem prius scripsit, concordat cum cæteris, vt in *d. l.* verba illa, *alij commodum parat*, intelligantur de filio. Dicit tamen non esse negandum effectum acquisitionis patri, sed ibi appellari commodum filij respectu honoris & existimationis, quia ex hæredatio erat nota, quam diluit querela, adducitque aliqua ad colorandam suam interpretationem, quæ sustineri non potest, si literam illius l. respicias: nihil enim magis alienum est à mente IC. in illis verbis, *commodum parat*, quam hæc cura honoris & existimationis, totaque quæstio erat de bonis in totum, quoad hæreditatem in filio, vel particulariter, quoad legatum patri relictum, & repugnat significatio *commodi*, secundum ea quæ adduxi *supra in prin. huius l.* facilius enim *honor* pro commodo accipitur, quam *commodum* pro honore. Aliter & varie octauo interpretatur 23
doctiss. Maria. Soc. *in d. l. cum filio, num.* 2. vbi tripliciter inquit posse intelligi, primoque explicat commodum filio parari eo modo, vt postea scripsit Bello. & ita reijcienda est sua prima interpretatio, vt proxime ostendimus, nec opus est repetere. Explicat & aliter Ias. *in d. l.* 1. quæ interpretatio in effectu est Bar. & vtranque *superius* reiecimus, quia vere non congruunt verbis illius l. Aliter etiã interpretatur, vt l. illa intelligatur scripta ex intentione noui iuris, quod plane reijciendum est, vt diuinatorium, & cõtra literam illius l. quæ tota est Triphonij, vel Pauli secundum alios libros, nec lex antiqua potuit diuinare posteriorẽ, vt *in l. iubemus, C. de testa.* Tandem nono 24
aliter intelligit Soc. *d. loc. ibi*, vel etiã forte, vt tex. *d. l. filius*, magis probet communem sententiam, & noue declarat, contra gl. & omnes, vt illa verba, *alij cõmodum parat*, non intelligantur de filio, sed potius de patre, quod breuissime comprobat ex litera illius l. eandemque interpretationem latius probat Hubertin. *in d. l.* 1. *num.* 78. ipse tamen non refert Soci. nec Socinus eum. nescio, quis eorum prius scripserit. Ego autem cum anno 1543. articulũ hunc tractarem, mirabar gl. & tot Dd. eximios semper existimasse, quod in illa l. verbũ, *alij*, referebatur ad filium, quasi ei cõmodum acquisitionis pararetur, existente patre, repugnant enim omnia iura, nec verba dictæ l. vrgent, vt cõmodum ad filium referatur. aduertebamque, verbũ illud, *alij*, de filio nõ posse intelligi, quod postea vidi à Socino & Hub. scriptũ. Patet hæc vera

interpretatio, quia glo. & Dd. intelligebant illa verba, cum pater agebat pro filio, & ideo exponebant, *alij parat*, scilicet ipsi filio, vnde resultabat difficultas. Sed litera in eo versi. manifeste loquitur, quando filius agit petito princip. l. quod magis ostenditur ex verbis proxmis ibi, *an quod patri datum est, publicaretur?* si enim textus in eo versicu. loqueretur de casu, in quo pater ageret querela, nō congruebat dicere, *an quod patri datum*, sed diceret, *quod ei datum*. Similiter ex hoc patet, verbum, *obtinuisset*, ibi præcedens, debere necessario referri ad filium agentem, non ad patrem: est enim continua clausula. Nec obstat quod l. illa etiam tractat de patre agente nomine filij, *in versic. nec prohiberi*, id enim fuit obiter dictum: principium vero & principalis pars loquitur de filio agente. Et semper attendi debet, quod principalius est, se-
25 cundum vulgaria iura. Quod etiam noue comprobo ex *l. qui in aliena. in prin. ff. de acq. hæred.* vbi primo ponitur vnum dictum in hæreditate: deinde ponitur aliud diuersum in bonorum possessione. postremo ponitur aliud in hæreditate delata ex Senatusconſ. Orficiano. & dicit text. *idem erit probandum*, & ex verbis posset fieri, vel alio ad magis proximū, scilicet ad bon. possessionem, tamen vere non fit relatio nisi ad primum casum hæreditatis, secundum gloss. & omnes ibi nec aliud posset teneri ex iuris regulis. Sic *d. l. filius*, prius loquitur de filio agente, deinde in *versi. nec prohiberi*, obiter dicit patrē agere posse nomine filij: tertio *in versic. & quærebatur*. redit ad primum casum, de filio agente, ideoque subdit, *an quod patri datum esset*, & sic aperte resultat quod ibi verbum, *alij*, nō potest intelligi de filio, cum textus loquatur de filio agente, aliquodque commodum victoriæ parante. Probatur ergo ex verbis illius l. commodum victoriæ, ibi, filio non parari contra id, quod gloss. & Dd. putabant, & consequenter cessat difficultas, qua Dd. tam anxie torquebantur, ob quam tot interpretationes excogitarunt. & plures, difficultati succumbentes, à communi veraque sententia receſseruut, vt constat ex *supra* deductis. Licet autem necessario ex litera illius l. §. vere colligatur ibi verbum, *alij*, non intelligi de filio, non ita intelligitur de patre, apte tamen de eo intelligi potest, vt Soc. & Huberr. intelligunt. Sed ad tollendam difficultatem satis est 2
ostendere, quod *commodum* ibi, & verbum, *alij*, nō referuntur ad filiū. Pro maiori autem elucidatione illius text. est aduertendum, quod illa verba, *quoniam alij commodum victoriæ parat*: scripta sunt in vim rationis, sed adhuc nemo explicauit, an sit ratio dubitādi, vel decidēdi: seu ratio excusandi patris, ad vnū enim vel alterum effectum ibi ponuntur ea verba: & sine hoc non potest perfecte intelligi litera illius l. Ego aduerto, quod secundum interpretationem glo. & omnium qui intelligebant ibi patrem agere, & alij commodum parari, non poterant stare verba illa, *quoniā alij*, in vim rationis dubitandi contra patrem, vt Dd. non sat mature sentiebant: si enim pater alij parabat commodum, † non sibi, id iuuaret patrem, ne legatum amitteret, iuxta text. *in l. tutorem, ff. de iis qui vt indig. ibi, cum non sua persona, sed pupilli accusauerit, propriam pœnam mereri non debet*. Et ex text. *in l. aduersus* 30. §. 1. *ff. de inoff. testam.* quod etiam vrget, vt reijciatur communis intelligendi modus ad verba illius l. vtque constet, in eo versic. non patrem, sed filium agere querela. Melius stant illa verba pro ratione dubitandi (supposita vera interpretatione, quod in eo versi. filius agebat) & tunc quærebatur, an patri auferatur relictum, quoniam filius agens nō sibi, sed alij, scilicet patri parabat commodum, & sic erat ratio dubitandi, qua videretur legatum patri auferendum, quia cessabat excusandi ratio *d. l. tutorem*. Et vere rectius staret litera, si pro, *alij*, legeretur, *illi*, vt pungebant aliqui, secundum quod refert Alciat. *d. c.* 3. *in fi.* Cum autem ibi sit quæstio, an pater legatum amittat, nullo modo illa verba possunt intelligi in vim rationis decidendi, quia decisio est, ne patri relictum auferatur, cui non congruit talis ratio, maxime, cum decisio inferius ponatur à IC. vnde cum adhuc non esset scripta, non potuit ratio præcedere. Aduerto etiam, quod primæ decisioni illius l. sentit IC. rationem dubitandi fuisse, quia filius erat in potestate patris, & pater acceperat relictum in testamento, vnde videbatur filium non posse agere querela, ac si filius sibi relictum accipiens, approbasset testamentum, iuxta reg. *l. post legat. in*

prin.

prin.ff.de iis qui.vt indig.l.nihil interest 12. *ff. de inoff. test. l.si proponas* 23. §. 1.*ff. eod.* Quo nonobstãte, decidit IC. filium agere posse querela, licet pater legatum accepisset. Sicut igitur factum patris accipientis relictum, adducitur pro ratione dubitandi contra filium *in* 1.*parte illius l.* ita factum filij agentis querela præstabat causam dubitandi contra patrem *in* 2.*par.tex.* quod videtur ex mente IC. li-
27 cet nullibi ita explicetur. Ex qua vero interpretatione, iudicio meo, noue intelligi potest, ibi esse tex. *in* 1.*parte*, pro cõmuni sentẽtia, quã defendimus, quod ante ius nouum bona materna per filium omnino patri acquirebãtur, nam quia IC. id præsupponebat, ideo dubitabatur, an filius in potestate agere posset contra testamentum, ex quo pater relictum acceperat, nec videbatur curandum de persona filij, sic enim in multis habetur in iure, non attendi personam mediam, per quam res alij acquiritur, sed eam tantum, cui vltimo acquiritur, *vt in l.cum ei ff.de legat.2.l.cogi.§. 2.qui solidum, ff.ad Trebell.l.cum pater. §.donat.ff. de legat.*2. vnde quia pater legatum acceperat, quo iudicium testantis agnouerat, & patri erant acquirenda bona rupto testamento, videbatur impediendus filius, ne querela ageret aduersus testamentum à patre approbatum ex acceptione relicti, quod comprobari posset ex verbis tex. *in l.si post mortem decimo. §.liberi.ff.de bonor.possess.* contra tabul, ibi, *quid enim bonum est eis fauere, vt partem faciant, nihil habituri?* Tacite ergo in ratione dubitandi significat IC. in prima parte illius l. bonailla materna acquiri patri: alias enim non esset dubitandi ratio IC. digna, quod dici non debet, iuxta *l. quod Labeo. ff.de Carbo. edict.* quia si bona acquirenda patri non fuissent, nullo colore dubitari posset, an patris factum accipientis relictum, impediret filium in querela, cuius effectus ad patrem non spectaret. Quod suadetur ex reg. *d.l. qui pot. in-uitis, ff. de reg. iur.* Et quia audiri non debet persona, cuius non interest, vt *in l.ille à quo*, §. 1. vbi Bart. & latè Alex. *ff. ad Trebell.* & ita pro communi sententia damus ibi textum, quo in præsentem diem omnium Dd. ingenia mire torquebantur.

28 Ex communi tamen sententia, quæ concludit etiam in casu illius l. acquisitionem bonorum patri cedere, infertur necessario (quod Scribent. non aduertunt) ibi esse aliquid speciale in querela inofficiosi testamenti, vt scilicet pater agens nomine filij, vel permittens filiũ agere, non amittat sibi relictum, & ita eleganter limitatur tex. *in l.post legat.§.si pater.& §.si filiusfa. ibi, si inuito patre, ff. de iis, quib.vt indign.* quibus habetur: patri auferri relictum, si eo permittente filius accuset testamentum. Inde etiam secundum Paul. notabiliter limitatur, *§.meminisse, l. Papinian.ff. de inoffi. test.* vbi filius agens querela contra testamentum, si † non obtineat, amittit relictum sibi in eodem testamento, vt sic mitius agatur cum patre agente pro filio, vel permittente filium agere, quam ageretur cum ipso filio, quod notatu dignum est. Necessario etiam sequitur verum dixisse Bart. *in d.l.prima, C.qui admit.& l.is qui hæres, §.fi.* vt pater non amittat relictum eo casu ob querelam filij, licet commodum acquisitionis ad patrem spectaret, & idem sentiunt communiter Scriben. quod non percepit Deci. contrarium incaute dicens *in d.l. in* 1. *lect. num.* 13. *& in* 2.*lectu. num.* 72. vbi Curt. inuoluit *num.* 53. *in fin. & num* 54. *cum seq.* & Huber. *num.* 7[illegible]. *ad fin.* Cum autem specialitas necessario colligatur ex dictis iurib. & communi sententia, ratio forsan eius specialitatis fuit, quia in casu *l. filius.* concurrebat, legatum fuisse relictum ab vxore viro, cui aliquid plus debetur ob transactum matrimonium, *l. vnum ex famil. §. fin. ff. de l.* 2. *& infra* dicemus circa *l.* 3. *infra eod.* Concurrebat etiam: quod filius agebat, vel pater eum agere permittebat ad vitandam notam exhæredationis. Atq; ad obtinenda bona matris, quę naturaliter filio debebantur, *l. nam & si parens ib. ff. de inoff. test. l. scripto, §. fina. vnde libe.* ideo alias datur minori restitutio in querela inofficio. testam. *l.*1. *C. de in integ. restit.* non in alia accusatione, *l. auxilium, ff. de min.* Vnde magis excusandus erat pater, magisque ei fauendum hoc casu, vt ita limitetur regula illorum iurium. Ex regula autem *d. §. si pater, & §. si filius. l. post leg. & d. §. memin. l. Papinian.* magna ratio dubitandi resultabat ad decisionem *d.l. filius.* quatenus patri relictum conseruat. Hæc sunt quæ ad l. illam afferre potuimus. Contra 29 communem citabat Alc. *d. loco. l. pen. ff.*

ad Se-

ad Senatusc. Tertulli. quam dicit ab alio non adduci, eamque sufficere ad confutandam communem sententiam. Verba legis sunt hæc: *Sacratissimi principis nostri oratione cauetur, vt matris intestata hæreditas ad liberos, tametsi in aliena potestate sint, pertineat.* Quæ verba Alciat. varie ponderat, sed ei satisfacit Soc. *in d. l. cum filio*, & melius Hubert. *in d. l. 1. C. qui admit. nu.* 79. ex quibus præcipua responsio colligitur, vt l. illa intelligatur de iure succedendi, non de effectu acquisitionis: nec enim ibi agitur, cui veniat acquirenda hæreditas post successionem filij. Quod colligitur ex *l. qui in alien. in fi. princ. ff. de acq. hær. & l. filiæfam. 19. ff. eod.* Quod vltra eos videmus alibi, vt res dicatur ad aliquem pertinere, quæ tamen postea est alij restituenda, vt in fructibus, quos lex dicit indistincte pertinere ad bonæ fidei possessorem, *l. bonæ fidei, ff. de acq. rer. dom.* & tamen aliquando tenetur restituere vel soluere, quatenus fit locupletior, ex glo. *l. qui scit, ff. de vsur.* Bart. *in l. si eius, ff. de rei vend.* quod alibi plene tradidimus. Sic *in l. codicillis, §. matre. ff. de legat. 2.* hæreditas sororis intestatæ dicitur peruenire ad fratrem, qui filium sororis occiderat, & tamen id non potest intelligi cum effectu, quia fiscus aufert, secundum Bart. & Imol. per *l. Lucius, ff. de iure fisc.* Hæc interpretatio ad illam l. magis comprobatur ex verbis eiusdem l. ibi, *tametsi in aliena potestate*, ostendit enim text. eam successionem filio sui iuris plane competere, magisque potuisse dubitari an ei negetur, si sub potestate alterius fuisset, idque tantum ibi tollit admittendo filium: non autem vt tollat acquisitionem patri, sicut nec eam tollit Iustinian. *in princ. Instit. ad Orficia.* Sic è conuerso, mater existens sub potestate alterius, admittebatur ex Senatusc. ad hæreditatem filij, *l. 6. eod. tit. ff. ad Tertull.* Quæ dubitationes ibi tolluntur, quia eo tempore nō erat omnino expedita successio ad inuicem matris & liberorum, vt patet ex illis iuribus. Et secundum hanc solutionem cessat obiectio, quam Alciat. insolubilem putabat, contra cōmunem. Nec difficultati satisfaciebat Sebastia Sapia. *d. l. 1. numer. 53. in fin. C. qui admit.* vbi nescio quid comminiscitur. Aliter nouissime respondebat & intelligebat Bellon. *li. 4. supputa. c. 5.* qui constāter hanc receptam opinionem defendit. Nonobstat aliud argumentum Alc. ex *d. l. prima. C. qui admit. in verbo, etiam.* quod Richard. ponderabat, vt ibi refert Bald. 28. *oppos.* colligitque ex Cyn. Alberic. & Bar. ibi. Quod verbum innuere videtur, vt non soli patri commodum acquireretur, & sic quod pars filij esset: sed Bald. & communiter Dd. respondent, vt verbum etiam implicet facta, non personas: sitque sensus l. vt non solum filius patre ignorante posset agnoscere bonorum possessionem, sed etiam ita agnita commodum patri afferret: & potest sufficere hæc communis solutio, vt per Alex. *ibi in 4. nct. ab.* & Curt. *num. 17.* licet aliter & ingeniose explicet Bellon. quem vide *lib. 3. supputa. cap. 1.* Nec valet quicquam argumentatio Polit. à verbo *emolumentum* vel *commodum*, quod ipse dicit significare vsumfructum, non plenum dominium, quia *supra* ostendi contrarium ex text. *in l. Papinian. §. meminisse. ff. de inoffic. test.* & alijs iuribus. Probat etiam text. *in l. si putas. Cod. de petit. hæred.* Minus obstat argum. Alci. ex *d. l. cum oport. infra tit. sequ.* inducendo illa verba: *in veteris iuris obseruatione:* iunctis verbis sequentibus, *quemadmodum in maternis.* Videtur enim ibi significare Iustinia. quod iure antiquo bona materna non omnino patri acquirebantur, sed tantum vsusfructus: & consequenter, quod Constantin. hic non induxerit nouum ius. Et licet possemus reseruare responsionem ad tractatum illius l. vbi late alia scribimus: oportunum fuit hoc loco respondere statim, ne scindatur hic articulus proprius huius l. qui continenter tractatus, melius intelligetur. Ad argum. Alciat videtur, quod glo. *in d. l. cum oportet. verbo, in veteris*, illud senserit, respōdit enim exponendo ibi *ius antiquum* dici pro eo, quod erat ante Iustin. non pro eo, quod erat iure Pandect. & ita Hub. *in d. l. 1. n. 80. in fi.* melius Bellon. *d. l. 4. c. 5. ad fin.* Post iura autem Digesto. aliqui Imperat. statuerunt ea, quæ Iustin. ibi refert, vt patet ex hac *l. & l. prima. C. illo tit.* Sed hæc solutio mihi non placet, possetque Alciat. merito replicare, cōtra talem interpretationē: quia improprium videtur intelligere ius vetus, pro decisione huius *l. & l. primæ, inf. tit. 1.* quæ sæpissime Scrib. appellant *nouum ius.* vt *supra* deduximus: & manifeste repugnant verba illa, *veteris iuris.* quæ magis

30

31

proprie

propriè ad antiquius ius, quam huius l. referri debent. Vnde aliter explico, vt *in d.l.cum oportet*, ita tenent Bar. Bal. & Sali. quorum opinionem sequitur Ias. & post eum Alex. de Imol. & volens Iustinian. statuere, quod generaliter statuit in aduentitijs: Vt non omnino patri acquirantur, incipit à rebus incertis, quæ iure veteri obseruabantur, in quibus filius non acquirebat patri: deinde refert casus certos decisos à præcedentibus Imperat. vt erat casus huius l. & *d. l.1. infr. tit.1.* & ita sit sensus, quod sicut iure antiquo aliqui erant casus, in quibus filius patri non acquirebat. Et postea aliqui Imperat. alios casus deciderunt, in quibus dominium patri non quæreretur, ita Iustin. ibi iustum putauit, idem generaliter statuere in omnibus aduentitijs, & verbum *quemadmodum*, ibi non refertur, ad præcedentia (iuris veteris,) vt gloss. Alc. alijque accipiebant, sed potius refertur ad sequentia, quod necessario euincitur ex illa l. quia in illo vers. *quemadmodum*, simul ponit casum huius l. de bonis maternis, & casum lucri dotalis vel nuptialis: sicut igitur secundus ille casus, secundum omnes, fuit noue decisus ab imperatoribus & contrarium erat iure antiquo: ita dicendum est in casu nostro, qui ibi ponitur sub eadem determinatione, iuxta reg. *l. iam hoc iure, ff. de vulgar. l. fin. C. de sentent. & interloc.* Et hoc modo ex *d. l. cum oportet.* comprobatur communis opinio, vt hæc l. nouum ius induxerit in bonis maternis. Hinc patet recte Dd. communiter intelligere text. *in §.1. Instit. per quas personas nobis acquiritur*, vt ibi verbum, *olim*, intelligitur pro iure Digestor. quod Iustin. noue emendat, statuens, vt dominium aduentitiorum filio acquiratur: vt merito reijciatur violenta interpretatio Politi; contra commu. *d. tract. de vulg. nu.43.*

32 Sed posset lector instare, quid significet Iustinian. *in d.l. cum oportet*, dum refert ius antiquum, secundum interpretationem nostram: videtur enim, cum de iure antiquo filius omnia patri acquireret, non posse verificari illam obseruationem rerum, quæ iure veteri non † quererentur patri. Sed huic obiectioni seu inuestigationi satisfacio dupliciter. Primo, quia etiam iure antiquo Castrensia, & quasi Castrensia patri non quærebantur, *l.2. ff. ad Maced.* cum multis alijs. Secundo & melius respondeo, quod apud ICtos diligens lector inueniet in aliquibus rebus concessam acquisitionem filio, non obstante patria potestate: vt in exercitio querelæ, *d. l. filius, & d. l. Papinian. ff. de inoffic. test.* vt etiam *in l.3. §. si quid minori ff. de mino.* facit, quod not. Socin. *in l. filio, ff. de condit. & demonst.* facit ad idem casus *l. cum hæres, ff. de acq. hæred. ibi, quasi paterfamilias,* & casus, *l. Imperat. ff. ad Trebell.* vt etiam de iure Digest. aduertit Bart. *in l. placet. vitt. oppos. ff. de acq. hær.* Manet itaque defensata communis sententia, contra Richar. Poli. & Alci. vt lex hæc nouum ius induxerit, nec immerito, quia Constant. in aliis etiam nouas constitutiones edidit: vt *in l. fi. Cod. famil. ercisc. l. his solis, C. de reuoc. dona. & in l. cũ vir C. ad leg. Iul. de adult. & in l.1. C. de natur. lib.* obseruat Alciat. *libr.4. parerg. cap.5. colum.2.* facit pro communi, nam in hac materia Iustinian. refert l. Constantinianam, vt *in d. l. cum oportet, §. cum autem,* & sic innuit, quod Constantin. noue aliqua induxerit, quæ ob id appellantur Constãtiniana: iuuatur hoc, quia successiue ex hac *l. vsque ad l. cum oportet. & seq.* semper aliquid pro filiis statuitur, minuendo antiquam acquisitionem, quę in totum patri dabatur, sicque videtur nouũ ius his legibus induci. Cauendum tamen 33
est ab errore imperitorum, qui indistincte putant responsa ICtor. esse antiquiora legibus Imperator. & consequenter dicunt ius Digesto. esse antiquius iure C. quod verum non est: quia plures ICti, quorum responsa habemus in Pandectis, vixerunt sub Imperatoribus, quorũ sunt constitutiones in hoc libro C. vt patet ex *l.4. C. de contrah. stipul.* patet ex *l.1. C. de legat. iunct. l. Caio. §. Imperator. ff. de alimen. leg. & ex l. Anton. ff. de fideicom. liber.* quod colligi potest ex innumeris aliis iuribus, tradit Alciat. *lib.6. Parerg. cap.14* & ante eum admonuit Fulgos. *in l. fructus, colum.3. num.8 de reiuendicat.* patet etiam ex *tit. ff. de constit. Princ.* Ex quo cum iudicio legendus, cum Barto. *in l. fin. in fi. ff. de reg. Canon.* Ex his datur lumen & fundamentum legibus præsentis tituli, & sequentis. Quibus sic ex- 34
peditis, ampliatur decisio hæc Constantini, & illa Iustinia. *in d. l. cum oportet.* vt cũ hęc acquisitio patris fiat ex patria potestate, necessario procedat, etiãsi filius

longe

longe à patre degat: distantia enim locorum non tollit ius patriæ potestat. *l. Pomponius*, 40. *ff. de Procurat. in princ. & l. cum filius, ff. si cert. peta. l. si longius*, §. *si filius, ff. de iudiciis*, quod alias inuoluit Hisp. Segura *in repetit. l. vnum ex familia*. §. *sed si fundum*, col. 7. probatur hoc etiam ex *l. si pater. C. de instit. & ex l. fin. ff. de cond. instit.* vt distantia & absentia non tollit effectus potestatis, etiam contra patrem. Ampliatur secundo in patre arrogatore, secundum Alberic. *in d. l. cum oportet*, per text. *in princ. Institu. de acq. per arroga.* facit *l. fin. arrogator. ff. de adopt. l. sed si plur.* §. *in arrog. ff. de vulga.* intelligendo per tex. *in l. non enim, cum l. sequen. ff. de adopt.* & ita ampliat Bart. *in l. cum filio. num.* 10 *ff. lega. primo*. Ampliatur tertio etiam, si filius senex sit, durat enim semper ius patriæ potestatis, secundum gloss. receptam *in l. fin.* §. *pup. ff. de verb. oblig.* quam ibi extollunt Ang. & Imol. & Bauar. *in princ. Institu. quib. non est perm. fac. testam. num.* 19. Ex qua gloss. confirmabis, quod inquit Bal. *in l. fin.* §. *filiis aut. inf.* titulum primum ampliando, & tex. ibi sequuntur Paul. & Corn. ibi. Ampliatur quarto hæc acquisitio secundum ius commune, etiam si filius vel filia sit coniugatus vel coniugata, durat enim patria potestas & effectus acquirendi patri, vt *in l.* 1. *& 2. inf. tit. seq. l. si vxor. C. de condit.* infert late Boer. *decisio* 147. & probatur ex innumeris iuribus, vt tradit Tiraq. *de iure mari. in princ.* quod vt memorabile commendat Ioan. Crot. *in l. frater à fratre, qu.* 16. *nu.* 53. Hodie autem in Lusitania & Hispania aliud est dicendum ex legibus Regiis, eximentibus liberos à potestate patris per matrimonium, de quo plenissime 35 agemus *in tit. seq.* Ex hoc autem infertur, quod cum patria potestas de iure durabat, etiam post nuptias liberorum: si pater donaret filiæ coniugatæ, non valeret donatio indistincte, siue filia esset in domo patris, siue in domo viri seorsum à patre: militat enim vinculum patriæ potestatis, quæ donationem irritat, iuxta *l. secundam, in C. de inoff. dona.* & consequenter patet contrarium sine iudicio scriptum à Corset. in notabil. verbo, *donatio*, qui male ad id citat Bald. *in ca. iuranatio, de probat.* vbi *num.* 12. aliud diuersum dicit, quod non tangit effectum acquisitionis, nec respicit hunc articulum: & contra se citat Corset. inaduertenter tex. *in l. nec inter.* 4. *Cod. de donat. int. vir. & vxor.* Quinto ampliatur, etiam si pater ex crimine relegetur, quia adhuc durat patria potestas, quæ ex deportatione cessaret, §. *cum autem, Instit. quib. mod. ius patr. potest. soluit. l. prima, & l. relegati. ff. de interdict. & releg.* facit *l. quidam. ff. de pœn.* Sexto ampliatur, vt eadem patria potestas, & eius effectus procedat inter libertos: his enim non negatur hoc ius ciuium Romanorum, *l. libertos, C. de pat. potest.* Septimo ampliatur etiam in patre, qui ignorabat se habere filium, vel illum mortuum putabat, *l. vxor. ff. de manumiss. testa. ibi, in potestate ignorantis*, effectus enim & acquisitio legis, absentibus & ignorantibus non negatur, vt colligitur ex *l.* 2. & ibi Dd. *C. de pact.* consuluerunt Ang. & Anch. quos citat Aym. *in rub. ff. de leg.* 1 *n.* 77. Sic lucrū à lege delatum, trās- 36 mittitur sine agnitione, vt contra Ang. resoluit Alex. *in l. si vir. ff. ad l. Falcid.* notat Bald. *in l. hac edictali. C. de secund. nup.* Socin. *cons.* 116. *name.* 19. *li.* 1. late & vtiliter Ias. *in l. si arrogator. nu.* 1. *ff. eod. tit. ad l. Falc.* ex quorum dictis hoc videtur receptum in omni lucro, vel commodo delato à lege, extra nomen hæreditatis: &, ita Chas. *in consuet. Burg. in Rub.* 4. §. 14. *ad fin. fol. mihi* 179. *colum.* 4. & in specie, ad casum authenticæ, bona damnatorum, tradit Ias. *d. l. loco.* referens plures: vt reseruatio quam textus ibi tribuit, descendentibus & ascendentibus in bonis damnatorum, transmittatur sine agnitione: quod plene tradit doctus Hispa. Xuar. *in l. quon. in prior. fol. mihi* 77. *C. de inoff. testam.* & in praxi iudicauit in casu pulchro Consil. Neap. vt tradit Matth. de Affict. *decis.* 314. Sed in hoc cauendum est ab Hispan. Segura, *in l. vnum ex fam.* §. *sed si fund. ff. ad leg. Falc. fo. mihi* 56. *colum.* 3. qui hæc applicabat legi & consuetudini huius Regni, qua inter coniuges omnia bona communicantur: & ipse inaduertenter id appellat lucrum, & cum eo Hispan. Castell. *c.* 14. *Tauri. col.* 3. & tunc inferunt ex proxime dictis, quod transmittatur, licet acceptatum non fuerit. Sed 37 debuerūt aduertere talem legem vel cōsuetudinem non agere de lucro, sed de communicatione mutua. argum. *l. de fideic. C. de transact.* colligitur ex Paul. *in l. si pater puellæ ad fi. C. de inoffic. testa.* ex Hisp. Ioan. Lup. de Palac. Rub. *in repet. Rub. de dona.*

dona.int.vir.& vx.§.50.col.fin.&§.77 n.17. verſ. ex quo & verſi. ſed ne vera. colligitur ex Rip. *in l.fœm.n.43 C.de ſecund.nupt.* ex Bertrand. *in l.hac edictali.nu.31. C.eo.* Imo non ſolum, vbi omnia communia fiunt, ſed vbi ex lege vel conſuetudine communicantur quæſita conſtante matrimonio, ibi non poteſt dici, quod agitur de lucro, nec applicantur authoritates loquentes de lucro nuptiali: quod non dicitur, vbi æqualiter vtrique coniugi conſulitur. vt melius expendit Hiſpa. à Couarruu. digniſſimus nunc Archiepiſcopus *in Epito.ſponſal. ſecunda par.c.7.§.1.*
38 *num.8. ad fin.* Non omitto, quod ad ſupra dictam doctrinam citant Dd. text. *in Authent. hæres, C.de ſec. nupt.* vbi Alexa. *ad Bald.* & tradit Iaſ. *in d.l. ſi arrogator. n.* 15. & alij *alibi*: ſed licet doctrina ſit vera, non tamen probatur ex illo textu: ibi enim tantum diſponitur, vt liberi quibus lex certum lucrum defert ex bonis parentis poſſint illud accipere, etiamſi hæredes parentis eſſe nolint: quia non defertur iure hæreditario, nec offenditur regula *l. primæ, ff. de acq. hæred.* vt melius aduertit Bald. *in l. general.§. in his, C.de ſec.nupt.* non vero agit tex. ibi de lucro non agnito tranſmittendo, vt Iaſ. & alij minus bene citant: ſi autem filius ab hæreditate excludatur ob ingratitudinem, excludetur etiã ab eo lucro, *l. hac edictali, verſi. niſi ex his, & l.fin. C.de*
39 *ſec.nupt.* Octauo ampliatur hæc acquiſitio in maternis & aliis aduentitiis, ex verbis huius l. ibi, *in diem vitæ*, vt vſusfructus patri acquiſitus viuo filio, duret poſt mortem filij: attenditur enim vita patris ſecundum verba huius leg. quod probatur melius ex textu *in l. fin. verſic. ſin vero: ſup. ad Senatuſconſult. Tertul.* & ibi extollunt Bart. Bald. Paul. & reliqui, & Palac. Ru. *in repe. rubr.§.* 42. *ad fin.* & idem notant gloſ. Cyn. Bart. *in l.3. ſup. de vſufru.* gloſ. recepta contra Palac. *in l.2. inf eo.* probatur etiam *in l. ſancimus, ad fin. ſup. tit.* 1. & eſt omnium communis ſententia. Ex qua veriſſima ſententia deciditur caſus, de quo agit Chaſſan. *in conſuet. Burg. rubr.6.§. 5. fol.219. col.2. cum ſeq.* Infertur etiam vtiliter ad multa quæ non ſolent aduerti, & ſunt magni momenti, maxime, vbi ius commune non eſt correctum, vt copioſe & vtiliter tradit Hiſp. Anton. Gomeſ. omnibus videndus *in l.6. Tauri, n.11. & n.12.* Nã ſi fingas filium defunctum, qui habebat bona aduentitia, ſuperſtite patre & matre, tunc licet mater in ſucceſſione æquetur patri, non tamen minuetur vſusfructus patris: quod vtiliſſimum eſt in regnis & prouincijs, in quibus bona non communicantur inter coniuges. Imo etiam vtile eſt in noſtra Luſitania, quando ex forma contractus dotalis, receditur à conſuetudine Regni, & manent ſub diſpoſitione iuris communis, quod raro contingit, facit *d.l.fin. & d.l. ſancimus, iuncta reg. i. cõmodiſ. ff. de lib. & poſth. l. ſi cum dotem. ff. ſolut. matrim.* Sed vbi filius decederet cum filio & patre, licet de iure pater adhuc deberet habere vſumfructum, per dicta iura, tamen hodie apud Hiſpanos & Luſitanos contrarium eſt dicendum, quia agimus de filio coniugato, qui per matrimoniũ exit à poteſtate ſecundum *l. Reg. Tauri.* 47. & ſecundum *leg. Luſitan.* vt dicemus *in tit. ſeq.* Vnde ceſſat patria poteſtas & vſusfructus, quia leges regni ſtatim iubent omnia bona filiis coniugatis tradi. vt *l.* 48. *Tauri:* atque apud nos *lib.4. tit.* 78. dicemus latius *in l. cum oportet.§. cum autem, inf. tit.* 1. Nec in hoc pacta vel conuentiones poſſunt mutare leges regias, quoad ius publicũ patriæ poteſtatis: nec coniuges auferre ius filiis à lege delatum, argum. *l. ſi arrogator. ibi, principali prouidentia. ff. de adopt.* facit reg. quod l. dat non aufert. text. & Bald. *in authent. homo locum. C.de ſec. nupt.* facit *l. iura ſanguinis. ff. de reg. iur.* Hanc concluſionem limitat Paul. *in d.l. fin. ſup.* 40
ad Tertul. vt non procedat quando filius defuncti ſuccedens non eſſet ſub poteſtate Aui, ſed alterius: vt ſi decedat filia habens aduentitia, in quib. pater habebat vſum fructum: tunc enim filius illius filiæ excludet Auum ab vſufructu: quod ſequitur Cornel. ibi, citans *l.3. §. final. ſecundum vnam lectu. inf. tit.* 1. quæ non probat. Sed hæc limitatio mihi non videtur tuta, quia refragatur *d.l. fin. ſup. ad Tertull. & d.l. ſancimus. ſup. tit.* 1. ſemper enim militant verba illarum legum & earum ratio, vt patri viuo non auferatur vſusfructus ſemel ei quæſitus, militant †
etiam verba huius l. indiſtincte dicentis, vt in diem vitæ patris vſusfructus ei maneat: ſtat etiam ratio iuris, vt effectus acquiſitionis conſummatæ non ceſſet, licet res veniat ad caſum, à quo incipere non poſſet. Bartol. *in leg. pluribus, §. & ſi placeat.*

placeat. ad fin. ff. de verb. obligat. melius *in l. Titia. §. Imper. num.* 10. *versic. in contrarium, ff. de legat. 2.* tex. *in l. si ff. vnde libe.* late Tiraq. *in suo tract. de causa.* pro hoc stat etiam regula text. *in l.* 3. *sup. de vsufruct.* Hanc conclusionem eleganter li-
41 mitat Paul. *in l. si. ad fin.* per illum tex. *sup. de vsufruct.* vt non procedat, quando vsusfructus consistebat in persona filii, licet pater haberet commoditatem: tunc enim mortuo filio cessat illa commoditas patris: quod prius scripsit vtiliter Bald. *in l. cum oportet. ad fin. prin. infr. titul.* 1. *versicul. & si diceret*: quod est notandum ad casus, in quibus pater non habet vsumfructum, quamuis habeat commoditatem, dicemus *in Auth. idem est, infr. tit.* 1. facit *te. necessario, §. fi. ff. de peric. & commo. rei vend.* & Bald. sequitur Hispan, Fernan. Arias,
42 *l.* 46 *n.* 5. *ad fi.* Anton. *l.* 48. *n.* 4. *in fin.* Nono ampliatur, & infertur ex præcedente ampliatione, vt quamuis filius efficiatur sui iuris ob aliquam qualitatem, non cessat vsusfructus, quem pater habebat in maternis & aduentitijs: vt si filius efficiatur Episcopus. *Authen. sed episcopalis, Cod. de episc. audien.* vel Patricius, *§. filiusfam. Instit. quib. mod. ius patr. potestat. sol.* quod vltimũ hodie nullibi est in vsu: ita inferendo neminem citans dicit Hispa. Anton. Gom. *l.* 58. *Tauri, n.* 6. *ad fin.* Hoc voluisse videtur Palac. *in repeti. Rubr. §.* 42. *ex nu.* 13. *cum seq.* licet non omnino explicet. id autem exprimit Pala. in filio facto clerico. Et late Hispan. Soare. *in q. maioratus fol. vlt.* Faciunt quæ tradit Dec. *in cap. in præsentia. ex num.* 62. *de probatio.* facit ratio *superius* adducta *ad l. fi. sup. ad Tertul.* nec tunc militat dispositio *l. cum oportet autem. inf. tit.* 1. vbi de hoc latius
43 agetur. Decimo, ex eadem conclusione & verbis huiusl. ampliatur hæc acquisitio, licet filiusfam. effectus Clericus, testetur, (vt potest secundum communem sententiam) & cum testamento decedat: non tamen potest aliquo modo disponere de vsufructu, quem pater habebat ante clericatum filij, vt colligitur ex Dd. *in l. sacros. sup. de Episco. & Cler.* & probatur ex litera illius l. ibi, *in eodem gradu clericatus viuentes*: & hoc vti receptius & verius tradit Hisp. Anto. Gom. *d. l.* 48. *nu.* 7. vbi plures refert. & hoc voluit Hisp. Soare. *d. q. de maior. fol. vlt.* & ita resoluit Dec. ab eis non relatus *in d. ca. in præsent. num.* 64. *de probat.* & ex Fabro & aliis resoluit Couarruu. *in cap. quia non. n.* 2. *de testam.* Vnde cauendum est à Panor. contrarium male sentiente, *in d. ca. in præsent. num.* 56. quod alibi non deciderat. idem Panorm. *in c. constitut. n.* 7. *de in integr. resti.* magis cauendum à Bened. errante *in cap. Raynut. verb. matrem, num.* 20. repugnat enim iuris ratio, vt priuilegium filij clerici, auferat patri vsumfructum, quem, ante clericatum habebat. Nec contrarium voluit Paul. Castren. *in d. l. sacros.* nec Ias. *in l. filiæ licet, Cod. de collat.* licet minus bene eos referre videatur Antoni. Gomes. vbi *supra*, qui etiam minus diligenter ibi citat Bart. in nonnullis locis. ad hanc conclusionem sic pro contraria aliquos male citat Benedict. *dict. loco.* Hinc infertur 44
vndecima ampliatio, vt si statutum permittat filiumfam. testari, intelligatur sine præiudicio vsusfructus, quem pater habet in aduentitijs, secundum Bald. *in l. si quæramus, in fin. verb. ff. de testament.* tradit Angel. Aretin. *in tract. de testa. fol.* 2. *column.* 4. & late Anton. Gomes. *l.* 6. *Tauri. num* 13. quorum sententia probatur ex doctrina *l. si quando, C. de inoff. testam.* Duodecimo ampliatur, & ita in- 45
fertur ex proxime dictis, vt pater non amittat vsumfructum quem habebat, licet filius efficiatur monachus, & ex religione cesset patria potestas: quia adhuc militant verba huius l. & iurium, quæ *supra* adduximus, & militat reg. *d. l.* 3. *sup. de vsufruct.* tradit Palac. *in Rubric. dic §.* 24. *in fi.* & receptum est, vt tradit Deci. *in d. c. in præsent. nu.* 62. & ex Saly. & Anton. tradit Soarez *d. q. maior. colum. penult.* Nec enim patitur iuris ratio, vt factum filii, licet laudabile, auferat patri suum. secundum regulam *l. id quod nostr. ff. de regul. iur.* facit tex not. *in l. impub.* 42. *ff. de adm. tut. ibi. nam ad alienã iniuriam priuilegium militum, prorogare non oportet.* quem text. alias notabat Polit. *de vulga. num.* 89. Volunt autem Dd. in his lo- 46
cis & aliis citandis, in sequen. ampliatione, vt ingressus religionis tollat patriam potestatem: & Bald. *in l. patre furioso. ff. de iis, qui sunt sui.* notat gl. *l. si ex causa. §. Papin. ff. de minoribus*, notabilis & recepta. vt per Ias. *in l.* 2. *num.* 22. *ff. de vulgar.* Aret. *in l is potest. colum.* 4. *ad. fin. ff. de acquiren. hæred.* Boeri. *decis.* 121. *ad fin.* vltra quos id pulchre declarat Bald.

in l.

in l. 2. Cod. de liber exhibend. sed contra illam glos. & communem, quod religionis ingressus tam patris, quam filij, non tollat patriam potestatem, cõtendit Mathes. *de succes. ab intest. in princip. nu. 7.*

47 Decimotertio ampliatur hęc acquisitio, inferturque ex prædictis ad quæstionẽ, in qua Scrib. mire variant, quando pater ingreditur religionem. gl. enim *in Authen. idem est, inf. tit. 1.* indistincte inquit vsumfructum manere scilicet penes monasterium viuente patre, & in omni vsufructuario ingrediẽte religionem. idem dixit gl. *ad fin. in Auth. ingressi. C. de sacros. eccles.* hancque opinionem sequuntur quam plures, vt *infra.* Contrarium tenere prorsus voluit antiquus D. Martin. Sil. quem refert Cyn. *in d. Authent.* asserens, quod totus vsus fructus redit ad proprietatem, & sic manet in solidum penes filium: & hanc opinionem sequitur Salic. *in d. Authent. ingressi, num. 10. ad fin. & in d. Authent. idem est.* vbi subdit ita tenere communiter Dd. & hanc videtur sequi Ias. *in d. Authent. ingressi. nu.* 48. Et nouissime eam probat Riminald. §. 1. *num.* 18. *Instit. per quas pers.* & Couarruu. *in cap. 2. num. 8. de testam.* vbi cum Salic. eam dicit communem, cui addit nouum fundamentum ex materia *cap. cum scimus. de regu.* & refert Hipp. *sing.* 668. vbi hanc sequitur. Tertiam opinionem eamque mediam vult Bart. *in d. Authen. idem est,* & ibi Ang. vt dimidia maneat penes monasterium, altera ad filium spectet, sicut quando pater eum emancipat, iuxta *d. l. cum oportet,* §. *cum autem.* & ita Panorm. *in d. cap. in præs. n.* 57. *& in d. cap. cum sumus. de reg.* Et cum Bartol. transit Hispan. Aria. *l.* 46. *col.* 2. & Sylvest. *in summa. verbo, religio.* & nouissime Riminald. sibi contrarius *in* §. 2. *n.*

48 19. *Institut. per quas person.* Aduerto quod Cyn. *in d. Authen. idẽ est.* remittit se ad ea, quæ dixerat *in d. Auth. ingressi.* & idem facit Alberic. & ambo *in d. Authen. ingressi,* sequuntur glo. ibi. vt patet ex Cyn. *n.* 12. ex Alb. *n.* 22. *cum seq.* & sic male citantur contra gl. ab Ias. ibi; à Couuarruu. *d. c.* à Riminal. *d. loco.* à quibus in hac allegatione cauendum est. Sic etiam Hisp. Anton. Gomes. *l. Tauri* 48. *num.* 8. *ad fin.* non bene citat Sali. & Martin. Syl. Alberic. Ias. ad prædictam opinionem Bart. diuidentis vsumfructum inter filium & monasterium: cum hi Dd. longe aliud scripserint, vt fidelius retuli: labitur etiam Hipp. *d. sing.* confundens allegationem Bart. & aliorum. Hanc quæst. tangit, sed non resoluit Boer. *decis.* 197. *in fin.* Ego curiosius aduertendo dico, quod opinio 49
gloss. receptior est: quia eam probant Cyn. Alberic. *in d. Authent. ingressi.* & ibi expressim Bartol. *num.* 42. *& n.* 49. & Rosell. *num.* 18. & ita Bald. Paul. Rapha. Cor. *in d. Authent. idem est.* & Guid. Pap. *decis.* 477. *nu.* 4. & expressius *decis.* 495. vbi dicit ita fuisse iudicatum. & idem tenuit Specul. quem Guido & alij referũt: & ita Deci. *in d. cap. in præs. num.* 66. vbi etiam citat Imol. *in l. cum filio. ff. de legat.* 1. & ita Cæpol. *consil.* 22. *num.* 4 colligitur ex Innocen. *in d. ca. in præs.* & alijs quos citat Soc. *cons.* 10. *nu.* 20. *lib.* 1. vbi hanc dicit communem sententiam. & eandẽ probat Alex. *consil.* 39. *nu.* 5. *lib.* 2. vbi etiã videtur dicere communem, nec aliquam contra citat, & hanc sequitur Hisp. Anton. Gome. *d. l.* 48. *nu.* 8. *ad fin.* hanc dicit communem Crot. *in l. Gallus.* §. *& quid si tantum, num.* 30. Probatur hæc opinio 50
glo. ex reg. huius l. & ex iurib. *sup.* citatis. pater enim licet monachus, naturaliter viuit, & sic durat vsus fructus: monasterio autem, quatenus capax est, omnia deferuntur, quæ monachus habebat, *d. Authen. ingressi.* Nec obstat arg. Martin. Sil. relatum à Cyno & Alber. *in d. Auth. idem est,* dum arguit à cessante ratione, quod vsus fructus datur patri ob custodiã & administrationẽ, quæ cessat in monacho. Respondeo enim, quod non cessat in monasterio habente ministros & officiales, qui sua gubernant, vt docet experientia, & forsan diligentius sua tuentur quam laici, vt *alibi* dicit Pract. Papien. seu Ferrar. Nec obstat arg. quod pungit Couarr. ex materia *c. cũ simus, de reg. iur.* quia non est tutum, vt patre ingresso religionẽ, statim legitima debeatur filio, quod *alibi* examinamus, nec si esset verum, valebat consequentia ad vsum, de quo age- 51
mus. Non obstat etiam argumentatio Bart. *ex d.* §. *autem, l. cum oportet.* omissa enim friuola responsione Bald. & aliorum, dico, quod *in d.* §. agitur de emancipatione ex facto patris immediate id agentis, sed pater ingrediens religionem longe aliud intendit. licet igitur accessorie resultet filium exire à patria potest. non potest dici emancipatio ex facto voluntario patris, quod

non dirigebatur ad talem effectum, secundum reg. *l. si quis nec causam. ff. si cert. pet.* & quod probat text. & Bar. *ibi, in l. sociũ qui in eo.* 16. §. 1. *ff. pro soc.* cũ alijs quæ omitto. Ex his ergo resoluo opinionem glo. veriorem esse, & magis communem, quicquid contra dixerint Sali. & reliqui
52 *sup.* relati. Ampliatur 14. hæc acquisitio ex resolutione Ias. *cons.* 198. *lib.* 2. vbi concludit, quod si ex statuto acquiritur viro quicquid vxori obuenit vel defertur constante matrimonio. idem erit in viro filiofa. vt sibi proprietas, patri vsusfructus quæratur, interpretando statutum secundum ius commune, quod sequitur Boeri. *decis.* 199. *in fine.* sed non seruit in iis prouincijs, in quibus lege vel consuetudine filius per nuptias exit de
53 potestate patris. Ampliatur 15. vt vltra acquisitionẽ possit pater, ratione patriæ potestatis, compellere filium, ne viuat extra domum & familiam patris, secundum Angel. *cons.* 85. *num.* 3. quem corrupte sequitur Boeri. *decis.* 195. *num.* 5. vbi non recte citat numerum consilij, & ita asserit Bald. Nouel. *de dote.* 7. *parte, priuileg.* 34. *num.* 5. *versic. & sicut.* vbi concludit, ita teneri filium simul cum patre habitare, sicut vxor cum viro. citat Bald. *in authent. ex testam. C. de collat.* vbi hoc non inuenio. Ego aduerto, quod Dd. omnes hoc tradunt, quando agitur de retinenda dote aduentitia filij coniugati, de iure enim debebat esse penes patrẽ, & pater debebat alere ex ea filium & nurum, & fructus dotis percipere. vt resoluunt communiter Dd. secundum Crot. *in 2. repet. l. si constante, num.* 117. *in fin.* Angel. Imol. Paul. *in l. si cum dotem,* §. *transgrediamur.* vbi Alexand. *num.* 9. ita resoluit. Ita etiam loquuntur Dd. citati
54 à Nouel. & Boeri. Similiter hoc procedit, quando filius vellet alimenta à patre, debet enim cum eo habitare, nec alias pater tenetur eum alere extra domum, facit glo. *c. significasti, de diuor.* communis, vt tradit Palac. *in rub.* §. 64. *num.* 6. *& num.* 10. Et idem è conuerso, si parens velit alimenta à filio, nec etiam pater posset filium à domo eijcere, licet ei extra domum alimenta præstare vellet, secundum Bart. & Dd. communiter, vt resoluunt Paul. & Ias. *num.* 6. *in l. quidam cũ fil. ff. de verbor. oblig.* per text. *ibi post prin. in illis verbis, domo eum propulerit.* Ex quibus cauendum à generalibus verbis Bar. *in tract. de alimen. n.* 25. sed limitatur, nisi ex iusta causa, puta ob sæuitiam vel malos mores, quia tunc potest filius vel pater alendus recedere à domo alere debentis, secundum Bart. Paul. Imol. Alex. Boer. Nouel. & alios, vbi *sup.* & Ias. *in l.* 1. *num.* 1. *cum seq. C. de legat.* Sed non placet, quod indistincte asserunt Nouel. 55
& Boer. dum dicunt, quod filius præcise teneatur habitare cum patre, sicut vxor cum viro, imo crediderim, quod si filius nolit à patre alimenta, velitque quærere honestum vitæ genus, non possit impediri à patre, qui filij opera non egeret: contrarium enim esset hominem liberum seruilis conditionis reddere, contra *l. sec. ff. si quis à paren. fuer. manu.* Quod †
iuuatur, quia videmus filium fam. ex promissione regulariter sine patre obligari, *l. filius fam. 2. ff. de actioni. & obligat. l. tam ex contractibus, ff. de iudic.* Videmus præterea filium famil. inuito etiam patre eoque ad expensas obligato, posse dare operam literis. gloss. recepta *l. sed Iulia.* §. *proinde, ff. ad macedon.* Bald. *in l. Macedo. C. ad Macedon.* Felin. *in cap. 2. de magist.* Nouel. *de dote 6. part. priuileg. 46. in princ.* notanter Rebuff. *de priuil. Schol. priuileg.* 53. Sic temperarem illam vendicationem, quæ iure datur patri pro filijs in †
potestate, *l.* 1. §. *per hanc. ff. de rei vendic.* de qua late egimus *sup. in* 2. *part. Rubr.* Filio enim in hoc datur voluntas & libertas, vt probat *l. fin. ff. de lib. exhib.* quod in *supra* dictis terminis vtile esset in filio, qui vellet Africam vel Indiã petere, ne à patre absque causa retrahi possit: facit text. *in c. cum simus, de reg. ibi, liberum sibi,* quem notat Plat. *in l. ne diutius, C. de agric. & cens.* speciale enim est causa correctionis, vt pater eum possit certo loco retinere: Bal. *in l. ex facto in fin. ff. de hæred. instit.* Felin. *in c. cum contingat. ad fin. de for. comp.* Alc. *regu.* 1. *præsumpt.* 3. Ampliatur 16. hæc 56
omnia iura, loquentia de acquisitio. quæ fit patri, vt procedant etiam, si ob sæuitiam vel nequitiam patris filius degat extra eius domum: durat enim adhuc effectus patriæ potestatis, vt habet textus notab. qui ad hoc expendi nõ solet, *in l. 3. §. pen. incip. etiam, ff. de lib. exhib. ibi, obtinuit mater ob nequitiam patris, vt sine diminutione patriæ potestatis apud eam filius moraretur.* quem textum ad aliud commendat Angel. Aretin. *in §. summa, ad fin. Instit. de interd.* ponderanda sunt illa ver-

la verba, *sine diminutione patriæ potestatis*: significant enim, quod nec pater excusabitur abijs, ad quę alias tenetur: nec amittit id, quod habet ratione patriæ potestatis. Facit quod alibi dicit Iustinia *in Auth. de incest. nupt. §. 1. versic. si vero, ibi, licet impius & legum contemptor pater est.* 57 Sed hoc intelligi debet, quando solum agitur contra patrem, vt filius apud eum non moretur: secus si tanta sit patris nequitia, vt etiam cogatur filium emancipare, quod fieri potest, per *l. fin. ff. si quis à paren. fuer. manu.* huc *in l. si lenones, Co. de episc. audien. in fi. C. de spect. libr.* 11. declaratur etiam, vt aliquando ex maxima patris culpa, filij ipso iure liberentur à patria potestate, *l. 2. C. de infan. expo.* Limitatur etiam, nisi pater inique negauerit filio alimenta, quia amittit hos effectus patriæ potestatis. gl. *l. pen. verbo, tæn. ad fin. C. de patr. potest.* quam extollit Pan. *in c. fin. nu. 5. de conuers. infidel.* Brunus *de statut. exclud. fæmi. art. 1. n. 26.* facit *l. prima, § sed scimus, C. de lati. liber. toll. versic. quem enim, ibi, quem à domo repulit, maneat ab eo eiusque substantia penitus segregatur,* & vulgaris *l. necare videtur, ff. de liber. agnoscend.* Limitatur etiam ille textus, & minuitur ius patriæ potestatis, eo casu in filio coniugato habente dotem, vt patri auferatur, & priuetur eius fructibus, filioque tradatur pro oneribus matrimonij extra domum patris, vt resoluunt Dd. communiter, *in l. si cum dotem, §. transgrediamur,* vbi Alex. *num. 9 ff. solut. matr.* Paul. *in l. 2. ad fin. C. famil. ercisc.* Boeri. *d. deci. 195.* Crot. *in l. frater à fratre, numer. 56.* Nouel. *de dote 7. part. priuil.* 58 34. Declaratur etiam ille tex. vt quod ibi dicit de filio erga patrem, non procedat inter coniuges, quia si vxor ob culpam viri ab eo separetur, vel eius cohabitationem vitauerit, nihil ei acquirit, nec communicat. Bald. *in l. si vxor. n. 6. in fin. C. de condit. insert.* idem Bald. *in l. non sane, C. de bon. quæ liber.* & Palac. *in Rubri. §. fœ. 4. n. 13.* Dec. *l. 1. nu. 10. C. vnde vir & vxo.* tradit Couarru. *de sponsa. 2. par. c. 7. §. 1. n. 6.* Nec mirum, si maioris potentiæ sit causa naturalis inter patrem & filiū, quā causa coniugum, secundum Pan. *in c. literas, n. 27. de restit. spolia.* facit text. qui notari non solet, *in l. non vt à patre 8. ff. de* 59 *captiu.* Ampliatur 17. hæc lex & similis, dum loquuntur de acquisitione, & patria potestate, vt procedat non solum in liberis procreatis ex iustis nuptiis, sed etiā in ijs, qui illegitime nati postea legitimantur. Hi enim incidūt in potestatem, & efficiuntur legitimi. text *in §. fin. Inst. de nupt.* facit tex. *in l. sed si hac, §. 2. ibi, princeps ingenuū fecit. ff. de in ius vocā.* facit tex. *in l. quæris, & fin. ff. de nata. rest. ibi, omnem ingenuitatis statum. & ibi. perinde habetur.* tradunt late Bar. & Ias. *ex nu. 226. in l. si is, qui pro empt.* & ibi nouiores. tradit Deci. *in l. liberos. C. de collat. & consi. 155.* Tiraq. *in l. si vnquam. verbo, suscepcrit lib. ex num. 63.* Quibus omnibus addo tex. non s litum notari, *in l. si senatori. ibi, iustam vxorem. ff. de rit. nup.* Ampliatur 18. hæc lex 60 & similes, etiamsi pater furiosus extet, vel mente captus. adhuc enim durat patria potestas, & effectus acquisitionis, vt est tex. apertus *in l. patre furioso. in fin. ff. de his, qui sunt sui vel alie. iur.* vbi ponitur regula secundum omnes, eam limitantes specialiter per *l. eum hæres. ff. de acquir. hæred.* & ideo cauendum est à Chass. qui regulam in contrarium citat, *in consuet. Burg. Rub. 6 §. 5. fol. 219. col. 1. num. 3.* & in quo etiam grauiter errat Boer. *in consuet. Bitur. titu. 1. §. 3. post princ.* vbi facit regulam, vt filius nihil patri acquirat furioso, & male citat iura & Dd. Sed hæc ampliatio restringitur communiter à 61 Scrib. per tex. *in d. l. cum hæres. ff. de acqui. hære.* cuius sunt verba. *Cum hæres institutus erat filius, & habebat patrem furiosum, in cuius erat potestate, interponere se suam beneuolentiam Diuus Pius rescripsit, vt si filius fa. adierit, perinde habeatur, ac si pater fam. adijsset: permisit itaque ei & seruos hæreditatis manumittere.* Ex quo tex. Bar. *ibi. & in l. placet. vlt. opp. eo. tit.* concludit esse speciale in hæreditate delata filio furiosi, vt filius ipse adire possit, & sibi, non patri acquirat. Idem vult Bart. *in d. l. cum hæres,* & ibi Pau. Cast. dicens rationem specialitatis esse, quia in hæreditate datur lucrum & damnum ob onera hæreditaria, & ita prius Alber. *ibi. & in d. l. patre furioso. in fin.* Et idem probant Ang. *in d. l. cum hæres.* & Imo. & Rom. ibi. & Aret. dicentes text. sing. Idem Aret. *in l. cum ex filio, in fin. ff. de vulg.* & Ias. dicens illum text. solennem, *in l. qui in aliena, §. interdum, n. 13. ff. de acquir. hæred.* Idem nude videtur sequi Mantua. *lib. 3. locor. c. 51.* & hoc probat per illum text. Aym. Crauet. *in l. cum filio. 2. parte, n. 13. ff. de legat. 1.* Et sic patet hanc esse communē sententiā. in hoc autem

tem variauit gl. *in d.l.cum hæres.* vbi Roma. & Aretin. referunt Petr. de Bexucio, qui à communi opinione receſſit. Et mirum eſt Aretin. Iaſ. & nouiores non aduertiſſe, quod ſubtilis Cuma. *in d.l.cum hæres, ad fin.* contrarium magis probare videtur, dicens ſe non videre, cur filius-famil. non acquirat patri furioſo, etiam in caſu illius l. Et eo tacito, idem vno verbo dicit variando Soci. *inl. cumfilio. num.* 14 *ver. vel forte melius. ff. de leg.* 1. quod ego noue multipliciter probabo.

62 Sed contra hanc communem adducunt glo. & Dd. tex. *in l. Antiſtius.* 62. *§. fin. ff. de acquir. hæred.* & ita habent fere omnes libri antiqui: hodie autem legitur ad exemplar Florentinum. *l.* 63 *incipit, furioſus,* & ſunt verba: *Furioſus acquirere ſibi commodum hæreditatis ex teſtamento non poteſt, niſi neceſſarius patri, aut domino hæres exiſtat: per alium autem acquiri ei poteſt, veluti per ſeruum, vel eum, quem in poteſtate habet.* Bart. poſt antiquos reſpondet, tam *in dict. leg. cum hæres,* quam *in l. Antiſtius,* quod eſt differentia, an filius adeat ſponte, & tunc ſibi acquirat, atque ita procedat *d. l. cum hæres,* aut iuſſu curatoris patris furioſi, & tunc patri acquirat, & ita procedat *d l. Antiſt.* Quod etiam reſoluunt Alb. Bald. Imol. Paul. & alij cõmuniter ibi. & Alber. *in d. l. patre furioſo in fin.* & Crauet. *d. loco* ſubdit Paul. *in d.l. cum hæres. num.* 2 quod ſi poſtea pater redierit ad ſanam mentem, & ratam habuerit aditionem filij, acquireretur ſibi

63 hæreditas. Ego, non viſo Cumano, nec Socino (qui nihil adducunt) contra cõmunem tenendum putabã, atque ita teneo primo per textum *in d.l. patre furioſo,*

† dum indiſtincte infert, quod cum duret patria poteſtas in patre furioſo, durabit etiam effectus acquiſitionis, & ratio illationis IC. ita militat in hæreditatibus, ſicut in aliis acquiſitionibus, maxime hodie ſtante remedio inuentarij *l. fin. C. de iur. deliber.* ideoque textus *in d.l. patre,* non admittit reſtrictionem Dd. quod magis aſtringit, attenta reg. *l. de precio, ff. de Publica. l.* 1. *§. generaliter. ff. de legat. præſtand.* Secundo contra communem facit text. *in l. penul. ff. de curat. furio.* vbi ſi pater prodigus ſit, curatoremque habeat, adhuc in hæreditate filius in poteſtate ei acquirit: ideoq; oportet emãcipari filiũ, ne ei acquirat. Igitur idem dicendum in patre furioſo, maiori ratione: quia mitius agẽdum erat cũ patre habente curatorẽ ex caſu & fato infelici, quam ex culpa & prodigalitate, ſecundum gl. *d.l. Antiſt.* quã Bal. ibi dicit aureã, facit *l. Diuus. ff. de offi. præſi.* & facit *l.* 1. *ff. de cura. furioſi, ibi, ad exemplũ.* Tertio cõtra cõmunem ſtat tex- 64
tus *in d.l. Antiſtius, §. fi. ſeu in l. furioſus.* ſecundum aliam literam, quam ſuperius retuli: aperte enim inquit textus, patri furioſo acquiri hæreditatem per filium, quem in poteſtate habet, nec ibi fit mẽtio de curatore iubente, ideoque talis diuinatio admittenda non eſt: imo ſi cũ iudicio attendatur, conſtabit nullo colore ſuſtineri poſſe illam communem reſolutionem & differentiam inter illa duo iura. Si enim filius non patri furioſo, ſed ſibi poterat acquirere, id non erat mutandum ex eo, quod pater haberet curatorem, nec faciebat ad rem curator patris, cum Bart. & Dd. dicebant, quod filius per ſe poterat adire, nec erat iuridicum, hanc acquiſitionem tam incertam reddere, maxime, quod filius regulariter eſt ipſe curator parentis furioſi vel prodigi. *l.* 1. *in fin. & l.* 4. *ff. de curat. furio.* Nec obſtat alia ſolutio Aret. *in d. l. cum hæres.* diſtinguentis, an hæreditas deferatur ipſi filio, & tunc procedat ea lex, aut deferatur patri, & tũc procedat *l. Antiſtius.* Replicatur enim quod Bar. & Dd. cõmuniter contra ſentiunt, intelligentes *l. Antiſtius.* quocunque modo hæreditas filio deferatur: item *d.l. Antiſtius.* generaliter loquitur, & plane comprehendit caſum, quo filius eſſet inſtitutus, & ei principaliter delata hæreditas, quia concludit tex. vt patri furioſo acquiratur, quemadmodum alias de iure acquiri ei ſolet. Et contra Aret. facit in hoc, quod ad illum text. tradit Iaſ. alios referens *in l. ex facto. nu.* 36. *ff. de vulga.* & manifeſte contra Aretin. facit ille textus in exemplo ſerui, quo oſtenditur, ipſum filium, vel ſeruũ, fuiſſe inſtitutum. Quar- 65
to contra communem vrget litera *dict. leg. cum hæres, ibi, permiſitque ei ſeruos hæreditatis manumittere:* ſi enim filius omnino ſibi acquireret hæreditatem ob furorem patris, fieretque dominus, vt Dd. dicunt, non congruebat verbum illud, *permiſit,* quia dominus non egebat permiſſione, nec oportebat exprimi ſpecialiter illũ caſum manumiſſionis: imo poſſet decipere ea ſpecificatio, cum manumiſſio facilius eſſet admitten-

da, &

da, & sic expressio deberet fieri de alijs minus fauorabilibus: item si filius ibi esset dominus, satis fuisset id significare, vt omnia sibi licere constaret, ineptumque foret vnum specialiter exprimere, iuxta *l. in re mandata. C. manda.* Quinto contra communem facit, quod *superius* tradidimus, secundum iura & Dd. acquisitionem legalem fieri ignoranti & absenti, nec exigere acceptationem. Cum igitur hæc acquisitio sit legalis, vt *d. l. placet*, cum similibus: negari non debet patri furioso, qui absenti & ignoranti æquiparatur, *l. 2. §. furiosus. ff. de iure codic.* præsuppositio, quod hic non requiritur iussus, sed tantum agimus de commodo acquisitionis ex aditione: stringit magis argumentum, quia vbi non requiritur consensus, & ignoranti acquiri potest, ibi furioso acquiritur, *l. si à furioso*, 23.
66 *ff. de actio. & oblig.* Sexto contra communem stat text. *in l. fina. §. quæri potest, ff. quis ordo in bono. poss. serue.* vbi tex. aperte dicit, quod patre furente, nihil potest filius obtinere ex bonorum possessione: ideoque eum non agnoscentem excusat: nec aliquid valet responsio Aretin. *in d. l. cum hæres, ad fin.* dicentis, quod est differentia inter hæreditatem & bonorum possessionem: quia cum patria potestas sit de Iure Ciuil. secundum quod patri erat acquirendum, non potuit Prætor in bonorum possessione tollere acquisitionem patri. Aliud agens Curt. *in l. 1. num. 14. C.* † *qui admit.* reijcit hoc dictum Aretin. ego aduerto ingenium Areti. in hoc contra se loqui: nam si qua esset differentia inter Prætorem & Ius Ciuile, ea magis deberet prodesse filio, vt facilius sibi acquireret commodum bonor. possess. quam hæreditatis, cum Prætor minus curet patriã potestatem, & filijs magis faueat, vt *in §. emancipatos. Insti. de exhær. liber & §. emancipati. Instit. de hære. quæ ab intest. defer.* item fallitur Aret. quia cũ ipse & Dd. communiter asserunt de Iure Ciuili, eo casu filium non acquirere patri, per *d. l. cum hæres.* igitur Prætor plane idem dicere potuit, imo debuit, quia nõ poterat tollere ius filio à lege concessum. *§. quos autem. Institu. de bonor. possess.* Et regulariter hæreditas & bonorum possessio, seu hæres & bonorũ possessor æquiparantur. *l. 2. ff. de bonor. possess.* & in hac materia *l. fin. §. 2. C. de cura. furio. ibi, hæreditatem, vel bonorum possess.* Ex qui- 67
bus iuribus & rationibus necessario tenenda videtur hæc opinio, contra communem, nec obstabit tex. *in d. l. cum hæres.* quia specialiter exprimit casum manumissionis, cui sæpissime iura fauent, & potest intelligi, quod manumittebat seruum patris ob iustam causam, magisque arguitur inde, quod in alijs rebus nihil poterat filius disponere, nec erat mirũ, vt cum filius hæreditatem acquireret, & patre furente bona administraret, permitteretur ei seruum manumittere: licet alijs curatoribus non permittatur, vt in patre legitimo administratore dicunt Dd. vt videbitur *in 3. parte huius l.* Nec obstat verbum *d. l. cum hæres. ibi, perinde ac si paterfamil. adijsset*: id enim est, quo ad † facultatem adeundi, sed non concludit ad tollendum commodum patri, post hæreditatem aditam, vt aliquando Bart. in alijs artic. considerabat, *in l. is qui hæres. §. fin. ff. de acquir. hæred.* Notabilis autẽ est *d. l. Antistius. §. fin.* dum habet quod potest quis per aliũ acquirere: quod per se non posset, extollit ad hæc Ias. *in l. ex facto, num. 36. ff. de vulg.* Ias. *in l. 3. ad fin. C. qui admit.* Sic alias inquit text. *in l. Aristo. in fin. ff. quæ res pign. oblig. poss.* late Iason *in l. si emancipati. ex num. 5. C. de collat.* Felin. *in cap. 1. de præscript.* De hæreditate autem delata furioso quid agendum, habetur *in l. fin. §. tali itaque, C. de curat. furio. per* Alex. *in l. cum hæres, 1. ff. ad Trebell.* Aretin. *in d. l. Antistius, §. fin.* gloss. & Dd. *in l. 3. C. qui admit.* tex. & Dd. *in l. sancimus, C. ad Trebell.* Ampliatur 19. hæc lex per *l.* 68
2. infr. eod. vbi dispositio huius l. loquentis de bonis maternis extenditur ad bona auita, vt idem iuris sit, quando bona procedunt ab auo, vel auia materna, sicut quando à matre: & illa l. non fuit superflua, imo erat necessaria, secundum Bal. Sali. Fulg. Paul. Corn. ibi, & Corn. *in l. 3. infr. eod. numer. 4.* qui resoluunt, quod ante illam l. non permitteretur extensio in hac materia de bonis maternis ad auita. Idem tradit vt receptum Mantua. *lib. 1. locor. c. 18.* ita Curt. Iun. *consi. 35. n. 3.* licet solus Cor. *in l. cum oportet, ante num. 1. inf. tit. 1.* contradicat, & ratio est secundum Bald. & alios ibi, quia hæ leges nouum ius inducebant, corrigendo ius antiquum, quod in totum applicabat bona illa patri, & sic erat ius

correctorium cum præiudicio patris: ideo nec ab identitate rationis valeret argumentum, faciunt tradita *in Authent. quas actiones C. de sacros. eccles.* vbi Bart. *nu.* 9. ita resoluit, & ibi late Iason ex *nu.* 21. vbi hanc dicit communem resolutionem, & nonnulla cum iudicio cumulat, ita etiam resoluit Dec. *in cap. translato. in* 1. *lectu. nu.* 9. *de constitu.* latissime Gamara *in tract. extens. ex nu.* 135. *cum multis seq.* & Alcia. *li.* 2. *de verbor. significat.* Ex *d. l.* 2. colligo euidens argumentum pro communi sententia, quod hæc lex nouum ius induxerit: quia alias frustratorium erat extendere eam ad bona auita, quod Polit. & Alciat. non aduerterunt, vt dixi *supra* latissime. Ex his iuribus & communi sententia distinguente inter donata à Matre, & donata ab Auo, vel Auia, & inter successionem filiorum & nepotum posset inferri ad articulum vtilissimũ, & in multis difficilem, *an appellatione filiorum veniant nepotes*, nam secundum communem resolutionem vides, quod hæc l. loquens de filijs, non extendebatur ad nepotes, ob rationem proxime traditam, quod addendum est scriptis Bart. & Alciat. *in l. liberor. ff. de verbor. signific.* Sic vltra casus ab Alcia. ibi notatos, addi potest alius ex Roma. *consil.* 438. *ad fin.* de commissione eligendi ex filijs, vt non extendatur ad nepotes, per *l. cum pater. §. hæredit.* 1. *in fin. ibi, de aliis eligendi potestas non fuit, ff. de legat.* 2. vbi Alb. non relatus, ita intelligit & Socin. *in l. Gallus. §. instituens, ad fin. ff. de lib. & posth.* sensit glos. *vlt. l. vnic. C. de ijs qui ante aper.* quod posset controuerti ex traditionibus Dd. in locis *proxime* citandis. Tamen ex illa declaratione Alber. Rom. Socin. infertur ad *l. Lusitan. libr.* 4. *tit.* 62. §. 3. dum in emphyteusi semper præfert filium, vel filiã nepotibus, excluſa etiam repræsentatione filij maioris defuncti, viuo patre, contra Corn. *consil.* 24. *col. fin versic. tamen his, lib.* 2. contra plures, vt per Tiraqu. *de primoge. qu.* 40. Couar. *in qu. pract. fol. vlt. col.* 1. De quo articu. plura adduci possent ex Bart. & Alciat. *in d. l. liberor.* Alcia. *in l. iusta interpreta. eod. tit.* ex Ias. *in d. §. instituens*, vbi pro & contra multa adducit, & Alexan. *consil.* 5. *li.* 3. idem Alexan. *consil.* 37. *lib.* 6. & ibi Mol. Dec. *consi.* 1. *& consi.* 95. *num.* 5. & alibi sæpe Dd. vt colligitur ex nouissime congestis à Couar. *li. pracli. qu. cap. vlt.* Gozadin. *consil.* 4. Quod tamen diximus ex Roman. Alberic. *ad §. hæredit.* intelligi debet stantibus filijs, alias posset eligi nepos, ex Socin. *in d. §. instituens, ad fin.* & ex Decio *in dict. consil.* 1. *ad fin.* quem sequitur Alciat. *in d. l. iusta, n.* 3. *& in dict. l. liberor. num.* 28. Et ita disponit *l. Reg. Lusitanor. libr.* 4. *titu.* 63. *§. antepenult.* quod æquius est, quam id quod colligitur ex Alexand. *in l. sed si hac. §. liberos, col.* 1. *ver. vbi similiter, ff. de in ius vocan.* vbi indistincte dicebat, nepotes excludi, secundum aliquos ibi citatos. Ex *d. l.* 2. & recepta declaratione, quæ habet, vt diximus, necessariam fuisse extensionem *d. l.* infertur *ad l. filium*, 16. *ff. ad Maced.* quæ decidit, Senatusconsi. illud loquens de filijs, intelligi etiam de nepotibus, in quo alias dixit Gomez. *in princ. Instit. de act. num.* 47. quod nisi l. ita exprimeret, non posset id admitti ex iuris regulis, possetque Gome. vrgenter probare, quod dicit ex hac *l.* 1. *&* 2. iuncta communi resolutione. Sed non aduertit contrarium dixisse Dd. qui pro ratione illius l. adducunt regu. *d. l. iusta interpretat. ff. de verbor. significat.* vt tradit Iason *in l. si constante, num.* 82. *ff. solu. matrim.* prius Alexand. *in l.* 1. *nu.* 24. *ff. de iurisd. omn. iud.* Felin. *in ca.* 2. *col.* 1. *de offic. iudic.* Sed illud simpliciter non esset verum, quia sine causa non fieret talis extensio, vnde melius resoluit Dec. *in d. l.* 1. *num.* 27. *ff. de iurisd. omn. iudi.* quod *in d. l. filium*, extensio fit de filio ad nepotem, quia militabat ratio Senatusconsi. & ita Iason *in l.* 1. *§. hoc autem, in* 2. *lect. num.* 9. *ff. ad Trebell.* Gozad. *consil.* 113. *num.* 17. *& consi.* 35. *nu.* 14. *versic. ad sextam*, & ante eos Alexand. *in l. si prius, num.* 27. *ff. de nou. oper. nunc. & in l. si finita, §. si de vectigalib. col.* 3. *post princ. ff. de damno infect.* Aliter intellexit Bald. *in l. penult. C. eod.* quem refert & sequitur Paul *in d. l. filium.* vt ibi veniat nepos, quia Senatusconsi. loquebatur de filiofamil. & nepos in potestate censetur filiusfam. ob nomen famil. licet non ob nomen filij, quod in effectu comprobat intellectum Decij. Et sic ex his Dd. & ex Bart. *in l. liberor. num.* 6. *ff. de verbor. significat.* colligitur, quod *d. l. filium*, procedit ex regulis & rationibus iuris, vt ita veniret iudicandum, licet illa lex scripta non fuisset contra Gome. horum immemorem. Quod confirmo, quia illo casu est magna culpa mutuantis filio vel nepoti alterius, vt *in l. prima ff. eod.* & ideo tunc

casus

casus non expressus censetur tacite decisus à lege, concurrente eadem ratione, arg. tex. *in l. libertum, versic. cum ideo, ff. de vit. nupt.* tex. celebris *in l. his solis, ad fin. C. de reuo. don. ibi, satis tacite cautum putamus,* quem extollit Iason *in l. fin. nu. 4. ff. de in ius voc.* Felin. *in cap. aduersar. col. 1. de exceptio.* & alibi sæpe Dd. Aduerto etiam, quod *in d. l. filium,* licet materia sit exorbitans (vt Dd dicunt) est tamen iusta decisio & vtilis Reipub. vnde potuit iuste admitti ea extensio, quod multis comprobare possem ex traditis *supra in Rub. ad l. 2. C. de patri. qui fili.* & ex Bart. *in d. l. si constante, num. 42. ff. solut. matrim.* à quo tamen cauendum est in eo, quod scribit ibi circa *d. l. 2.* attentis quæ ad eam
73 dixi. In eadem *l. 2. infr. eod.* sunt expendenda cum solo Alberic. verba text. *vel intestati successione cõtulerint,* quibus probatur, quod decedens ab intestato, videtur vocare legitimos hæredes, eisque conferre bona sua, quod probat text. *in l. conficiuntur. ff. de inr. codic. ibi, quoniam creditur paterfamil. sponte sua his relinquere legitimam hæreditatem,* quod solet restringi per gloss. *l. non iustam, C. ad Trebell.* quam dicit mirabilem Ias. *in Authent. ex causa, col. fin. C. de liber. præteri.* extollit Bart. *in l. licet Imperat.* & ibi Iason *nu. 40. ff. de legat. 1.* Sed non est tutum indistincte, quod gl. voluit, vt per Salic. & Corn.
† *ibi num. 6.* Qua in re ego aduerto, recte dici posse cum gloss. vt defunctus censeatur vocasse proximiores, non sequentes: ita enim lex ipsa vocat, quam defunctus sequi præsumitur, vt *in l. peto. §. frater. ibi, proximus quisque, ff. de legat. 2.* Sed vbi contingeret succedere eos, qui à principio proximiores non erant, dicerem in his eandem tacitam, vel præsumptam voluntatem concurrere, attento effectu successionis, argum. *l. si quis cum nullum, ff. de iure codicill. versic. Sed & si post:* aditio enim & realis successio tribuit nomen hæredis, vt per Deci. *in l. hæredem, ff. de reg. iur.* Et proximus censetur quis à tempore successionis, licet alius præcesserit tempore mortis eius, cui succeditur, *l. secunda, §. interdum, versic. proximũ, ff. de suis & legit. hæred.* vel proximus, quem in effectu successionis ne-
† mo antecedit, *l. 1. §. proximus, ff. vnde cog.* Nec potest in hoc non videri durissimũ, quod ex rescripto Imperatoris tradit IC. *inl. 1. §. si. ff. de lega. 3.* qui enim grauauit proximiorem, multo magis sequentem grauare videtur, *d. l. licet Imperator l. Publius, 36 §. fin. ff. de cond. & demonst.* de qua materia, vltra ordinarios, agit Alcia. *reg. 2. præsumpt. 35.* Ampliatur 20. hæc *l. & l. 74 cum oportet, per l. 3. inf. eod.* vbi contra regulam iuris acquiritur certa pars vsusfructus per filium, vel nepotem emancipatum, & (quod plus est) per nepotem ex filia in casu speciali illius l. quæ vulgo male intelligitur, vt ibi explicamus. Ampliatur 21. per *l. vlt. inf. eod.* vbi plene tradimus, vt hic vsusfructus patri maneat, etiamsi transeat ad secundas nuptias. Ampliatur 22. hæc acquisitio ex notabili consideratione Pauli de Monte pico, *in repet. §. Titia cum nuberet, nu. 79. ff. de leg. 2.* quem sequor. & inde noue declaratur *§. cum autem, l. cum oportet.* Alijs modis varie ampliatur acquisitio, quæ fit per liberos, vt colligi potest ex statim adducendis *in 2. parte huius l.* & latius ex ijs, quæ scribo *in l. cum oportet, cũ suis §§. & Authen. excipitur, & Auth. idem est.* Sed iam finiatur hæc prima pars, quam aliæ vtilitate non inferiores sequuntur.

SVMMARIA
II. PARTIS HVIVS L.

1 *Colligitur ex tex. differentia inter proprietatem & vsumfructum, ponitur q. diffinitio Bart.*

2 *Impugnatur diffinitio dominij à Bar. tradita, ostenditur q. Dd. varietas.*

3 *Explicatur ad propositum l. generaliter. §. vlt. ff. de fideicommiss. liber.*

4 *Resoluuntur aliqua circa verba, plenum dominium, & plenum ius, & explicatur l. si ita stipulatus, §. 1. de verbor. oblig.*

5 *Tractatur an possidens maioratum, vel bona familiæ relinquenda, dicatur dominus, dum viuit.*

6 *Agitur, an sit differ. inter dominium & proprietatem.*

7 *Explicantur verba l. 4. C. de probat. contra glo. Paul. & plures.*

8 *Tractatur quæstio, an agens rei vendicatione, vel dicens se proprietarium, obtineat probando vtile dominium.*

9 *Tractatur diuisio vsusfructus secundum traditionem gloss. & Dd. proponitur q. difficultas nouissimorum.*

10 *Defenditur gloss. & communis opinio ab obiectionibus noniorum.*

11 *Expli-*

11 *Explicatur vtiliter, quibus verbis constituatur vsusfructus.*

12 *Ostenditur in hoc contra expressa iura aliquando locutos fuisse plures Dd.*

13 *Explicatur contra communem text. in l. defuncta, §. Sempronio. ff. de vsufru. & an in parte fructuum detur vsusfructus, num. 14.*

15 *Probatur communis declaratio Dd. vt vsusfructus patris in aduentitiis dicatur formalis.*

16 *Ostenditur potentiorem esse vsumfructum patris in aduentitiis, quam aliorum in multis, & num. 17.*

18 *Tractatur contra Bald. & plures agentem rei vendicatione, vel dicentem se dominium obtinere, probato vsufructu, idque magis in patre legitimo administratore.*

19 *Inde probatur traditio glo. circa vsumfructum in re, cuius forma mutatur.*

20 *Ponitur prærogatiua patris, quem lex in hoc vsufructu à multis oneribus eximit.*

21 *Ponitur communis opinio, pater tunc an teneatur inuentarium conficere.*

22 *Ostenditur contrarium in reliquis vsufructuarijs, & explicatur l. 1. §. recte, ff. de vsufruct. quemadmodum cau. contra glo.*

23 *Probatur tamen contra communem posse patrem legitimum administratorem compelli ad Inuentarium faciendum.*

24 *Probatur contra Bar. & plures non esse compellendum accusatum, vel conuentum ad descriptionem, vel Inuentarium bonorum, nisi detur iusta causa.*

25 *Additur aliud circa præcedentem traditionem ad d. l. defensionis, C. de iure fisci, & nu. seq.*

27 *Ponitur differentia inter patrem tutorem, & eundem legitimum administratorem.*

28 *Ponitur item differentia inter patrem & matrem.*

29 *Ponitur alius casus, in quo pater tenetur reddere rationem filio.*

30 *Ostenditur, prærogatiuam patris in hac materia non procedere tantum ex confidentia & dilectione paterna.*

31 *Ponitur alius casus, in quo pater cauere tenetur.*

32 *Traditur alius casus notabilis, in quo pater cauere tenetur.*

33 *Tractatur, quando patris bona obligentur, & quando in bonis aduentitijs rationẽ reddere teneatur. Et quando ab administratione remoueri possit.*

34 *Contra Paul. & Bald. & plures aliqua in hoc articulo vtiliter explicantur, & num. 35.*

36 *Vltra omnes intelligitur hæc lex circa præcedentem articulum.*

37 *Adduntur alia in hoc articulo circa reddendam rationem & patrem remouẽdum, & num. seq.*

39 *Ponitur differentia inter patrem & filiũ, aliosque administratores.*

40 *Agitur de vsufructu patris in pecuniis aduentitiis filiorum, & explicantur aliqua, quæ Dd. inuoluunt.*

41 *Proponitur opinio Corn. & Cardinalis Parisi. circa eandem pecuniam aduentitiam.*

42 *Eorum tamen opinio aperto iure reijcitur, & patrem à reddendo pecuniam non excusari.*

43 *Pecuniam non esse de rebus, quæ seruando seruari non possunt, contra vulgarem opinionem, & aliqua in eo articulo vtilia, & nu. 44.*

45 *In relicto rerum vel bonorum comprehendi pecuniam numeratam, etiam mutuo destinatam, contra plures.*

46 *Agitur de intellectu l. si mihi Mæuia. §. vlt. ff. de legat. 3. in quo reijcitur interpretatio glo. & Dd.*

47 *Resoluitur articulus proximus, cum differentia sit inter relictum simplex, & legatum cum relatione ad locum.*

48 *Explicatur l. si chorus. §. 1. ff. de leg. 3. & traduntur aliqua non vulgaria circa relictum mobilium cum relatione ad locum, & nu. 49.*

50 *In relicto, vel dispositione mobilium de iure, comprehendi pecuniam, diuersum autem hodie iudicandum, attento vsu loquendi, vtiliter probatur.*

51 *Ostenditur alia prærogatiua parentis in vsufructu aduentitiorum.*

52 *In eodem proposito ostenditur, posse patrẽ nouum facere ædificium, & inchoatum consummare in aduentitijs.*

53 *Agitur de intellectu & ratione l. vsufructuarius 1. & 2. ff. de vsufru. & reijciuntur multa scripta à Doct. circa ea iura. & nu. 54. & 55.*

56 *Ostenditur in illis iuribus, non permitti vsufructuario ædificare, etiamsi aliter vsusfructus esset inutilis, contra nonnullos.*

57 *Circa eadem iura non leuis difficultas ostendi-*

ostenditur ex l. Diuus, ff. de vsu. & hab.

58 *Circa dict. l. Diuus, aliqua contra scriptas traditiones explicantur.*

59 *An pater habeat prærogatiuam fructuarijs negatam in cædendis lignis & arboribus, & nu. 60.*

61 *Ostenditur alta patris prærogatiua, in accipienda possessione propria autoritate, & agitur de alijs fructuarijs, cum num. 62.*

63 *Patrem agere & defendere in aduentitijs, etiam nomine proprio contra plures, & qualiter compromittere, vel transigere possit, nu. 64.*

65 *Posse patrem sine filio quocunque tempore procuratorem constituere, secundum receptam sententiam, contra gloss. & aliquos.*

66 *Agitur de intellectu l. fin. §. vbi autem, infra titulo sequenti.*

67 *Ostenditur non esse bonam argumentationem gloss. & aliquorum de tutore ad patrem legitimum administratorem.*

68 *Traditur differentia inter patrem & alios vsufructuarios, circa expensas litis.*

69 *De alijs expensis à patre factis in aduentitijs filiorum ad quæstionem collationū.*

70 *De expēsis in rebus maioratus inter fratres & inter coniuges, & nu. 71.*

72 *De oneribus & tributis, an à proprietario, an ab vsufructuario solui debeant.*

73 *Posse patrem acquirere seruitutem in aduentitijs filiorum, & de alijs vsufructuarijs.*

74 *Agitur de intellectu l. sed & si quid. §. vl. cum l. sequen. ff. de vsufruct.*

75 *Tractatur materia cautionis præstandæ ab vsufructuario, & aliqua vtilia vsque ad num. 79.*

80 *De donante bona sua, reseruato vsufructu, an ad eam cautionem teneatur, contra Socin. Dec. & plures nouiores.*

SEcunda pars huius l. est *in ver. parentes*, in hæc verba: *Parentes autem, penes quos maternarum rerum vtendi fruendique tantum potestas est, omnem debent tuendæ rei diligentiam adhibere: & quod iure filiis debetur, in examine per se, vel per procuratorem poscere, & sumptus ex fructibus impigre facere, & litem inferentibus resistere: atq; ita omnia agere tanquam solidū perfectumq; dominium eorum eis acquisitū fuisset, & personam gerant legitimam.* Verba tex. sæpe repetentis dominium & vsumfructum, exigunt, vt aliqua de dominio, & de vsufructu discutiamus: nec enim aliter l. percipi poterit, quod maxime constabit ex *infr.* dicendis. *Dominium* hic ponitur vt diuersum ab vsufructu, idq; filio datur, patri vsusfructus. De dominio tradit Corras. *in l. pro patre, nu. 7. ff. de seruit u.* viros aliquot doctos scriptum reliquisse, non esse vocem satis Latinam, sed his sufficere debuit autoritas ICtor. vbique loquentium de dominio. Vnde vero dictum fuerit, tradit Connan. *lib. 3. cap. 3. in princ.* Diuiditur & diffinitur dominium à Bart. *in l. si quis, 6. §. differentia, ff. de acquir. poss.* diuisionem damnabant aliqui ex antiquis, magis damnant nouiores, asserentes vnicum dari dominium, quod Bart. *directum* appellat, sed hoc omitto: *Dominiū* diffinit Bar. vt dicatur ius de re corporali perfecte disponendi: eamque diffinitionem nouissime ibi defendit Alciat. eam probat Duaren. *lib. 1. disput. cap. 17.* Connan. *in d. loco*, caute Bartol. adiecit illa verba, *nisi lege prohibeatur*, quia plures sunt domini, qui alienare non possunt, quæ declaratio tollit plures obiectiones, secundum Alex. & latius Alciat. ibi, & ita cessat fragilis obiectio Corras. *in §. nihil commune*, qui non aduertens ad verba hæc Barto. scribit, non posse teneri eius diffinitionem, cum plures domini alienare nequeant: sic enim filius hic dominus est aduentitiorum, sed non alienat. *l fin. §. filiis autem, inf. tit. 1.* Sed iudicio meo, diffinitio Bartol. cum sua adiectione *(nisi lege prohibeatur)* parum explicat diffinitum, pluresque patitur difficultates, vt ibi tradit Alex. melius Aretin. quibus non bene satis fit, maxime, cū & iuris incorporalis dicatur dominium, *l. qui vsumfr. ff. si vsufru. pet.* idem Barto. cum glo. *in d. §. nihil commune.* Bar. *in l. qui vsumfru. ff. de verb. oblig.* Molin. *de mater. feud. in consuet. Paris. §. 1. gloss. 1. nu. 5.* Nec sibi constant Dd. in hoc, cum sæpe alibi scribunt, dominium non exigere potestatem alienandi, quod vnum Bart. in sua diffinitione ponit: quod autem facultas alienandi non sit de substantia dominij, tradit Bald. *in l. voluntas, num. 12. C. de fideicom.* quem refert, & dubitat Iason *in l. si ita quis, §. ea lege, ad fin. ff. de verb. obligat.* Dubitari autem non potest, nec dictum Bald. contradicit diffinitioni Bart. attenta illa adiectione, *nisi lege prohibeatur*; & illud Bal. refert Ias. *in l.*

in l.si ita stipul fuero. §. 1. num. 7. ff. de verb. obligat. probaturque ex *l. fin ff. de vsufru.* carum rerum, quæ vsu consum. *& l. species, ff. de aur. & arg. leg.* vbi quis dominus est, dum vixerit, & tamen alienare non potest rem, saltem vt alienatio effectum habeat post eius mortem, sicut *in l. fina. Cod. commun. de legat. 1 l. non ideo minus, ff.* 3 *de rei vendi.* Sed cauendum est à Bal. *in d. loco*, dum dicit, plene dominum appellari etiam eum, qui alienare non potest, citat text. *in l. generaliter, ff. d fideicom. liber.* debet intelligi *de §. fin. illius l. in vers. latius*, quem prius citauit gloss. *in l. si is cui, §. fin. ff. quemadmodum seru. amit.* nam *in d. §.* non est verbum illud, *plene dominus*, † nec, *pleno iure*, item textus ille nihil aliud dicit, nisi quod hæres potest vendere seruum, cui relicta fuit libertas sub conditione, quia ea pendente, secundum iur. regulas tota res integre hæredis est, vt dicit text. *in l. generaliter ibi, pleno iure, ff. qui & à quib.* consonat vulgare illud, *l. si quis sub condit. ff. si quis omi. cau. test. & l. plerumque fit*, vbi gloss. & Dec. *ff. de reg. iur.* nec satis aduertebat Bald. *d. loco*, dum adiecit verbum illud *pleno iure*, satisque erat dominium dicere (non autem *pleno iure*) contrarium enim notat idem Bald. *in l. fœminæ, §. illud. C. de secun. nupt.* per text. ibi, quem extollit, colligens dominium plenum dici cum potestate alienandi, & cum eo Ias. *in l. traditionibus, nu.* 11 *in fine, C. de pact.* & hoc putat verius Felin. *in c. conquestus, num. 2. in fin. de foro compet.* vbi aliqua cumulat, de verbis, pleno dominio, & pleno iure. & Alex. *cons.* 208. *lib.* 2. Sed hoc omnino tutum non est, iura enim in hoc certam diffinitionem non ponunt, & Scribent. variant, vt congerit Felin. *in cap. auditis, nu. 6. cum seq. de præscript.* Alex. autem *in d. §. differentia, num. 6. in fin.* refert Bald. *in d. § illud*, & videtur eum sequi pro quo facit, nam adiectio illa, *plene*, vel *plenum*, non potest addi ociose, argument. eorum quæ not. Dec. *in cap. fina. nu. 4. de confir. vtil.* Id certum est ex *d. §. illud, & l. fin.* 4 † *§. similique modo. inf. tit. seq.* vt plenum dominium intelligatur, quando concurrit vsusfructus cum proprietate, seu quando vsusfructus non separatur à proprietate: & vltra illa iura C. id probat IC. aperte *in l. si ita stipu. fuero. 126. §. 1. ff. de verb. obligationib. ibi, pleno iure*, & text. *in l. Sempronius 26. ff. de vsufruct. leg. ibi, plenus sandr, & ibi, solidam proprietatem*: & sic resoluo longe plus significari ex verbis pleni domanij, quã ex dominio simpliciter prolato: non tamen assero necessariam esse consequentiam, vt ex verbis *pleno iure*, vel *pleno dominio*, semper detur potestas alienandi, magisque attẽdendam esse puto subiectam materiam. Id etiam patet ex *supra* dictis, *d. l. generaliter*, non bene citari à Bal. & alijs. Nec omitto quod *in d. §. 1. l. si ita stipul. fuero*, verbum illud, *pleno iure*, est IC non stipulantis: nec ponitur quasi necessarium, vt † in stipulatione fundi contineatur proprietas & vsusfructus simul, nam etiam non expressis verbis, *pleno iure*, totum id continetur, & satis est rem simpliciter stipulari, vt veniat proprietas cum vsufructu, idque colligitur ex IC. ibi. & *in l. qui vsumfru. 58. ff. eod. & in l. & per iusiuran. §. illud, ff. de acceptila.* probat text. bene intuenti, & ibi not Bart. *in l. si alij, ff. de vsufru. legat.* IC. autem *in d. §. 1. l. si ita stipul.* ideo addit verbum, *pleno iure*, quia *superius* dixerat de stipulationibus, quibus separatim agebatur de proprietate & vsufructu, diuersumque subdit, quando stipulatio est de tota re, quod ex alijs iuribus intelligitur, etiam vbi simpliciter contrahitur stipulatio. Et ita cessant quæ ibi pungit Ias. *num.* 8 *&* 9. parum sibi constans, nec percipiens mentem IC. à quo cauendum est, quia videtur concludere diuersum esse ius, an res simpliciter veniat in stipulationem, an cum adiectione illa, *pleno iure*: ad effectum textus † ibi, quod est contra d. iura. Et hinc eleganter confirmatur, quod scribit cordatus D. Franc. à Ripa *in l. re coniuncti. num.* 40. *ff. de legat.* 3. & text. *in d. §.* 1. dixit meliorem de iure Maria. Socin. *in §. Cato. nu.* 4. Ex his autem apte infertur, ad possessores vel successores maioratus (quod § verbum peculiare est Hispanorum, & Lusitanorum) vtrum dicantur domini, dum viuũt, dubitatio est ex eo, quod bona alienari nequeũt, quia familiæ perpetuo relinquuntur, *l. peto, §. fratre, l. cum ita, §. in fideicom. ff. de lega. 2.* & vulgo eos *vsufructuarios*, non *dominos* appellari frequẽs est: idque colligitur ex Hispano Xuar. *alleg. 9. pag. vlt. ibi, quodammodo vsufructuarius*, quod etiam colligi potest ex eodem *in qu. maioratus, post l. quoniã in prior. fol. mihi* 189 *col. 2. & seq.* & ita clarius Hispa. Arias *l. Tauri, 46. nu. 5. ibi, solũ vsumfructum,*

fructum, sed contrarium verius dicendum patet ex *supra* traditis, quibus habetur, vere quem dici dominum absque facultate alienandi, etiamsi bona alteri sint restituenda, *vt d.l. non ideo minus, ff. de rei vend. l. fina. C. commu. de legat.* & in simili probat *l. fin ff. de vsufr. earum rer.* & *l. species, ff. de aur.* & *arg. leg.* vbi onus restituendi post mortem, non tollit nomen domini in vita, etiamsi res concedatur nomine vsusfructus, explicat Pau. *inl. Titia cum testamen. §. fin. ff. de legat. 2.* Alciat. *in l. recte dicimus, ff. de verb. signif.* & Claud. Marme. *in §. nihil commune, col. 12.* & in terminis in habente maioratum, vt dicatur dominus, non tantum vsufructuarius, bene resoluit Hispa. Anton. Gomes. *l. Tauri 40. num. 75.* Solent
6 Dd. nostri distinguere inter dominium & proprietatem, dicentes dari dominium directum & vtile per *l. 1. ff. si ager vectigal.* proprietatem dicunt semper stare pro dominio directo, vt notat Coras. *in d. l. pro patre. n. 5.* cum Bald. quem citat. *in l. si de proprietate, C. si à non compe. iud.* vbi dicit, *n. 13. versi. & nota.* idem notat Bald. *in l. proprietatis, n. 1. C. de probatio.* Decius *in ca. cæterum. num. 16. de iudic.* Ias. *in d. §. nihil commune. col. 2. num. 13.* & ibi nouiores. idem Iason *in l. traditionib. col. 2. C. de pact.* & tanquam receptum tradit Molin. *in consuet. Paris. fol. 305. col. 3.* Alex. *consil. 159. numer. 9. lib. 5.* Ad hanc differentiam citat Iason text. *in l. si procurator, 13. ff. de acq. rer. dom. ibi, dominiũ, & proprietas.* & illum citant Nouiores *in d. §. nihil commune. & alibi.* Sed text. ille non probat, vt manifeste videri potest, & verius quod sæp. ssime *proprietas* & *dominium* pro eodem ponuntur, vt dicit Fab. *in §. omniũ, n. 21. Insti. de act.* & patet in illo *tit. ff. de acq. rer dom. & in l. fin. ff. de superficie.* & aliis iurib. vt tradit Duar. *d. c. 17. ad fi.* Qua in re est aduertẽdum, quod aliquando inuenitur in iure vtrunq; nomen, *proprietas & dominium* simul, vt *in l. 4. C. de prob. ibi, proprietatis dominiũ*, vbi gl. & Dd. explicant, vt nomen dominij stet expositiue, quasi d. proprietas, quæ est dominium, vel è contra dominiũ, quod est proprietas. Similia verba ponit IC. *in l. si tibi 16. ibi, proprietatis dominium, ff. quib. mod. vsufr. amitta.* Pau. Cast. *in d. l. proprietatis, nu. 1* obscure exponit aliter, vt dominium ibi ponatur vt diuersum à proprietate, & intelligatur de dominio nudæ proprietatis, quod magis inuoluit quam exponit. Ego ex mente Salycet. ibi intelligo *in d. l.* accipi *proprietatem* pro ipsa re, in qua dominium quis 7 †
habet. quod mihi probatur ex text. *in d. l. si tibi* (quam ita intelligo vltra Dd.) dicit enim IC. quod habens vsumfructum emit dominiũ proprietatis: quod plane refertur ad rem ipsam, vt inde dicamus, quod nomen *proprietatis* (vt vulgariter dici solet) ponitur pro ipsa re, sicut ex vulgari locutione nomen *possessionis*, accipitur pro rebus & proprietatibus. *l. interdum. 78. ff. de verb. signif.* quæ male citatur ab Alex. *in d. §. differentia. col. fin.* & ab aliis sæpissime. Ea autem dif- 8
ferentia *proprietatis & dominij* adducitur in praxi ad quæst. agentis actione reali: an si dicat se proprietarium, vel ad se spectare proprietatem, obtineat probãdo vtile dominium? si enim de dominio tantum mentionem habeat, sufficere vtile, receptissimũ est. Iason *in §. sed iste, num. 141. Instit. de act. & in l. si domus, §. si fundus, num. 5. ff de lega. 1.* Panormit. Felin. *in cap. cæterum. de iudic.* in libello autem vel petitione proprietatis, id negare videtur Bald. dum nimis insistit in illa differentia. & ita aperte resoluit idem Bald. *in l. 2. ff. de condit. institut.* quem sequitur Paul. ibi, & Ias. dubius *in d. §. nihil commune. numer. 16. cum seq.* & ibidem Areti. & Fabius *num. 17.* & Dec. *in d. c. cæterum. n. 16. de iudic.* Alex. *cons. 183. num. 2. lib. 3.* Dubitat tamen Alex. *in d. l. si quis 6. §. differentia. column. fin. in princip.* Dubitat Iacobin. à S. Georg. *in Rub. ff. de rei vendicat. num. 7.* dicens, quod non ausus fuit in praxi recedere à Bald. quia non inueniebat contradicentem. Contra Bald. in hoc tenet Ias sibi contrarius, *in l. sed etsi possessori, §. item si iurauero, num. 27. ff. de iuretur.* & hoc dicit verius Rip. *in d. §. nihil commune, num. 7.* & ibi Hormanot. *num. 9.* & Rubeus *numer. 97.* Berengari. *num 48.* citantes Alex. *in l. si finita, §. si de vectig. col. 1. ad fin. ff. de dam. infect.* qui non loquitur indistincte, sed tantum vbi ex narratis constat, licet agens se dixerit proprietarium, proponebat causam vtilis dominij. Mihi placet hæc opinio contra Bald. ex reg. *l. si quis intentione ambig. ff. de iudic.* ex doctrina Bart. *in d. §. item si iurauero, & in l. 1. C. de vsufruct.* & ex iurib. *supra* citatis, quibus probatur *proprietatem & dominiũ*

pro eodem accipi solere. Addo pro hac parte Fabr. *in* § *omnium*, *n* 21. *versic. satis. Insti. de actio.* facit reg. iuris reiiciens verborum captiones: maxime, quia opinio Bal. esset inutilis, attentis clausulis, quæ in libellis ponuntur, *omni meliori modo*, & similibus, quæ maiores defectus supplent, vt tradit Iason *in* §. *omnium, ad fin. Instit. de actio.* Socin. *in d* §. *nihil commune, num.* 3. Dec. *in l. petens. num.* 5. *C. de pact.* Ias. & Alciat. *in l. certi condict.* §. *si nummos, num.* 17. *ff. si cert. petat.* His præhabitis circa dominium & proprietatem, necessarium est de vsufructu agere, cum in his versetur tota hæc *l.* & *l. cum oportet.* aliaque iura noua, diuidentia acquisitionem inter patrem & filium. Et de vsufructu ante alia notandum est, quod gl. & Dd. communiter eum diuidunt, vt alter formalis, alter vero causalis appelletur. glo. ordinaria *in princ. Instit. de vsufr.* Bart. *in l.* 1. *col.* 2. *n.* 4. *ff. de cond. ex leg.* appellantque *formalem*, qui separatus est à dominio, & dicitur seruitus personalis, *l.* 1. *ff. de serui.* hic est, de quo agitur, *C.* & *ff. de vsufr.* & sæpissime fit mentio in iure. noue explicat Ripa *in l. re coniuncti, num* 38. *versicul. considera.* Vsumfructum causalem appellat glos., quem habet dominus rei, quasi pendeat ab eadem causa dominij, & est recepta traditio glos. vt per Ias. *in* §. *æque si agat. num.* 4 *Instit. de action* Alex. *in l. si ita stipulat.* §. 1. *num.* 2. *ff. de verbo. oblig.* Marian. *in l. is potest. num.* 172. *ff. de acquir. hared.* Contra glos. & communem illam resolutionem est Duaren. *in d. l. si ita stipulat.* 126. *Coras. lib.* 5. *miscellan. cap.* 3. & *ff. de seru.* Connan. *lib.* 4 *ca.* 3. *chart.* 231. qui non debuerunt inuehi contra glos. & Dd. ob illam diuisionem vsusfructus; quæ non videtur tam absurda: multa enim vocabula in vnaquaque disciplina finguntur docendi gratia, maxime, quia ipsi admittunt vocem illã vsusfructus *formalis*, quæ non magis inuenitur apud ICtos, quam altera *causalis*. Item præcipuum eorum fundamentum contra glo. & Dd. adducitur, quod in iure non inuenitur nomen vsusfructus in domino rei, sed tantum in eo, qui habet illud ius fruendi rebus alienis, *l.* 1. *ff. de vsuf.* dominus autem facultatem vtendi, & commoditatem habet, non vsumfructum, secundum eos, quod prius dixit Bart. *in d. l.* 1. *num.* 4. *ff. de condict. ex leg.* & *in l. qui vsumfr. ante fi. ff. de verborũ oblig.* Idemque ante illos Nouiores scripsit Alciat. *in l. recte dicimus, ff. de verb signif.* At contra eos pro gl. & communi, vrget tex. *in l. si cum testam.* 21. §. *si fundum. ff. de excep. rei iudic.* quem gloss. adduxit, vbi vsusfructus dicitur apud dominum rei. nec obstat responsio Coras. *in l* 1. *num* 3. *pag.* 31. *ff. de seruit.* dicentis, quod IC. ibi refert verba agentis in iudicio. Contrarium enim verius apparet ex litera text., vbi IC. ea verba, vt sua scribit. quod magis patet ex tex. *in fi. ibi, ex noua causa meus esse cæperit*, ibi tex. loquens de fructuario, qui emit proprietatem, dicit nouum vsumfructum, vel ex noua causa dari: & sic in domino rei appellat vsumfructum. probat etiam text. *in d. l.* 126. §. 1 *ff. de verb. obli. ibi, de vsufructu qui proprietatẽ comitatur.* Idem probat tex. *in l.* 4. *ff. si vsusfr. peta. ibi. cum proprietate vsumfructum esse.* Idem probatur *in l. Sempro.* 25 *ff. de vsufr. lega. ibi de vsuf. qui cõiunctus est haredis personæ*, facit *l. qui vsumf. ff. de verb. oblig.* dum vsumfructum partem rei appellat. sic text. *in l. si à reo*, 71. §. *reo. ff. de fidetuss.* nec enim ibi de vsufructu formali agitur, sed de eo, quod cum dominio est, & tamen vsusfructus appellatur, fatemur tamen proprius & frequentius vsumfructum de primo dici, & pro Nouioribus est melior text. quem ipsi non adduxerunt, *in l. quod nostrum* 70. *ff. de vsufruct.* vbi IC. aperte negat vsum f. in eo, qui rei dominus est. Pro notitia & vtilitate terminorum illud est notandum, quod vt sit vsusf. non exigitur necessario, vt relinquatur, vel donetur per verbum *vsufruct.* sed sufficit relinqui, vel dari fructus ad vitam, vel in singulos annos, vt ita vsusfructus dicatur, vt habet text. *in l. si quis ita* 24. *ff. de vsufruct.* & *l. cum ita, ff. de vsuf. lega.* & ita docet glos. recepta *in d. l. si quis ita*, Bart. *in l. fundi Trebatiani, num.* 1. *ff. de vsufr. lega.* Bart. *num.* 10. & Paul. *colu.* 2. *in l. cotem.* §. *qui maximos, ff. de publica.* Idem probat text. quem glo. & Bart. & alij non adducunt *in l. per seruum.* § 1. *ff. de vsu & habita. ibi, Si vsusfructus, an fructus, legetur, nihil interest.* effectus est maximus & vtilis. quia si ex dispositione loquente de fructib. non resultaret vsusfr. quatenus seruitus est, daretur tantũ actio personalis sinè iure possidendi rem: posset q; res alienari, nec actio daretur contra tertiũ possessorẽ, vt probat tex. *in d. l. fũdi Treb.*

& reg.

& reg. *l. fin. §. fi. ff. de contrah. empt.* Suntq; plures alij effectus, vt colligitur ex Pau. *in l. vt pomum. ff. de seruit.* tradit Cæpol. *de seruit. vrba. ca. 2.* Tiraq. *de retract. ligna. §. 8. gl. 5. num. 7.* Hisp. Ant. Gome. *de con-*
12 *trac. c. de seruit. fol. 117. colum. 2.* Ex illis
† iuribus comperies lapsos aliquando fuisse Dd. magni nominis, putantes non dari vsumfructum, cum legatum, vel donatio eum non exprimit: nec sufficere, quod fructus rei annui detur. ita contra illa iura scriptum reliquit Felin. *in cap. auditis. ad fin. de præscript.* Iason *in l. cum hi. §. 1. ff. de transact.* Cæpol. *de seruit. vrba. cap. 4 num. 7. decepti* per text. *in d. l. fundi Trebat.* vbi relicti fuerunt fructus, nec resultauit vsusfructus, sed actio tantum ad eos petendos. At text. ille secundum glos. Bart. Alber. & Dd. communiter procedit ex eo, quod verba relicti obliqua erant, quibus testator voluit fructus illos dari legatario: & sic non directo eos legauit, significans, vt à manu hæredis acciperet, vsufructuarius autem possidet & percipit per se, secundum iuris principia, ideoque ex qualitate dispositionis significatur mens disponentis. *l. non codicill. Cod. de test.* & ita ad *d. l. fundi Trebat.* notat glos. magistra. *in d. l. si quis ita.* & ibi Alber. Angel. & alij. Paul. *in l. inter omnes, num. 5. ff. qui satisda. cog.* Matth. de Afflict. *decisio. 252. n. 1. & num 3.* Alexan. *cons. 214. num. 1. lib. 6.* glos. & Bartol. *in l. Caius. ff. de annu. leg.*
13 Nec obstat tex. *in l. defuncta 65 §. Sempro. ff. de vsufruct.* vbi per illa verba, *ex reditu fructuum oleris & porrinæ partem sextando, lego*, non resultat vsusfructus. Alberic. enim ibi cum glos. recepta *in dict. l. si quis ita*, intelligit non esse vsumfructum, quia non omnes fructus legabantur, sed pars quædam eorum, quæ inter-
† pretatio tuta non videtur: cum enim relictum, vel donatio fructuum, inducat vsumfructū per iura *sup.* adducta. idem videretur in relicto partis, iuxta reg. *l. quæ de tota, ff. de rei vend.* Contra cōmunē magis vrget doctrina *l. 5. ff. de vsuf.* dum IC. ibi inquit, vsumfructū pro parte diuisa, vel indiuisa constitui posse. facit *l. 1. §. si vsufr. ff. ad leg. Falcid.* Videtur igitur, quod eodem modo in parte fructuum dicatur vsusfructus. & ita tenendo responderi posset ad *d. §. Sempron.* quod ibi fuit relictum *ex reditu*, vt habet litera Florentina & alij plures libri, quod verbum longè differt à fructibus, vt *in d. l. fundi Treba.* Item licet litera stet (vt alij libri habent) *ex reditu fructuum*, diuersum adhuc erat à fructibus, vt sic ex qualitate verborum ibi testator non fructus, nec vsumfructum, sed quod ex illis redigeretur, legasse videatur. Et licet reditus & fructus æquiparari videantur ex *l. 7. ff. de vsuf.* non tamē negari potest differentia inter fructus, & reditus ex fructibus, vt omittā alia, quæ pro differentia inter ea verba tradunt aliquando Dd. & gloss. *cap. generali, verb. reditus, de election. in 6.* Tiraquel. *de retract. ligna. §. 1. gloss. 6. in princip.* & hoc videtur probare Fulgo. *in d. l. si quis ita, ff. de vsufru.* arguens contra gloss. & communem. Sed minus recedendo à recep-14
ta interpretatione *d. §. Sempron.* resoluēdum videtur, posse vsumfructum dari in parte fructuum alicuius rei, sicut in parte eiusdem rei, iuxta *d. l. 5.* iunctis dictis iuribus, *l. si quis ita, & l. cum ita.* nec hoc in
† specie negarent gloss. & Dd. Sed differentia sit, vt quāuis relictis, vel concessis fructibus totius rei, videatur dari vsusfructus: non ita præsumatur relicta vel concessa parte fructuum, idque in dubio, ne ex comunione possessionis discordia detur, iuxta *l. cum pater, §. dulcissimis, ff. de leg. 2.* Simul etiam vt cum donatarius, vel legatarius totos fructus rei non habet, possessio sit penes hæredem, vel personam principalem, argum. *l. 5. ff. famil. erciscæ.* Quæ interpretatio rationem habet, & maxime confirmatur ex traditione Paul. Castr. *in d. l. cotem, §. 1. in fin. ff. de publica. & vectiga.* Ante alia 15
colligendum est ex litera huius le. vere scribentes, appellare solitos patrem legitimum administratorem, quo nomine vbique in hac materia vtuntur omnes. Ex *supra* deductis autem circa vsumfructum videtur confirmari, quod scriben. indifferenter sentiunt, vsumfructum patris in hac materia dici *formalem*, cum dominium rerum sit penes filium: licet enim *in hoc titul. & seq.* specifice id non tradatur, ita tamen Dd. sentire, satis ex eorum dictis colligitur. & ita tradit Nouell. *in l. cum filio, num. 42. ff. de legat. 1.* ita Hisp. à Castello. *l. Tauri 48. colum. 2.* ita aperte notat Bald. quem illi non referūt *in l. fin. in fi. sup. ad Tertul.* & ibi Corn. *n. 2.* idem colligitur ex glo. & Dd. *in l. tertia, sup. de vsufruc.* notat Palac. *in repet. Rub. §.*

42.*n.*13 Sic in parẽte trãseunte ad sec. nuptias, dicitur hodie vsusfructus formalis, in bonis, quæ habuit ex lucro nuptiali, vel ex successione filij prioris matrimonij, vt resoluit Ripa *in l. fœm. n.* 68. *C. de secund. nupt.* Arelatan. *in l. generaliter. num.* 92. *eo. tit.* Picus *in §. Titia cum nuberet. num.* 16 36. *ff. de lega* 2. Non tamen est tuta argumentatio (qua vtuntur nostri *in d. locus, & alibi sæpẽ*) de alio vsufructu ad hunc quem pater habet in aduentitiis, quod ostenditur ex verbis huius legis *supra* relatis, dum inquit, patrem esse legitimum administratorem, & omnia posse gerere, ac si perfecte dominus esset. sic *l. cum oportet. §. non autem ibi, plenissimam potestatem. inf. tit.* 1. quæ potestas nullibi tam ampla datur vsufructuariis. & hanc differentiam aperte constituit text. *in l. fin. §. sin autem æs alien. in fin. eod. tit. ibi, & aliis omnibus, quæ ab vsufructuariis extraneis exigi solent.* Alij autem vsufructuarij dicuntur habere rei custodiam, quod longe minus est, vt *in l.* 1. *§. fina. cum l. seq. ff. de vsufruct. quemadmod. caue.* nec ea verba tantum tribuunt, quantum ex illis colligunt Scribent. nam Bald. ibi colligit, quod vsufructuarius potest agere nomine proprietarij. Bartol. *in l. de die, §. quidem, ff. qui sãtisd. cog.* colligit ex illo textu vsufructuarium habere mandatum generale, & censeri procuratorem in rem suam. & Paul. *in le. cum apud quem, C. de vsufr.* Bald. extollens *in cap. quoniam frequenter, col. fin. nu.* 11. vt lite non contesta. tradit Iason *in l.* 1. *§. vsufructuar. num.* 3. *ff. de nou. oper. nunci.* Molin. *in consuet. Paris. titul.* 1. *§.* 1. *gloss.* 1. *num.* 10. sed melius aduertit in hoc ad illum text. Rube. *in l. non solum, §. morte, num.* 12. *ff. de nou. oper. nunc.* Crot. *in l.* 1. *nunciatio. num.* 9. *ff. eod. tit.* & prius contra communem allegationem illius text. aduertit Fulg. ibi. Hinc infe- 17 ro primo, quod vbicunque alius vsufructuarius dicitur dominus, multo magis dicetur pater legitimus administrator habens vsumfructum aduentitiorum: & eadem ratione infertur, in multis posse deficere ius alterius vsufructuarij, non patris, hoc casu, cum ei amplior potestas à lege cõcedatur, quod addendum est eis, quæ notat gl. *in l.* 3. *ff. de vsuf.* gl. & omnes *in l. naturaliter, §. nihil commune* dum agunt de vsufructuario an & quomodo dicatur dominus, de quo *infer.* Inde secundo infertur ad quæ- 18 stionem agentis rei vendicatione, vel dicentis se dominum rei: scribit enim Bald. *in l. qui vsumfr. ff. si vsufr. petat.* quod is probando sibi competere vsumfructum in re, nõ obtinebit. secus si simpliciter diceret se dominum, nec ex primeret rei vendicationem, quia secũdum eũ censeretur se referre ad dominium iuris vsusfructus, & tunc obtineret, quam resolutionem ibi probat Fulgos. & ita Bal. *in l.* 2. *ff. de cond. inst.* probat Alex. *in d. §. nihil commune, num.* 6. Ripa *nu.* 27. Claud. Marm. *num.* 46. Fab. *num.* 34. Dec. *num.* 19. Rub. *nu.* 119. Alciat. *in l. recte dicimus, ff. de verb. sign.* & concordant omnes in hoc, vt succumbat vsufructuarius, quando dixit se dominum expressa rei vendicatione, quia secundum eos non datur vsufructuario, sed tantum confessoria. & ita cum Bald. Iacob. à S. Georg. *in Rubric. ff. de rei vend. num.* 8. Igneus *in l.* 1. *§. domini. column. antepen. ff. ad Sylla.* Sed Socyn. *in d. §. nihil commune.* & prius Areti. *colum.* 1. & Alexa. *in l. sed & si possessori, §. item si iurau.* & ibi Ias. *num.* 11. *ff. de iureiur.* concludunt, quod tunc sufficiet vsusfructus. Idque iudicatum in praxi, colligitur ex Capitio *decisio.* 96 *in fin.* licet ex † *num.* 3. varie argumentetur. Et hæc opinio mihi placet ex verbis *d. l. qui vsumfructum. in fi. ibi, dominium.* & ex traditis ab Ias. *in d. §. item si iurau.* & ex verbis Bar. *in Rubr. Co. de vsufruct.* & ex communi sententia, quæ habet sufficere tunc emphyteusim, secundũ Bar. *in l. si mater eandem, num.* 4. *ff. de except.* Imo dicunt sufficere tunc conductionem ad longum tempus. per text. *in l.* 1. *§. qui in perpet. cum l. seq. ff. si ager vectig.* vbi Ang. notat & Barto. *in l. codicillis. §. Instituto. ff. de legat.* 2. quod multis confirmari posset ex traditis à Boer. *decis.* 234. melius à Tiraq. *de retract. ligna. §.* 1. *glos.* 14. *num.* 79. Nec placere potest verbalis differentia Bald. Alex. & aliorum distinguentium, an agens dicat se dominum simpliciter, an dominum rei, credoque eam Dd. cõtrouersiam inanem, quia in praxi, vel in primis articulis, vel in reliquis, semper exprimitur causa agendi & dominij, vt sic probatio vsusfructus deducta & probata sufficiat, nec erat falsum concedere fructuario vendicationem, ex Barto. *in d. Rubr. C. de vsufr.* bonus tex. *in l. vti frui. §.* 1. *ibi, in rem actio fructuario. ff. si vsusfru-*

† *fru. petat.* In patre autē legitimo administratore (cui lex hæc amplius ius concedit) videretur cessare controuersia scriben. vt dicamus noue procedere libellum, quo pater proponeret se dominū, & ageret rei vendicatione, quia hæc *l.* & *l. cum oportet.* plenissimum ius ad agendum patri concedūt, ac perfecte dominus esset, & talis petitio patris sustineretur omnino ex suo iure & filij, ac si dominium & vsusfructus in patre concurrerent, nec patri negarent, quod alij fructuario negant Crot. & Rube. citati *supra proxime, n.* 18. *in fine.*

19 Ex eadem differentia vsusfructus paterni ad alios infero 3. ad quæst. gl. *in l. cum oportet, §. non autem. inf. tit. de seq. verb. mobiles.* vbi concludit vsumfructum patris non cessare mutata forma rei, cum alias ex ea causa vsusfructus cessare soleat, iuxta tex. *in l. 5. vers. rei mutatione. & vers. si area, ff. quib. mod vsufruct. amit.* & sententiam gloss. probant Scribent. specifice Salycet. & Paul. probat etiam Bald. *in Authent. excipitur. num. 2. eod. tit* & ratio manifesta est, quia durat patria potestas, cum qua vsusfructus continuatur, & si nouus esset, noue etiā acquireretur, quod ex Florian. tradit
20 Firmia. *de Gabellis, 6. part. num.* 12. Ex eadem prærogatiua vsusfructus paterni, 4. resultat alia differentia, vt pater satisdare non teneatur, nec de vtēdo arbitrio boni viri, nec de restituendo, nec rationem reddere, nec aliis oneribus grauari, vt *in d. l. cum oportet. §. non autem. & in l. fi. §. sin autem. in fin. inf. tit.* 1. quod lex tribuit paternæ reuerentiæ, & ita limitatur generalis regul. *l.* 1. *ff. de vsufru. quemadmod. cauea.* dum iubet vsumfructuarium ex quacunque causa satisdare, ab illis enim verbis geminatis & vniuersalibus excipitur pater: per hæc noua iura, quorum decisio confirmatur ex eo, quod in simili docebat IC. *in l. filio. 7. ff. vt lega. seu fideicom. nom. caue.* vbi aliquid remittitur patri circa onus satisdādi, idque iuuatur ex maxima confidentia, quā lex habet de patre erga liberos, vt multis probat Tiraq. *in l. si vnquam. in pr. ex nu.* 25. & quod in simili notat Iason *in l. nemo potest. 2. lect. num.* 68. *ff. de legat.* 1.
21 Eodem respectu, & sic 5. pater legitimus administrator secundum Scriben. communiter non tenetur Inuentarium conficere, vt notant Bal. & Cornel. *in d. l. cum oportet. §. non autē*, per tēxt. *ibi, verbo ratiocinia.* dicunt enim Scrib. in locis *supra* citatis, quod confectio Inuentarij eos tangit, qui rationem reddere tenentur, & ita Alber. *hic n.* 2. dicens, quod ita vidit seruari. & Cyn *in d. l. cum oportet.* 4. *quæstion. ad fin.* Ex quo limitatur *l. tutor. qui repertorium, ff. de admin. tut.* quod etiam colligitur ex Bald. *in l. Orphanotrophos, num.* 7. *C. de epis. & cler.* & hoc vt receptum tradit Boer. *decis.* 61. *num.* 5. & nouissimus *in patrocin. pupill pag.* 20. De quo tamen dubitauit Speculat. *in tit. de instrum. edit. §. viso, num.* 14. Cuma. *consil.* 89. *num.* 3. vbi subdit honestius facturum parentem, si Inuentarium conficiat. In 22
aliis autem vsufructuarijs dicit alias tex. *in leg. 1. §. recte, ff. de vsufruct. quemadmodum caue.* recte dominum & vsufructuarium facturos, si in scriptis redigāt, quæ bona sint fruenda, vbi glos. *verb. fauent*, id intelligit de consilio. Ego † autem intelligo posse dominum id iure petere & obtinere, vt vsufructuarius Inuentarium conficiat, ne bona occultari possint: nec id negaret IC. si casus proponeretnr, quod dominus id peteret à fructuario. & ita videtur sentire Angel. *in §. constituitur, column. 2. versicu. ex quo. ibi, Inuentarium Instit. de vsufruct.* facit pro hoc iuris regula, ne fraudi occasio detur, *l. in fundo. sup. de rei vendi.* & alia regula ad multa vtilis, de qua per Bart. & alios *in l. 2. ff. solut. matrim. quod tibi non nocet*, &c. Facit item notabilis doctrina IC. *in l. prima. ff si quis cautio, ibi, neutri parti oneroſa.* & ibi notāt ad multa Paul. & Ias. facit etiā, nam regulariter obligatus restituere, tenetur inuentarium cōficere, vt colligitur ex Guido. *in tracta. de forma inuenta. & in consil* 42. & late Vitalis *in tract clausi. pag. mihi.* 19. & quod notabiliter tradit Paul. *in l. cum tale §.* 1. *ff. de condit. & demonstr.* facit etiam quod in pulchro casu tradit Alberi. *in l. fin. num* 1. *ff. de bon. auto. iud. possid.* De Inuentario conficiendo ab vxore post mortem viri retinente bona pro dote, facit *l. cum domini. 58. ff. loca. ibi, & ea, quæ ibi sunt, describere.* facit item: nā hoc casu non est minor ratio obligandi vsufructuarium, ad conficiendum Inuentarium, quam est in aliis personis, de quibus per Rebuff. *de constit. Gall.* 1. *Tom. tracta de sentent. prouis. artic. 3. glo. 3. nu. 8.* vbi in specie hoc tradit de vsufructuario.

& in terminis tradit Alex *conſ.* 58. *num.* 8. *lib.* 3. quod ibi prudenter probat. & in terminis ita illum text. citat & intelligit Picus *in §. Titia cum nuberet. nume.* 142. *ff. de legat.* 2. & Iacobin à S. Georg. *in l. fin. §. 5. in fin C. de iur delib.* & ita Bellon *conſil.* 54 *num.* 1. & in fortioribus terminis, ita intelligit Matth. de Afflict. *deciſio.* 342. & dicit ita fuiſſe iudicatum. Sed nec ipſe nec alij aduertunt ad gloſſ. *ſupra* citatam, quæ id de conſilio intelligebat, quaſi non de neceſſitate: ſed in hoc reiicienda eſt gloſſ. Quo enim colore negare poſſet vſufructuarius Inuentarij confectionem: maxime cum vulgare ſit illud: *Qui male agit, lucem odit.* Imo contra 23
† *ſupra* citatos Scrib. crediderim verius eſſe, vt etiam pater legitimus adminiſtrator, compelli poſſit à liberis vel à iudice, vt inuentarium conficiat: id enim longe differt ab onere cautionis, vel ſatiſdationis, vel rationis reddendæ, aliisve oneribus, quæ extraneis imponi ſolent, à quibus pater excuſatur, *in d. §. ſin autem æs alien. in fi.* Imo nec onus recte appellabitur hoc caſu inuentarij confectio, quia tantum reſpicit probationem veritatis, ne tempore bona illa occultari poſſint, vt prudenter deduxit Alexa. *d. conſ.* 68. cuius rationes hic militant. Nec eſt contra fiduciam, quam lex de patre habet, quia hoc reſpicit reſtitutionem faciendam poſt mortem patris, & ſic ne ab aliquo poſtea fraus liberis fiat. Quod iuuatur ex Bartol. *l. prima. §. pen. ff. de vent. in poſſeſ. mit.* & ibi Alex. ad eum, vbi licet prohibeatur ſequeſtratio regulariter admittenda, tamen ſit Inuentarij confectio, tanquã res nullius præiudicij, vt ſic cõuentus teneatur bona deſcribere, quod etiam probat Bald. *l. vnic. ad fin. C. prohib. ſequeſt.* & ibi Curt. *num.* 16. Et in accuſato notat Bartol. *in l. mandatis. ff. de requir. reis.* quẽ ſequitur Plat. *in l. defenſionis, Cod. de iure fiſc.* Boer. referens alios *in deciſ.* 61. *num.* 21. *in fin.* & Guido Pap. *deciſ.* 351. vbi Ioan. de gradib. in Addit. nullo fundamento; in patre legitimo adminiſtratore, ſecundum hanc opinionem ſe iudicaſſe refert. quod etiam probat Franciſc. de Porcel. *in tracta. de inuenta, cap.* 2. *n.* 14. & Bertran. *conſ.* 313. *num.* 6. *lib.* 1. iuuaturque hæc opinio ex *l. iubemus. §.* 1. *ſup. ad Trebel.* & ita ſæpiſſime vſu obſeruatum vidi, moriente enim vxore, pater legitimus adminiſtrator Inuentarium conficit, in quo deſcribuntur omnia bona, tam patris quam liberorum. Idque conſonum eſt *l. Regni. lib.* 1. *tit.* 67. *§* 4. *& §.* 7. & ita comprobo, quod dubitarunt Specul. & Cum. in locis *ſup.* cit. Sed quia adduxi Bar. *in d. loc.* volente 24
quod cõuentus vel accuſatus, à quo bona petuntur, poſſit compelli Inuentarium facere, idque receptum videtur ex *ſupra* relatis. Ego non puto indiſtincte verum, ex verbis *d. l. defenſionis facultas. ibi, cum facultates eorundem controuerſia pendente, inquietari deſcribique fas non ſit.* & ibi, *cum rei exitus probauerit, tunc demum res perſequi liceat, & ſuper modo facultatum interrogationem haberi.* vanaque eſt reſponſio Bart. *in d. l. mandatis,* & Ioann. Plat. *in d. l. defenſionis.* & aliorum dicentium ibi prohiberi deſcriptionem ad ſequeſtrum vel occupationem, non ad Inuentarium. Hoc enim eſt aperte contra verba illius l. & mera cauillatio, quæ à iure improbatur: verbum enim, *deſcribi,* Inuentarium ſignificat. Item verba illa, *tunc demum interrogationem haberi,* manifeſte indicant, ante ſententiam non compelli reum ad Inuentarium faciendum, arguendo à verbo; tunc iuxta *l.* 4. *§. fin. ff. de condit. & demonſtrat.* Et de alio Inuentario occupationis poſt ſententiam, loquitur text. Bald. & alij *in l. ſi quis intra, C. de bon. damnat.* Facit, nam & eo caſu Inuentarium non leuis eſſet inquietatio reo, vt patet ad ſenſum, & colligitur ex l. 2. *verſic. quid enim tam durum, C. quando & quib. quar. pars.* ideo de opinione Bart. & communi recte dubitaſſe videtur Picus *in l. poſt contractum, n.* 96. *ff. de donat.* vbi tamen inquit, eſſet notabile ad praxim, quod Bartol. tradit, & ita practicari. Qua in re ego probarem 25
opinionem Bart. & aliorum, vbi aliqualiter conſtaret de maleficio, ex quo bona veniunt publicanda, ne forte bona occultentur: vel vbi eſſet timor fugæ: non autem ſimpliciter ob ſolam accuſationem, vt incaute Dd. ſcripſerũt. Quod confirmo ex traditis à Bald. *in l. executorem, nu.* 16. *& nu.* 18. *C. quor. appel. non recip.* aliqua enim ſummarie ante ſententiam pronunciantur, ſed non omnino abſque cauſæ cognitione, vt colligi poteſt ex multis quę omitto. Facit tamen quod ſcribit Alberic. *in l. iubemus, C. de probat.* & reſoluit Dec. *conſil.* 175. *nu.* 5. & Alex.

conſil.

cõsil. 205. *num.* 7 *& seq. lib.* 6. quibus concordat *l. Regia, lib.* 3. *tit.* 46. *§. antepen. ibi,*
26 *per qualquer.* Aduerto etiam quod Barto. *in d. l. mandatis.* Platea & Rebuff *in d. l. defensionis*, Picus *in d. l. post contractum*, loquuntur de accusato, & videntur id tradere, vbi bona fisco essent applicanda. Bart. autem *in d. l.* 1. *§. fina. ff. de vent. in poss. mit.* Bald. & Curt. *in d. l. vna*, limitando text. ibi, generalius loquuntur, & sic in qualibet causa ciuili, & ita indistincte Guid. & Boer. *d. decisionibus.* Quod potest dici receptum, attento numero Scrib. maxime cum hucusque nemo videatur contradixisse. Sed ego id indistincte non admitterem, nec crederem, conuentum, à quo bona petuntur, compellendum esse ad conficiendum Inuentarium ad petitionem agentis, qui de iure suo nihil ostendisset, ne fiat nouatio lite pendente contra iuris regulam; & ex ratione *dictæ l.* 2. *C. quan. & qui.* cum *supra* adductis. Quæ omnia iudicantis ar-
27 bitrio committenda sunt. Quod autem volunt hæc iura non teneri patrem rationem reddere, nec cauere, nec bona tacite obligari, procedit specialiter in patre legitimo administratore, scilicet habente liberos in potestate. Diuersum enim est, vbi pater tutor fuerit, vt notarunt Bald. Paul. Corn. *in l. cum oportet, §. sed cum tacitas, inf. tit. seq.* Bal. *in d. l. Orphanotrophos, num.* 7. *C. de episc. & cleri.* Bald. Pau. Aret. *in l. si superstite, C. de dol.* per tex. ibi, facit tex. *in l. licet*, & ibi notant Dd. *C. ad legem Falcid.* notat Iason *in l. præses, num.* 3. *C. de transact.* Cro. *in l. frater à fratre, num.* 56. Firmia. *de episc. nu.* 63. Hispan. Xuar. *quæst. de maior. ad fin. col. vlt.* per tex. *in l. litis cõtestatæ, § pater, ff. de neg. gest.* Chass. *in consuetud. Burg. fol.* 224. *col.* 3. *in fin. cũ seq.* Ratio differentiæ manifesta est, quia pater legitimus administrator totum commodum habet, solaque proprietas est filiorum, qui sub eius potestate sunt: pater autem tutor est, non filiorum in potestate, sed emãcipatorum, *d. l. si superstite, & alibi sæpe*, vt per Ias. *in l. si infanti, num.* 8. *C. de iur. deliber.* & proba-
28 tur *Institu. de legit. paren. tut.* Ex quo sequitur, matrem tutricem non excusari à reddenda ratione, & alijs oneribus tutorum. gloss. *l. fina. §. sin autem, verbo, reuerentia*, & ibi Bald. & alij *infra titul.* 1. Bald. Paul. Corn. *in d. l. cum oportet, §. sed cum tacitas*, gloss. notabilis *in l. si quis prioris, §. fin. in fin. C. de secund. nupt.* Alexand. *consil.* 110. *ad fin. lib.* 3 Gozadin. *consil.* 80. *in fin.* & eius bona tacite liberis obligantur, *l. si mater. C. in quib. caus. pig. tacit. cont.* notanter Dec. *cons.* 591. cui addo Bald. *in l. cum pater. ff. de nego gest.* Inde etiam se- 29
quitur, quod pater tenebitur rationem reddere bonorum filij in quibus vsumfructum non habet, vt in redditibus præbendę vel dignitatis, secundum Bart. Bal. Ang Paul. *in d. l. litis, §. pater. ff. de nego. gest.* Socin. *consil.* 34. *libr.* 1. Hispa. *d. quæst. maior.* Palac. *in repet. Rubric. §.* 42. *num.* 9. Aretin. *in l. fin. §.* 1. *ff. de verb. obligat.* late Aym. *consil.* 218. *numer.* 3. Inde se- 30
quitur, quod in his, quæ ius remittit patri in hac materia, non est ratio sola ob confidentiam, quam lex de patre habet. Etenim idem amor concurrit in patre tutore, & vbi administrat bona filij, in quibus non habet vsumfructum, & tamen non excusatur tunc ab oneribus tutorum: igitur dicendum est, quod multum hic attenditur vsusfructus, quem plenissimum pater habet, quia res sua dicitur, cum legitimus administrator est. Quod non aduertunt Scribent. in varijs locis, totum tribuentes paterno nomini: in quo cauendum est à Dec. *in l. pactum, col. fin. in princ. vers. & patet, C. de collatio.* Sic pater cauere tenetur in casu 31
speciali, quamuis filios in potestate habeat, *in l. iubemus*, §. 1. *supr. ad Senatusconsul. Trebell.* cum transit ad sec. nuptias, & hoc in casu illius text. non regulariter in hac materia, vt ibi notant Fulg. & Corn. tradit Ioan. à Garro. *in Rubr. C. de sec. nupt. num.* 17. quod latius scribo *in l. fina. infra eod.* Sic patre transeunte ad sec. nuptias, bona eius obligantur liberis prioris matrimonij, pro iis, quæ reseruare eis tenetur, *l. si quis prioris, §. fin. C. de sec. nupt.* ad quam non aduertit Corn. contradicens *in d. l. cum oportet, §. non autem*, vbi male reprehendit Fulg. Limitantur etiam hæc iu- 32
ra in ijs, quæ pater donauit filio emancipato, vel ex causa, quæ omnino validet donationem filiofam. Si enim pater retineat bona donata filio, tenebitur rationem reddere eadem ratione, de qua *proxime, num.* 23. ita Ang. *in d. l. litis contestatæ, §. pater*, per tex. ibi, qui id probat, quia loquitur de rebus à patre donatis, & Ang. sequitur Hisp. Xuar. *d. qu. maior. in fin.* quod est notabile: pos-

set enim dubitari ex eo, quod cum pater ipse donauerit bona, videretur mitius cum eo agendum, argum. *l. Diuus Pius*, & ibi Dec. *ff. de reg. iur.* cum alijs, quę forsan *inferius* tractabimus. Sed pro Ang. vt regu. obseruetur in patre, à quo donatio processit, faciunt duo iura no abilia & non trita apud Scrib. text. *in l. 2. C. si aduers. donat.* & text. *in l. si ad resoluend. C. de præd. minor.* Sic vbi pater dolose administrauerit, eius bona obligantur, & ipse tenetur rationem reddere, secundum Bald. & alios *in l. cum oportet. §. final.* per text. ibi. vult glo. *in §. non autem. eiusdem l.* & ibi Corn. *num.* 3. hoc receptum dicit. Idem tradit Socin. *consil.* 34. *num.* 15. *& sequent. li.* 1. vbi videndum est, & Alex. *in l. Imperator. ff. ad Trebell.* Et resoluunt Dd. in hoc esse differentiam inter dolosam administrationem & culpabilem, vt hæc limitatio non procedat, nisi vbi dolose gessit pater, tradit Neguzan. *de pign. 4. memb. secun. par. num* 13. *& num.* 16. Aretin. *consi.* 72. *num.* 7. *versic. ad sextum.* Sed etiam cessante dolo, si pater dissipet vel aliter noceat liberis, succurritur eis, vt pater priuetur administratione, ex traditis per Alexan. *num.* 6. *in d. l. Imperator.* resoluit notanter Ioan. Nic. Arelata. *in l. generaliter, ex nu.* 155. *C. de sec. nup.* quod inuoluit Socin. *d. consi.* 34. *num.* 15. *cum sequent. lib.* 1. & hæc videtur probare Palac. *in repet. cap. per vestras, §.* 17. *nu.* 13.

34 † Cauendum igitur est à Paul. Castrens. *in d. l. cum oportet, §. sub hac tamen.* dum æquiparat casum remouendi patris ab administratione, dictis articulis, obligandi bona, & reddendæ rationis: ad hęc enim duo exigitur dolus, nec sufficit culpa: ad remouendum vero patrem sufficit negligentia & culpa, secundum magis cōmunem resolutionem, ex Bart. & alijs. maxime Alex. *in l. Imperator. col.* 2. & ibi idem Paul. & Arelata. vbi *supra.* quod sentit glo. *in d. l. si quis prioris. §. fin. ibi, de fraude vel si alienet.* Vnde cauendū magis

35 est à Bart. *in d. l. cum oportet. §. non autem.* vbi ad remouendum patrem ab administratione, exigebat alia: maxime quod pater non sit soluendo, & quod bona sint mobilia. Bart. autem *in d. l. Imperator.* & ibi Imol. & Hispan. Segura. *num* 108. non exigunt patrem non esse soluendo, requirunt tamen, quod culpa patris sit talis, vt liberis non possit esse consultum, & ponūt exemplum in pecunia & mobilibus; quod dicit vt diuersum sit in immobilibus. quod dicit magis commune Aret. *d. cons.* 72. *nu.* 5. *versic. ad quartum*, & plures per Ias. *in l. si constante, num.* 196. & ibi Crot. 2. *lectu. num.* 120. *& seq.* inuoluit Boer. *decisio.* 1. *num.* 14. ita etiam Hisp. Arias, *l.* 4. *Tauri, num.* 48. *vers. memor.* bene tamen resoluit Aretin. *in d. consil.* contra Bart. *in d. §. non autem*, vt non attendatur, an pater sit soluendo. Ego autem ex Alex. *in d. l. Imperator. col.* 2. verius puto sufficere notabilem culpam alienando, vt si absque causa distraheret immobilia, vel negligentiam in administrando, vt bona non colendo, ad remouendum patrem ab administratione: esset enim maxime damnosum liberis, spectare ea quæ Barto. exigebat, & melius est ante tempus occurrere, vt inquit *l. si. C. in quib. caus. in integr. rest. non est necess.* quod dicit æquius Boer. *d. decis. n.* 15. Idque intelligo, etiamsi sint bona immobilia, licet ipsi non exprimant, contra Bart. & communem, quia militat magna ratio, licet non tanta, quāta in alijs: posset enim tempore veritas occultari cum detrimento filij vel hæredum. Inde cauendum est etiam à Bald. *in d. l. cum oportet, §. non autem, num.* 1. *vers. soluo.* dum in hoc distinguebat inter dolum & negligentiam, quod in alijs verum est, non vero in administratione bonorum vel officij: in administratore enim negligentia maxima culpa est, vt tradit Ioan. Platea. *in l. pen. col.* 1. *C. de anno. & trib.* quod non satis explicat Alex. *in d. l. Imperat.* vbi Hisp. Seg. *nu.* 134. hoc inuoluit. & Hisp. Arias *d. l.* 4. *Tauri, nu.* 48. *in fi.* Nec

36 obstat hæc l. adducta à Bart. & sequacibus, dum hic fit mentio de patre alienāte, & reseruatur ius filijs ad tempus, quo fuerint sui iuris, vnde ipsi arguunt, non remoueri patrem ab adminstratione. Respondeo enim hanc reseruationem pro liberorum vtilitate, non eos excludere à remouendo patre male administrante: diuersa enim remedia sunt, hæc lex vnum ponit: aliud vero non excludit, quia de eo non agebatur, ideo suppletur alijs iuribus & rationibus, maxime quia non omnis alienatio patris faceret causam ad eum remouendum, vt *supra*, quod nec Alex. *in d. l. Imperator.* nec alij aduertunt, & in simili notat Paul. *Authen. qui rem. n.* 3. *C. de sacr. eccle.* Quod

37 autem dictū est de reddenda ratione &

hypo-

hypotheca, ob doloſam adminiſtrationem, neceſſario reſtringendum eſt, quo ad res ipſas filij, vel ſi ei damnum infertur alio modo, non quoad fructus: hi enim omnino ad patrem ſpectant, qui potuit de illis ad libitum diſponere, ſecundum vulgaria iura, & ita colligi videtur ex *d.l.fin.§.ſin autem æs alien.verſic. quod ſi pater.* & ibi Salic. *in finalib. verbis.*

38 Nec tunc admittendus eſſet pater, licet cauere vellet, quia cautio non prorſus tutum reddit ius liberis, vt tradit Arelatan. *d.loco. nu.* 163. & militat tunc contra patrem iuris præſumptio. *l.non omnis, §.à barbaris.ff.de re milit.* ſemel malus. quę opi. Bart. & gloſſ. fuit, eamque notanter probat Alex. *in d.l.Imperator.num.7.verſic.contrarium.* & dicit hoc commune Ripa *in d.l.ſi conſtante, in fin.* Hanc autem remouendi patris cauſam eleganter ampliat Bal. *in l.ſi.col.fin.num.*18. *C.de ſenten. paſſ.* non tantum cum pater diſſipat, ſed vbi tam tenax eſt, vt in neceſſarijs deficiat, quod extollit Hiſp. Segura *in d.l.Imperator.num.*117. ſecundum nouiorem editionem, vel ſecundum antiquam, *fol. antepen.col.*4. & Hiſpa. Arias *d.l.*4.*num.*50. facit text. *in l.*1.*§.ſed nõnullos, ff.de tutel. & ratio. diſtrab. ibi, quinimo, per contrarium.*

39 Quod autem diximus ſpeciale eſſe in patre legitimo adminiſtratore, vt excuſetur à reddenda ratione, probatur etiam, quia diuerſum eſt in filio, quia rationem reddere tenetur. gloſſ. *in l. is qui.ff.de tut. & curat.recepta.* vt per Firmia. *de epiſco. num.*64. Is enim ſi adminiſtret, rationem redditurus eſt, per *ſupra* dicta de patre tutore, & de matre. Idque Dd. tradunt in filio, cui pater negocia commiſit, à quo fratres rationem exigere poterunt, mortuo patre, ſecundum Pan. *conſ.*12.*col.*4.*ver.tertius, li.*1. & plures, quos citat Hippo. *ſing.*463. Crot. *in l.frater à fratre, n.* 19. & ibi Coraſ 2.*nu.*7. Socin. *conſ.*192. *& cõſi.* 212. *lib.*2. Dec. *conſi.*255. *col.*1. quod ſuadetur ex reg. *l.*1.*§.officio.ff.de tute. & ra.diſtr.* vbi adminiſtratoris eſt rationem reddere, & *l.cum ſeruus,* 81.*§.*1. & ibi Paul. Caſtr. *ff.de condi. & demonſt.* & Hoſt. *in ſumma de obligat.ad ratio.* & Dec. *conſi.*469.*nu.*1. Hiſpan. à Caſtello. latè & vtiliter, *l.Tauri.*18. Rip. *de peſte fol.*84. ſecundum minorem editionem, late Chaſſ. *in conſuetud. Burg. Rub.*6.*§.*6.*fol.* 222. Iaſon *conſi.*111. *libr.*1.

40 Cum autem hęc l. & ſequentes in omnibus aduentitijs filiorum vſumfructum patri deferant, neceſſario ſequitur idem dicendum in pecunia, quam filius varijs ex cauſis acquirere poteſt, quod probatur ex verbo, *res,* & verbo, *bõna,* & ex *l. prima*, vbi notant Bald. & Salicet. *C.de vſufruct.* cum his, quæ latiſſimè diximus *ſupra in princip. Rubr.* Et inde patet talem pecuniam penes patrem eſſe debere, iuxta reg. *huius l. & l. cum oportet,* quicquid inuoluat Carol. Ruin. *conſi.* 142. *ante num.* 1. *lib.* 1. à quo caue, & conſequenter non poterit filius eam pecuniam expendere, nec ex eâ creditoribus ſuis ſoluere, vt recte ſenſit gloſſ. ſecunda *in l.filius fam.ff.ſi cert.pet.* vbi Dec. *num.*5. hoc dicebat mirabile videri: ex eo, quia pecunia dici ſolet de rebus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, ſecundum communem traditionem, de qua *in l.*1. *§ fuit quæſitum, ff.ad Treb.* Sed non oportebat id appellare *mirabile*, nec argumentari ex illa vulgari traditione, attenta reg. *huius l. & d.l.cum oportet:* quia ſcilicet pecunia aduentitia penes patrem eſſe debet: vt tandem melius ibi aduertit Dec. Qua in re ſcriptum inuenio à Cor. 41
*conſi.*105. *column.vlt. ad fin. libr.*3. patrem eiuſque hæredes non teneri rationem reddere de pecunia aduentitia, nec eam vnquam filio reddere, niſi in rem patris verſa inueniatur, quod ſequitur Pariſ. tempeſtate noſtra Cardinalis, *conſi.* 25.*num.*76.*lib.*2. quorum autoritate maxima daretur ampliatio ad iura excuſantia patrem à reddenda ratione. Sed (ni ego fallor) patres hi miſere decipiuntur: ſi enim intelligebant de pecunia non reſtituenda, quæ eſſet ex augmento & fructibus, vel quolibet lucro reſultante ex aduentitijs, clarũ eſt quicquid acceſſerit ex pecunijs, vel rebus filij, ad patrem iure vſusfructus omnino pertinere: fit enim pater dominus omnium fructuum & acceſſionum, & conſequenter, etiamſi in rem patris id augmentum verſum inueniatur, nunquam filio reſtituendum eſt, contra prædictos. Si autem intelligebant (vt ex eorum ſcriptis patet) de pecunia filij, quæ vulgo *primam capitale* appellatur, in hac deterius loquuntur: ea enim in effectu filio reddẽda eſt, quo tempore alia aduentitia ſibi reſtitui debent, cum patri non dominiũ, ſed vſusfructus deferatur à lege: ideoque in pecunia vſusfructus & cautio reſtitutionis conſideratur, nõ ſcilicet eiuſ-

dem

dem pecuniæ specie, sed eiusdem quantitatis, vt *in l. sec. ff. de vsufr. ear. rer. quæ vsu consum. & §. constit. Institut. de vsufru.* eleganter Aleiat. *lib. 7. parerg. cap. 2.* non tamen pater cauebit, etiam de pecunia, † contra Ruin. *d. consi. num. 1.* Resoluo igitur pecuniæ vsumfructum ita patri deferri, vt quodcunque augmentum ex ea, proprium ipsius patris efficiatur, eum tamen eiusque hæredes, à reddenda eadem quantitate, non excusari: nec in hoc aliquid facere, pecuniam esse versam, vel non versam in rem patris, quod comprobo ex *l. fin. §. ipsam autē, ad fi. inf. tit. 1. ibi, vt pretium earum vel in res hæreditarias procedat, vel filio seruetur*, ergo filio seruatur, & ei restitui debet: nō tamē vsus patri negatur interim, licet ex illo tex. hoc inuoluat Carol. Ruin. *d. cons. 142.* 42 *ante num. 1. lib. 1.* Et ex proxime dictis constat, nihil in proposito facere, quod pecunia dicatur de rebus, quæ seruando seruari non possunt: id tamen vbique dicunt Scrib. maxime Bart. & alij per glo. *ibi, in d. l. 1. § fuit quæsitum, ff. ad Senatusconsul. Trebell.* Iason *in l. interdum, num. 3. ff. de condi. indeb.* Corn. & Paris. *in dict. consil.* & alij quam plures passim, vt refert Tiraquel. *de retract. ligna. §. 1. glo. 7. num. 103. cum seq.* Sed in hoc aduertendum est, quod hæc vulgaris traditio naturali ratione corruit, cum ad oculum pateat, pecuniam rem esse, quæ seruari possit, & sane à multis plus nimio seruatur: ideoque pecuniam filio seruandam dicebat text. *in d. l. fin. § ipsum autem.* Et de thesauro loquuntur plura iura *& l. si chorus, §. 1. ff. de lega. 3.* idque fatentur Bart. & Dd. *in d. § fuit quæsitum*, respondentes alio respectu pecuniam dici rem, quæ seruando seruari nequeat, quia destinata est ad vsum & distractionem, aliter quæ sine vtilitate esset, ex sententia Arist. quod tamen omnino tutum non est, cum aliquando prudentiæ sit, pecuniam seruare, & non expendere, vt *in d. l. si chorus, §. 1.* Item contra Dd. vrget, quod ea locutio, rem seruando seruari non posse, inuenitur apud Constantin. *in l. lex quæ tutores, ad fin. C. de admi. tuto.* circa cuius l. materiam Dd. his verbis vtuntur, ad effectum, scilicet, an in distractione pecu- † niæ necessarium sit decretum. Quod si ad verba illius l. attendas, *in versic. vlt. rem seruando seruari non posse*, appellat eā, quæ solo tempore absque vsu consumitur, & ex *versic. præced.* quo loquitur de pecunia (in qua dicit veteres posuisse robur patrimonij) plane separare videtur pecuniam à rebus, quæ seruari nequeūt, contra vulgarem illam traditionem. Nec obstant iura, quæ pro cōmuni illo Axiomate citantur, inter quæ est *cap. vlt. de pignor. ibi, quia vsu consumitur.* Respondeo enim, quod ea iura non dicunt pecuniā esse rem quæ seruari non possit, sed potius significant pecuniam ex vsu, à dominio nostro exire, diuersosque dominos sortiri, ipsam tamen non consumi. Nec obstat text. *in l. Iulian. 33. ff. de petit. hæredi. ibi, si pecuniam eligat actor, quæ seruari non possit*, quem textū dicebat apertissimum Tiraq. *in d. §. 1. glos. 7. num. 103.* non timens, seu non aduertens, quod † Alex. scripsit *in d. §. fuit quæsitum, num. 4. versic. quidam.* text. illum à minus doctis adduci: vere enim text. ille loquitur de pecunia non idonei debitoris, à quo exigi nequeat ob inopiam, vel aliam causam: idque appellat IC. seruari non posse, vt ibi sentit glo. & facit *l. nam is, ff. de dolo.* Dum tamen communiter Dd. re 43 soluunt, non esse necessarium decretum circa pecuniam minoris: non est recedendum à communi sententia, quam tradit Bart. *cons. 70. num. 2.* & probat Dec. *in d. l. filiusfam. num. 5. ff. si cert. pet.* idque vsus obseruat, vt sæpe solus tutor, vel curator ex pecunia minoris emat, vel eā fœnori tradat, & plane ad vsus necessarios minorum eam expendat, vt *in l. 3. C. de vsur. pupillar. & in l. 4. C. de admin. tut.* salua decisione iuris noui, de qua *in Authen. ante l. 1. C. eod. tit.* Sic ex pecunia absque decreto soluitur creditoribus minorum, *l. 7. §. 1. ff. de minor.* quæ iura non inueniuntur correcta, & in solutione tantum loquebatur gloss. *in d. §. fuit quæsitum.* solutio autem iuris necessitatem habet, vt *in princ. Instit. de obligat.* Ideoque non recte gloss. illa ibi notatur, † & vbique à Dd. ad illud vulgare, quod pecunia dicatur de rebus, quæ seruando seruari non possint. quod aliquando aduertit Cuman. vt refert ibi Iason *nu. 33.* variat Rip. *num. 17.* Vnde quod gloss. ibi permittit debitori circa solutionem, non permitteret ad alium actum, quod alibi aperte dixit gloss *in l 3. C. de in lit. iuran.* ex qua tamen (si bene aduertas) colligitur non esse necessarium decretum, vt communis opinio habet. Ex

prædi-

prædictis autem infertur, in pecunia ita non plane procedere sententiam glo. *in l. vnica. C. si aduer. vsucap.* quæ dixit fructus vltra triennium durare non præsumi: ideoque sine decreto alienari posse, vt res, quæ seruando seruari nequeũt, quam glo. probant & extollunt Dd. ibi. Alex. *cons.* 49. *col.* 2. *lib. primo* Dec. *in Authen. qui rem. col.* 2. *C. de sacros. eccles.* & plures alij, quos refert Tiraqu. *d. loco de retract. ligna. §. primo. gloss.* 7. *num.* 51. id enim non tam congruit pecuniæ, quæ magis seruari potest ex *supra* dictis, congruit tamen in ea parte, qua decretum excusatur, intelligendo, vt tutor, vel curator pecunia minoris vtiliter vtatur, non vt donet vel perdat, vt *in l. fina. ff. de curat. furio. & l. filiusfam. ff. de donat.* cum alijs, quibus addo notabil. text. *in l.* 4. *ff. ad Macedon.* vbi etiam mutuare sine lucro, appellat *perdere* (quod tamen generaliter dictum politicum non esset) non tamen omitto, quod totam doctrinam gloss. *d. l.* 1. *C. si aduers. vsucap.* dum agit de fructibus, ad pecuniam trahit. Curt. Sen. *cons.* 71. *num.* 9. quem se-
44 quitur Paris. *cons.* 25. *num.* 7. *libr.* 2. Illud addo, quod pecunia cambijs tradita, non ideo desinet res mobilis censeri, nec inter immobilia connumerabitur, contra Bald. *in cap. cum causam, ad fin. de re iudic.* quem sequitur Tiraqu. *d. §.* 1. *gloss.* 7. *n.* 117. tunc enim nec res ipsa, nec destinatio nomen rei immobilis inducit, vt patet ad sensum. Et hinc posset hoc loco discuti, quod dici solet de pecunia destinata ad emptionem immobilium, per tex. *in l.* 3. *§. quid ergo, ff. de contr. iud. tut.* quem extollunt Roman. Crem. Corset. *in notab.* & Palac. *in Rubri. §.* 38. *colum.* 2. & quam plures alij, asserentes tunc pecuniam immobilibus accedere, in quo mire variant Dd. vt copiose refert Tiraqu. vbi *supra nu.* 105. *&* 106. & latissime Boer. *decis.* 119. asserens contrarium receptius, vt nec ex tali destinatione pecunia dicatur res immobilis, cum Alexand. *in d. §. fuit quæsitum, nu.* 5. *& in l. à Diuo Pio. §. vlt. ff. de re iud.* & hanc partem dicit receptiorem Iason *in l. cætera. §. sed si parauerit, nu.* 21. *& sequent. ff. de legat.* 1. Socin. Nep. *consi.* 120. *num.* 18. *libr.* 1. Et ita cauendum est ab ijs, qui scriptum reliquere vti receptissimum, pecuniam tunc inter immobilia computari; & maxime cauendum à Chass. *in consuetud. Burg. Rub.* 4. *§.* 2. *fol.* 135. *nu.* 16. *cum seq.* & à Gome. *in §. item Seru. num.* 21. *Instit. de act.* & à Rebuff. *in priuileg. Schola. in priuil.* 56. *num.* 5. Ex hac tamen veriori & receptiori sententia, & ex dictis Scrib. in hoc articulo, satis probatur, quod in princip. huius numeri dico, contra Bald. & Tiraq. Ex his 45
infertur relictis mobilibus venire pecuniam, ex significatione vocabuli, secundum tradita à Bart. & omnibus *in d. §. fuit quæsitũ*, & ab alijs citatis à Tiraqu. Boer. & Nouioribus, vbi *supra*, licet hoc in specie non inferant: id tamen in terminis consuluit Curt. Iun. *consil.* 183. arguens à remotis, & principaliter à generalitate verborum testamenti, de quo consulebatur, vltra quem dicas idem à multis scriptum, quos citat Dec. idem respondens, *consil.* 381. *num.* 4. *cum seq. & consil.* 472. *col.* 1. *&* 2. & Paris. *consil.* 79. *num.* 45. *lib.* 2. Fortius igitur id dicendum est in relicto bonorum vel rerum, quæ verba generaliora sunt, quam relictum mobilium, ideoque tunc pecunia comprehendetur, quia rerum vel bonorum est, vt *in l. lex quæ tutores, versicul. penult. C. de adminis. tut. in l. fin. C. de constit. pecun.* Quod amplio vltra omnes, etiamsi † pecunia sit fœnori vel cambio destinata vel tradita, adhuc enim legato rerum vel bonorum accedet, contra Luc. de Pen. *in l. fin. ad fin. C. de muner. patrim.* contra Tiraq. *d. loco, nu.* 106. contra Deci. *d. consi.* 472. *num.* 7. *&* 8 deceptos per duo iura, quæ statim explicabo. Hoc autem contra eos probatur ex proprietate verborum, iuncta reg. *l. non aliter, ff. de legat.* 3. & quæ docet Aret. *in l. cum lege. ff. de testam.* sed peremptorie probatur, quia in his terminis, scilicet in relicto simplici non restricto ad locum, etiam venalia continentur, vt verius & receptius dixi *supra in Rubri. prima parte.* idemque necessario de pecunia dicendum est, vt constabit ex proxime dicendis, maxime, quia si pecunia iam esset tradita cãbijs, veniret appellatione *bonorum*, vt veniunt actiones & nomina debitorum. Hinc infertur ad intellectum text. *in l. si* 46
mihi Mauia. 190. secundum literam communem, vel 192. secundum literam Florentinam. *§. vltim ff. de lega.* 3. vbi sequens responsum habetur: *Domibus legatis nullo omnino excepto cum omni instrumẽto, & repositis omnibus, non videri testatorem de pecunia numerata, aut instrumentis debitorum*

rum sensisse, quam decisionem extollit Iason *in l. singularia, num.* 28. & Alciat. *nu.* 29. *ff. si cert. pet.* & Gome. *in §. item Seru. num.* 2. Vnde videretur appellatione *mobilium* non cõtineri pecuniam, quem text. Deci. *d. cons.* 472. *col.* 2. *& in d. l. singularia, num.* 21 *vers. sed istud.* intelligit de pecunia, quæ esset mutuo destinata, vel aliæ distractioni, & ita Alb. *in d. § fin. & glo. ibi, per l. si chorus, §.* 1. *eod. de legat.* 3. quæ interpretatio diuinatoria est, ideoque reijcienda, cum text. simpliciter de pecunia loquatur, nec vllum verbum ibi,
47 quod esset mutuo destinata. Melius igi-
† tur dicendum est, quod *in d. §. fi.* non erat relictum simplex rerum vel mobilium, sed erat relictum cum relatione ad locum, relinquebantur enim mobilia, quæ domus essent, relatio autem ad locum restringit relictum, ne veniant ea, quæ alias venirent, vt patet ex *l. general. §. vxori, ff. de vsufru. le.* & ideo tunc nõ continentur venalia, nec pecunia, quia non censentur esse in loco, ob celerem motum continuumque vsum, secundum Bal. *in l. certi iuris, qu.* 6. *C. locat.* & in terminis Cor. *cons.* 49. *num.* 11. *libr.* 3. quem non percepit Dec. *d. cons.* male eum reprehendens. Cor. enim docte scribit in relicto mobilium cum relatione ad locum, non comprehendi pecuniam, & ita intelligendus est text. *in l. vxorem,* 39. *vel*
† 41. secundum literam Florentinam, §. *legauerat, in fin ff. de leg.* 3 vbi Bart. *num.* 2. ita sentire videtur, & hunc text. solent notare Dd. quod pecunia semper censetur parata vsui & distractioni. Bald. *in l. fin. ad fin. C. de compensat.* Iason *in §. item Seru. num.* 47. Nec quis obijciat auaros pecuniam expendere non audentes, nec magis suorum dominos, quam extraneos: lex enim eas hominum sordes nõ respexit. Resoluo igitur, vt de iure in relicto simplici rerum vel bonorum, plane comprehendatur pecunia, ex iuribus *supr.* citatis, & alijs, quæ vt in re clarissima omittimus. Licet contra ea iura incaute scribat Crot. *in l. si constante, n.* 140. *in* 2. *lectu.* Idemq; resoluo in relicto mobilium, secundum verborum proprietatem, & Dd. traditiones: idemque si pecunia mutuo destinata sit, vel cambio, contra Luc. de Pen. Tiraq. & Deci. Si vero relictum sit cum relatione ad locum, tunc non contineatur pecunia, sicut excluduntur venalia, etiamsi pecunia non sit mutuo destinata, contra glo. *in d. §. fi.* & Alber. *ibi.* contra Deci. *in d. l. singularia, & in d. cons.* In quacunque enim pecunia militat ratio illa, quod non censeatur esse in loco, ob frequentissimum vsum seu motum, quod mihi probat tex. *in d. §. legauerat, ibi, pecunia quæ in arca.* Colligitur ex Bald. *in d. l. certi iuris, 6. qu. & in d. l. fin. C. de compens.* ex Corn. *in d. cons.* & ex Negu. bene sentiente *in suo tract. de pign.* 2. *par. vlt. memb. num.* 166. bene etiam resoluit Pau. à monte Picolo. *in §. Titia cum nuberet. num.* 112. *ad fin. vers. & ideo, ff. de legat.* 2. Et in his terminis recte allegarunt illum text. Iason & Alc. *in d. l. singularia,* quando scilicet relictum est cum relatione ad locum, quod Dec. ibi, contradicens non percipit, *& in d. cons.* 472. Et in his terminis idem dicendum de pecunia, quod de venalibus, vt colligitur ex his Dd. maxime ex Pic. & Neguz. Quam æquiparationem pecuniæ & venalium, facit etiam Bart. non ita exacte *in l. Quintus, §.* 1. *ff. de aur & argen. legat.* Idemque tunc dicendum de pecunia, quod de nominibus debitorum, vt loco non circumscribantur, vt bene sensit Corn. *d. cons.* & Iason *in d. l. singularia,* licet Dec. ibi, & *in d. cons.* contradicat. Et ita ex Corn. & Ias. ampliabitur *l. Caius. ff. de leg* 2. *& l. fideicommiss. §. tractatum. ff. de ind.* dum habent illud vulgare, quod nomina debitorum loco non circumscribuntur, idque videtur de mente Bal. *in d. locis,* & ita intelligere videtur Ange. Aret. *de testament. gloss.* 39. *num.* 3. Quam resolutionem probat tex. ita intelligendus, *in l. quæsitum.* 76. *vel* 78. *§.* 1. *ff. de lega.* 3. vbi relicto fundo cum omnibus, quæ essent ibi, non veniunt nummi, nec nomina debitorum, etiamsi relictum esset filio, & per verba generalia: & sic patet ex illo tex. in relicto cum relatione ad locum æquiparari pecuniam & nomina. Patet etiam ex eodem text. & ex *d. § fin. l. si mihi Mæuia.* quod vbi in legato rerum vel mobilium non venit pecunia, idem est, licet relictum sit per verba vniuersalia, in quo contra dicta iura loquitur Dec. *d. cons.* 472. Et inde cauendum est ab argumentis Curt. Iun. *d. consil.* quod melius aduertit Alciat. *in d. l. singularia, num.* 29. His non obstat *l. si chorus,* 77. *vel* 48
89. *§.* 1. *de lega.* 3. vbi in relicto mobilium non comprehenditur pecunia destinata mutuo, continetur tamen ea, quæ præ-

præsidij causa reposita esset. quam decisionem extollit Iason *in d. l.* 1. §. *fuit quæsitum*, *n.* 38. *ff. ad Senatusc. Trebell.* Curt. Iun. *d. consil.* 183. *n.* 2. in eo autem tex. agitur de relicto mobilium cum relatione ad locum, vt patet ex litera ibi, *quæ ibi mobilia erunt, & ibi, nummos repositos, vt mutui darentur, non esse legatos.* Quibus verbis à contrario sensu colligebat Dec. *in d. locis*, in relicto cum relatione ad locum, venire pecuniam, nisi esset mutuo destinata: quod argumentum à contrario sensu, vt Deci. decepit, ita plures fallere posset. & ita posset induci tex. *in l. si fundus* 42. *vel* 44. *ff. de legat.* 3. quæ magis colorat opinionem Decij: verius enim & receptius est, vt tali relicto non veniat pecunia indistincte, per *d. §. vl. l. si mihi mæuia. & §. legauerat, l. vxorẽ, & §. 1. l. quæsitum*, & ex Dd. *supra* citatis. Contra quæ iura tale argumentum sumi non potest, iuxta *l. 2. & ibi Scrib. C. de condit. inser.* & ita respondetur *ad d. l. si fundus*, quod magis ostenditur ex *eo. §. 1.* Nam IC. ibi, cum negat eo casu venire pecuniam mutuo destinatam, statim significat id non dictum, vt generaliter omnis alia pecunia veniat, sed ea tantum, quæ separata ab vsu quotidiano præsidij causa, tanquam thesaurus reponeretur. Tunc enim pecunia in loco esse censetur, vt quid immobile, non vt pecunia, ex gloss. & Bart. *in d. § legauerat. l. vxorẽ*, ex Cuma. relato ab Iaso. *in d. §. fuit quæsitum, num.* 38. ex Ias. *in d. §. item Seru. numer.* 22. Dum autem IC. ibi refert Rusticos senes dicentes, *pecuniam sine peculio fragilem esse*, ea verba explicat Zas. vbi *supra*, Alciat. *in l. paterfamil.* 182. *ff. de verbor. significat.* Montan. *in l. filiusfamil.* 94. *ff. de regul. iur.* Coras. *libr.* 1. *miscellan. cap.* 8 Estque ibi emendanda litera, vt legatur, *quidam*, secundum exemplar Florentinum, non, *quibusdam*, vt communiter habetur, alias sensus non constaret. & tandem ex *supra* adductis patet eandem esse rationem regulariter in qualibet pecunia, quæ non est mutuo destinata, vt sic non sumatur argument. à contrario sensu *in d. l. si fundus, ff. de legat.* 3. Ad *dict.* §. facit, quod alibi habetur, pecuniam relictam vel promissam (vt est in loco) iudicari tanquam specie; non tanquam genus, *l. si certos nummos*, 37. *ff. de verbor. oblig. l. si seruus*, 111. §. *qui quinque, ff. de legat.* 1. & late Iason *in l. talis scriptura, colum.* 2. *ff. eod. titul. de leg.* 1. Quæstionis autem esset (vltra omnes à *d. §. 1. l. si chorus*) quid de pecunia, quam testator adhuc non reposuerat, sed destinauerat eam reponendam? & varia in hoc adduci possent ex traditis à Bart. & aliis, *in l. cætera. § fin. ff. de legat.* 1. ab Aret. *consil.* 6. *ad fi.* late Tiraq. *de iure marit. post* 14. *leg. connubial.* Felin. *in cap. cum addo ex num.* 2. *de rescript.* Ego credide- †
rim text illum procedere tantum in pecunia iam reposita, non in ea, quæ reponenda esset. argum. text. notabil. *in l. fundi.* 18. *versic. item quod insulæ, ff. de act. empt.* melius *ad fin. l. versic. ea quoque, ibi, at quæ parata sunt, vt imponantur, non sunt ædificij*, licet Alber. ibi putet eam l. non procedere in relictis, per tex. quem ibi glos. citauit *in l. & si non sunt*, 21. *§. quid ergo, ff. de aur. & arg. leg.* qui tamen non obstat, quia de loco ibi nulla quæstio, quæ hic tota est de loco: nec est tuta argumentatio Alber. à fauore vltimarum voluntatum, vt in aliis tradit Dec. *in l. in testam. ff. de regul. iur.* licèt ante Alber. ita intellexerit gl. *in l. 5. ff. de verbor. signific.* vbi Cæpol. aliter varie explicat, & aliter Bartol. *in d. l. cætera, §. sed si parauit.* & ibi Iason *num.* 19. *ff. de legat.* 1 His tandem addo vtiliter, quod li- 50
cet de iure in relicto, vel alia dispositione, *mobilium*, nomine cõtineatur *pecunia* secundum proprietatem vocabuli: hodie tamen attento vsu loquendi, contrarium iudicãdum sit. Notorium enim est, homines appellatione *mobilium*, non sentire de pecunia, sed de supellectile & ornamentis: ex quo loquendi vsu cõstat mens disponentis, quę pręualet proprietati vocabuli, secundum vulgarem regulam *l. libror. §. quod tamen Cass. ff. de legat.* 3. quod probatur efficaciter ex ratione IC. alibi tradentis, appellatione *auri*, vel *argenti*, non comprehendi nummos aureos, vel argẽteos, non ob aliud, nisi, quia homines non ita nummos cõputant, vt *in l. quintus*, 29. §. 1. & ibi Bart. *ff. de aur. & arg. leg.* Sic etiam de iure, appellatione *pecuniæ* omnia bona significantur: hodie tamen attento vsu loquẽdi, non continetur nisi pecunia numerata, vt prudenter docet Bart. receptus *in l. talis scriptura, num.* 2. *ad fin.* & ibi Ias. *ff. de legat.* 1. & Alcia. *in l. pecuniæ nomi. n.* 222. *ad fin. ff. de verbor. signif.* Idem in re simili docet Oldr. *cons.* 219. quẽ sequitur Albe.

49

in l. mouentium, ff. de verbor. signific. Vnde cum vsus loquendi ostendat mentem disponentis, non posset iuridice contrarium iudicari, & ita hodie vsus obser-
51 uat. Eadem prærogatiua patris in suo vsufructu ostenditur ex iuribus quæ habet, posse sine dubio proprietatem alienare ius suum, vt *in l. 2. C. de vsufru.* quod late probat Hisp. Anton. Gom. *de contract. cap. vlt. num. 9.* Vsusfructus tamen patris tanti effectus est, vt filio impediat facultatem alienandi suam proprietatem, vel ius quod habet in re, vt *in l. fin. §. filius autem.* vbi plene & vtiliter expedio,
52 *infr. tit.* 1. Ex eadem prærogatiua patris in hoc vsufructu infertur ad *l. vsufructuarius, 1. quæ est l. 51. ff. de vsufru.* qua habetur, non posse vsufructuarium parietibus tectorium imponere, quia tametsi meliorem (ex colendo ædificiū) domini causam facturus esset, non tamen id suo iure facere potest: aliudq; est tueri, quod accepisset, aliud nouum facere. Infertur etiā ad *l. vsufructuarius, 2. quæ est 68. ff. eod.* vbi IC. inquit, *Vsufructuarium ædificium inchoatum consummare non posse, etiamsi eo loco aliter vti non possit.* Quæ iura valde notabilia sunt, plures enim contrarium responderent, vt bene aduertit Angel. Aretin. *in §. vlt. ad fin. Institu. de vsufruct.* In patre autem legitimo administratore sine dubio non procedent ex verbis huius l. *& l. cum oportet.* cum hæc iura patri plenissimam deferant potestatem in aduentitiis filiorum, ac si vere dominus esset: nec enim causa patris tā separata est à causa filij, vt est inter alios proprietarios & fructuarios. & ita colligitur ex *l. fina. §. sin autem æs alien. infr. tit. primo,* & ex ijs, quæ *supra* diximus per gl. & Dd. *in l. cum oportet, §. non autem, verb. mobiles.* sic emphyteuta areæ poterit ibi ædificare, secundum Bald. *in l. 1. C. de iure emphyteut.* & ibi Iason *num. 99.* & Cæpol. *de seruit. rustic. cap. 22. num. 10.* idque suadet natura emphyteusis, & quia ædificium aliquando tolli poterit, resque ad antiquā speciem reduci, vt ita vitetur
53 obiectiones. Sed omittendum non fuit, quod vides apud IC. *in d. l. 68. ff. de vsufruct. in illis verb. etiamsi eo loco aliter vti non possit.* de quo posset dubitari ex multis, & gl. ibi dubitat ex reg. *l. sec. ff. de iurisd. om. iud.* qua habetur, concesso vno venire omnia necessaria ad illud, quod in hac materia dicit tex. à quo maior dubitandi ratio erat *in l. prima, §. vsufru. & versic. seq. ff. si vsufr. petat.* sic in seruitute, bonus text. *in l. tertia, §. fina. ff. de seruitu. rusti.* ideo gl Alb. Bal. Ang. Fulg. ibi, respondent, decisionem illius l. in vsufructuario procedere ex natura rei, & reg. iuris, qua habetur, nō consistere vsumfructū mutata forma rei, *l. quinta, versic. rei mutatione, ff. quib. mod. vsufruct. amit.* quæ solutio recepta est secundum Ias. *in d. l 2. ff. de iurisdict. omn. Iud. nu. 24.* vbi Curt. eam communem dicit, subdens, quod in his versatur maxima difficultas, quam Bar. noluit gustare. Ipse autem Curt. *n. 59* improbat solutionem, seu rationem glo. & Dd dicens, quod forma rei consistit in consummatione, iuxtā *l. si us qui quadringenta. §. quædam. ff. ad l. Falci.* Ideoq; secundū eū non potest dici in *d. l* 68. mutari formā rei, quando agitur de ædificio inchoato consummādo. & ita post eum Coras. statim citandus. Quæ obiectio fragilis erat, vt ob eā à communi interpretatione recederetur. gl. namque & Dd. nō loquuntur de forma, vt accipitur *in d. §. quædā*, sed *formam* appellant ipsam figuram speciem rei; & ita in his terminis loquitur text. *in l. fina. ff. de vsu & habita.* quo tollitur argum. Curt. & Coras. argumentum à forma, & ita accipitur *in l. proponebantur. 76. in fi.* cum gloss. *ff. de iudic.* Curt. autem ipse aliter intelligebat, dicens contra gloss. & Dd. facilius esse concedendum fructuario nouum ędificiū extruere quam inchoatum consummare, citat text. *in l. pen. & l. æquissimum, §. si tamen. ff. eod.* assignatque nouam rationem differentiæ, quia vbi ædificiū erat inchoatū, forte habebit proprietarius aliam industriam, diuersamq; intentionē, cui nō responderet industria, vel intentio vsufructuarij. Sed hæc interpretatio Curtij nō † est tuta, quia sicut leges illę negāt vsufructuario perficere opus inchoatū, ita etiā negant de nouo ædificare, & ita Angel. ibi; & est tex. *l. 7. versi. pen. ff. de vsufr. ibi, ædificiū ponit.* Specialiter autem ædificare permittitur, gratia fructuum colligendorum, & ita procedit *l. pen. & d. §. si tamē, l. æquiss.* secundum Alber. & Ang. *in d. l. pen.* & ita glo. *l septima, versicul. hac ratione, ff. eod.* Cæpol. *de seruitut. vrban. ca. 39. num. 5.* & ita aperte distinguit text. *in d §. si tamen.* Sic alibi expensæ gratia fructuum fauorabiliores sunt, quam

54

gratia

gratia ipsius rei. gloss. *fin in princ. in l. fundo, ff de rei vendic. ibi, de impensis fructuum, dicas semper ex fructibus deduci.* probat tex. *in l. fundus, qui 52. ff. famil. erciſc. ibi, nullus casus interuenire potest, qui hoc genus deductionis impediat.* commendat Pau *in l. fructus, C. de actio. empt. in fi.* declarat Noue. *de dote, part. II. num. 16. versic. assumo.* late Tiraquel. *de retract. ligna. §. 15. gloss. 1. in princ.* facit *l. generali, §. Lucius, ff. de vsufruct. legat.* vbi *Villam colligendis & conseruandis fructibus necessariam ædificauit.* De his etiam impensis & ædificiis loquitur *l. diuortio. §. vlt. ff. solut. matrim.* & ibi Dd. Ostendimus non esse tutam resolutionem Curtij, nunc vero ostendo, quod non tollit difficultatem: dubitatur enim, cur in illa l. concesso vno, negatur aliud necessarium ad illud, cum IC. dicat fructuarium non posse consummare ædificium, etiamsi loco aliter vti non possit, quæ difficultas non tollitur ex dictis Curtij. Coras. *lib. 1. miscel. cap. 6.* refert Curt. eiusque rationem 55 *supra* relatam improbat, eo quod potuit esse vsusfructus relictus in testamento, cum sæpissime iura loquantur de vsufructu ex testamẽto, morte autẽ testantis cessat eius intẽtio & destinatio circa ædificiũ, & ita cessat ratio Curtij, qui tamen posset replicare, quod eadem voluntas spectanda esset, sequentis proprietarij. Ad difficultatem respõdet Coras. posse vsufructuarium ædificare, vbi aliter non posset vti suo vsufructu, per tex. *in d. l. aquiss. §. sed nec.* & ita cessare oppositionem ex reg. *d. l. 2. ff. de iurisd. omn. iud.* At secundum eum *in d. l. vsufructu. 68.* potest fructuarius vti iure suo, licet non vtatur eo loco, in quo erat inchoatum ædificium. Idem nouissime scribit Ludou. Caron. *lib. 1. vers. ca. 5. in fin.* & Costal. *in aduersar. vel anno-* 56 *tat. ad Pandec. in dict. l.* Sed dum hi Nouiores scribunt, quod in illa l. dabatur vtilitas absque loco ædificij inchoati, nõ obscure sentiunt, posse vsufructuarium perficere inchoatum, quãdo aliter vsusfructus esset omnino inutilis, & ita limitaretur text. ibi, quod multis confirmari posset. Sed contrarium in terminis colligitur ex gloss. ibi, referente Azo. & expressim contradicit ibi Angel. notans, quod licet omnino esset inutilis vsusfructus, nõ magis posset fructuarius ædificare, & pro hac sententia stat text. *in d. l. quinta, vers. penult. ff. quib. mod. vsufru. amit. & in l. septima, versic. pen. ff. de vsuf.* vbi IC. loquitur indistincte in vsufructu areæ, quæ aliquando dicitur in vrbe, vel oppido, vt colligitur ex textu & gloss. *in leg. 1. ff. de seruitut. vrban. præd.* At in vrbe area sine ædificio nullius esset vtilitatis †, secundum communiter accidentia. Itaque vult text. non posse fructuarium mutare speciem rei, ædificando, vel aliud faciendo, etiamsi vsusfructus maneat sine vtilitate. Et idem videtur tradere IC. *in d. l. vsufructuar. prima.* & ita sustinetur cõmunis ratio ad *d. l. vsufructuar. secunda.* Alia enim necessaria concedentur fructuario, dum tamen non mutetur species vel forma rei, in qua constituitur vsusfructus: mutare enim rem esset excedere ius vsufructuarij, vt docet IC. *in d. l. vsufructua. prima, ibi, non tamen id iure suo.* Ex eadem resolutione communi cessat obiectio *d. l. primæ, ff. si vsusf. pet.* & aliorum iurium. Et est notandũ, quod illa prohibitio æqualiter fit proprietario, sicut vsufructuario, vt patet ex *d. l. 5. in fi. ff. quib. mod. vsufru. amit. & d. l. 7. vers. hac ratione, & l. equiss. 17. §. pen. versic quod Labeo. ff. de vsufru.* melius ex textu *in l. final. ff. de vsu & habit.* qui loquitur etiam vbi ex opere res melior efficeretur, sicut de fructuario dicit textus *in d. l. vsufructuar. 1.* Vnde cauebis à verbis Alber. *in d. l. fina.* qui contrarium videtur sentire. Sed vltra gloss. & Dd. ad *d. l. 68.* difficultas non leuis 57 poterat considerari ex *l. Diuus. ff. de vsu & habita.* vbi cum vsus multo minus contineat, quam vsusfructus, vt *in princ. Instit. eod. tit.* tamen relicto vsu syluæ, inquit text. *vsumfructum quoque legatum videri.* subditque IC. rationem, quæ aduersatur decisioni dictar. ll. *quia nisi liceat legatariis cædere syluam, & vendere, quemadmodum vsufructuariis, licet nihil habituri essent ex legato.* Vides igitur ibi, ne relictum maneat inutile, extendi de minori ad maius, contra proprietatem verborum. Ideoque *decis. d. l. Diuus*, non immerito extollitur à Dd. vt tradit Iason *in l. 1. num. 1. ff. de eo quod cert. loc.* idem Iason *in l. quoties, num. 1. ff. de verb. oblig.* Areti. *in l. quod in rerum, §. 1.* & ibi Iaso. *num. 12. ff. de legat. 1.* Tiraquel. *de retract. conuen. §. 3. gloss. 1. num. 28.* † Sed quo ad *d. l. vsufructuarius*, non obstat *l. Diuus*, quia in hac licet amplietur verbum, tamẽ nõ

mutatur rei forma vel ſpecies, & ita non offenditur reg. *dict. l. 5. ff. quib. mod. vſusfr. amit.* Aduerto etiam quod Aretin. Iaſ. *in d locis*, & Alciat. *in l. 1. §. ſi quia ita, num.* 32. vel 37. ſecundum diuerſas editiones, *ff. de verbor. obligat.* adducunt *d. l. Diuus*, tanquam difficilem, contra nonnulla iura, quibus aliquando legatum corruit, ne verba extendantur, & ſic intelligunt in illa l. verba extendi, ne
† actus irritetur. Sed verius videtur dicẽdum quod ibi non timetur, nec vitatur nullitas: licet enim maneret legatum vſus, vt verba ſonabant, non erat relictũ nullum, nec actus caret iuris effectu, ſed facti vtilitate. vtilius autem redditur intelligendo vſumfructũ relictũ cẽſeri.
58 Nec omitto quod gl. *in d. l. Diuus*, intelligit ſyluã, de qua ibi, eſſe in loco remoto, alias non foret legatũ inutile, nec verba extenderentur: quia vſus ſyluæ propinquæ vtilitatẽ adferret: & ita Alber. ibi, & nouiſſime Coſtal. *ibi in ſuis Annotationib.* Angel *in l. arboribus, ff. de vſufr.* Fab. & Angel. *in §. 1. Inſtit. de vſu & habita.* quod vt receptum tradit Bellon. *conſ. 49. num.* 11. Cæpol. *de ſeruitut. ruſtic. ca. 22. num. 9. in fin.* Socin. Nep. *conſ.* 106. *num. 6. lib. 1.* idque probat Fulgoſ. *in d. l. Diuus*, dicens text. ibi mirabilem, quia vſus eo caſu nunquã videretur prorſus inutilis. Ego aduerto hanc interpretationem communem reddere deciſionem minus dubitabilem, fateor enim, ſi intelligas ibi ſyluam remotam, quod inutilius eſſet legatum, & magis militaret ratio text. Sed diuinatorium eſt ſubaudire ibi ſyluam eſſe remotam, nec facile eſſet decernere, quando diceretur propinqua, & ſic communis interpretatio diuinatoria eſt, & reddit l. deciſionem incertam. Vnde videtur verius intelligendum ſine diuinatione, ſecundum tenorem literæ, vt ea deciſio procedat ex natura rei, nõ ex longinquitate loci. Si enim rem attendas, communiter vſus ſyluæ minime affert vtilitatem ei, qui ligna non poſſet cædere & vendere (vt negatur vſuario) & licet aliquid vtilitatis afferre poſſet, ea cẽrte ita minima eſſet, vt nulla cenſeri debeat, iuxta text. *in princ. Inſtitut. ad l. Falcid. ibi, pro nullo, aut minimo lucro*, maxime, cum & vſufructuarius ſyluæ grandes arbores cædere nequeat, vt *in l. 12. ff. de vſufr.* vt ſtatim. Quãto igitur minoris vtilitatis eſſet vſus ſyluæ, cum etiã vſusfructus ſtam reſtrictus ſit? Quæ omnia iuuantur ex eo, quod communiter ſyluæ ſunt remotæ ab oppidis, & locis, in quibus homines habitãt. facit etiam quod aliàs ex qualitate perſonæ in eadem materia, ad ampliandum relictum vſus habet text. *in l. plenum. §. equitij ff. illo tit.* Atque ita deciſ. *l. Diuus*, iuſtificatur vltra Scrib. à quib. circa eandem l. deuiat Connan. aliquid tangens, *lib. 4. c. 5. fol. penult.* Conferendo vſumfructum 59
patris ad alios, infertur octauo ad quæſtio. cædendi ligna & arbores, de qua in fructuario, habetur *in l. item ſi fundi* 10. §. *fin. & l. ex ſylua* 11. *cum ſeq. & l. æquiſſimum.* 17. §. *fructuarius. ff. de vſufruct.* De viro in bonis dotalibus, *l. diuortio. §. fundum. ff. ſolu. matrim.* cum aliis, vt per Bart. Paul. Alex. & alios ibi & de conductore fiſci. *l. in fraudem.* 45. §. *conductor. ff. de iu. fiſc.* omitto alios minus iuris habẽtes, in hoc *d. l. ex ſylua*, diſtinguit inter ſyluã cæduã & non cæduam. ex iuribus autem *ſupra* citatis, maxime ex *d. §. fructuarius, & §. cõductor. & in l. ex ſylua* 30. *ff. de verb. ſignif.* & ibi Alciat. colligitur, ſyluam non cæduam appellari, quæ habet arbores frugiferas, quæ ſine incommodo rei cædi non poſſunt. Colligitur etiam ex Dd. ſyluam non cæduam appellari, quando arbores cæſæ non renaſcuntur, vt tradit Paul. à monte Pico *in §. Titia cum nuberet. num.* 115. *ff. de lega.* 2. & Sigiſm Lofre. *conſ. feud.* 29. In eadem re poſt *d. l. ex ſylua.* ſequitur *l. ſed ſi grandes.* quæ indiſtincte habet, non poſſe fructuarium grandes arbores cædere. Angel. autem & Dd. *in d. l. ex ſylua.* Picus & Lofred. vbi *ſupra*, Alex. Pariſ. & fere omnes ſtatim citandi, aperte intelligunt *d. l. ex ſylua & arborib. ff. de vſufr.* & alia iura, etiamſi vſusfructus ſit tantum ipſius ſyluæ: nam ſi aduertas ad *d. l. ex ſylua, cum ſeq.* quæ negant omnino facultatẽ vendẽdi, & nullã inciſionem arborum permittũt, niſi ad vſum rei, nimis reſtrictus eſſet talis vſusfructus, & fere nullius vtilitatis: maxime, quando fructuarius non haberet rem, ad cuius vtilitatem vti poſſet lignis ſyluæ. Ego autem contra Scribent. intelligo reſtrictionem *d. l. ex ſylua, cum ſeq.* procedere, vbi vſusfructus principaliter erat alterius rei, cui ſylua accedebat, ideoque minor vſus in ipſa ſylua conceditur. Quod ſi vſusfructus ſpecifice in ſylua conſtituatur,

non

non tam strictus erit, imo vltra vsum rerum cædere & vendere licebit, vt probat text. *in l. Diuus. ff. de vsu & habita.* & in terminis id probat text. *in d. l.* 10. *ad fin. ibi, nisi forte, ff. de vsuf.* vbi gloss. id aduertere videtur, licet eadem glos. variet *in d. l. ex sylua.* Quæ resolutio rationem habet, amplius enim ius resultare debet ex concessione specifice & principaliter facta, quam ex generali & accessoria. Itē in vsufructu specialiter in sylua constituto, si negares facultatem cædendi & vendendi, inutilis redderetur vsusfructus, non ita, quando constituitur in vinea, vel alia re, cui sylua accedit, quod iuuatur ex consideratione IC. *in l. fundus qui locatus, ff. de vsufr.* gl. & Bart. *in l. pediculis, §. cū quæreretur, ff. de aur. & arg. leg.* Et in hunc sensum verius loquitur *d. l. ex sylua, ibi, in vineam. & d. l. arborib. ibi, quantum ad villæ.* ex quib. colligitur ibi, vsumfructum principaliter sylvæ non esse, ideoque non tam amplus vsus conceditur. Ex his intelligi potest text. † *in d. l. sed si grandes. duodecima, ff. de vsuf.* quam Angel. & alij, & Alcia. *d. l. syluacædua, num.* 3. & alij communiter intelligunt, cum gloss. ibi, *& in l. seq.* de sylua non cædua. At IC. ibi indistincte loquitur, & continuatiue, post *d. l. ex sylua.* quæ de cædua & non cædua agit; & sic diuinatorium esset, & contra reg. *l. iam hoc iure, ff. de vulg.* restringere d. l. ad arbores frugiferas tantum. quod aliqualiter videtur aduertere Fulg. meliusq; intelligitur secundum terminos proxime notatos, quod vsusfructus principaliter sylvæ non erat. Si enim ibi tantum ageretur de arboribus frugiferis, vel non cæduis, non oportebat solas grandes arbores excipere. In eodem articulo variant Dd. circa arbores non frugiferas: alij enim eas *cæduas* appellant, si renasci possunt, licet longo tempore: ideoque eas in fructu esse dicunt, posseque vsufructuarium indistincte eas cædere & vendere, vt tradit Alex. *cons.* 118. *n.* 3. *& num.* 7. *lib.* 5. & ita Curt. Sen. *cons.* 70. *nu.* 8. *ad fin.* Paris. *cons.* 111. *num.* 32. *lib.* 1. qui hoc vt receptum asserunt. Sed Picus *d. §. Titia cū nuberet. n.* 116. dubitat, & magis probare videtur contrarium: & his non relatis, Arnul. Ruzeus *in tract. de iur. rega. priuil.* 56. *ad fi. vers.* 4. vbi secure intelligit de arborib. quæ cæsæ breui renascuntur, & crescunt: & ita receptū tradit Sigism. *d. cons. nun.* 4. *ibi, non cito, & num.* 6. *ibi, quæ non cito. & nu.* 8. *ibi, non breui.* Et hoc verius videtur, non enim pullulare & renasci dici debet quod annorum multitudinem exigit. arg. *l. antep. ff. famil. erciſc. ibi, tam difficilis, & l.* 1. *§.* 1 *ff. de flumin. vers. si tamen.* ad frequentiora enim iura adaptantur. Quibus vtiliter præmissis 63
in fructuario, eadem videntur Dd. indistincte applicare ad patrem legitimum administratorem, vt scribit Angel. *in l. si. §. sin autem as alien. in fin. infr. tit. proxi.* Cæpol *de seruit. rust. c.* 22. *de mont. num.* 13. Tiraq. *de retrac. conuent.* §. 3. *glos.* 1. *num.* 22. Ego autem eam æqui- †
parationem non ita indistincte veram puto: video enim ex *supra* dictis iuribus, in hoc articulo restrictum nimis esse ius fructuarij, etiam in his, quæ proprietatem deteriorem non facerent, nec tam amare cum patre agēdum putarem, nec extenderem *d. §. fin. l. item si fundi. & d. l. ex sylua, cum seq.* de fructuario ad patrem legitimum administratorem. Considero enim in alio fructuario aliquando præsumi fraudem, quia, fortasse volet durante suo vsufructu, plus debito vti re cum damno proprietatis, *l. & hæc dist.* 38. *§.* 1. & ibi Bart. *ff. loca.* quæ suspicio cessat in patre, qui omnia præsumitur filiis parare, *l. nihil. ff. de bon liber. ibi, cum omnia, quæ nostra sunt, liberis nostris ex voto paremus. & l. scripto. §. fin. ff. vnde libe.* Nec valet argumen. de alio fructuario ad patrem, cui maior potestas defertur, vt patet ex hac *l. & l. cum oportet.* cum iis, quæ *superius* probaui. Nec obstat tex. *in d. l. fin. §. sin autem, inf. tit.* 1. dicit enim patri non permittendum, vt deteriorem filij proprietatem faciat: ita enim intelligitur potestas ei concessa in aduentitiis, secundum Bald. *hic ad fin. per reg. l. creditor, §. Lucius, ff. manda.* facit in patre *l. generaliter. vers. negocia. ibi, vtiliter, C. de sec. nupt.* Resoluo igitur in patre legi- 64
timo administratore non procedere simpliciter iura loquentia de fructuario: arbitrio enim fructuarij nihil, patris autē arbitrio tota administratio cōmittitur, vt in his iurib. Manebit autē æquiparatio quo ad illud, ne arbores frugiferas cędat, ne alia damnosa faciat. & ita in patre procedat *d. §. fructuarius, l. æquiss. & §. conductor, l. in fraudem.* faciunt quæ *super.* dixi cum Bart. Paul. Alexa. *in l. imperator, ff. ad Treb.* de remouendo patre male admini-

strante. Hinc infero, posse patrem remoueri in hoc articulo, si notabiliter deteriorem reddat proprietatem, cædendo arbores frugiferas, vel simile damnum dando, arg. tex. *in l. & elegãter*, 7. §. 1. *ff. de dolo, ibi, vel ædificia diruit, vel arbores excidit, vel vineas exirpauit. & l. 2 ff. si vsusfr. petat. ibi, arbores deiecisset, aut ædificium demolitus, aut aliquo modo deteriorem vsumfructum.* † Receptum est enim, posse fructuarium repelli ob hanc causam, per text. *in l. hoc amplius, 9. §. vlt. ff. de dam. infect. ibi, eum quoque fructuarium, qui non reficit, à domino vti frui prohibendum.* tradit vt receptum Alex. *in d. l. diuortio, §. si fundum.* Paul. *in Authen. qui rem. num.* 3. & ibi Deci. *n* 5. *C. de sacros. eccles.* Tiraqu. *d. libr. de retract. conuẽ. §.* 3 *glos.* 1. *n.* 22 Ioan. Hanniba. *in l. nemo potest, num.* 168. *ff. de legat.* 1. Molin. *in consue. Paris. §.* 1. *gloss.* 1. *num.* 31. *fol.* 14. Carol. Ruin. *lib.* 2. *consil. vlt. num.* 31. *& seq.* licet enim vsufructuarius cautionem præstiterit, ex qua conueniri posset, id non tollit hoc remedium, secundum Paul. *in d. Authentic.* Idem in Emphyteut. licet eius ius sit perpetuum, videaturque maius: repelli enim potest, si arbores frugiferas cædat, vel rem deteriorem faciat, vt notat Bald. *in d. l. diuortio, §. si fundum.* cuius opinio recepta est (quod plene ostendam) quia Ioan. Imol. & Roma. ibi dubitant. & Iaso. ibi contradicit. & Angel. Aret. & Matthæ. de Afflict. statim referendi, quia etiam dubitat Chass. *in consuetud. Burg. Rub.* 4. §. 6. *ad fin. num.* 18. Sed Bald. sententiam defendit Alex. *in d. §. si fundum.* probant Paul. & Dec. *in d. Authen.* Cæpol. *in d. cap. de montib.* Tiraq. vbi *supra*, Ias. *in l.* 1. *num.* 99. *Cod. de iure emphyt.* Sigism. *cons. feud.* 28. *num.* 3. *& seq.* Aym. *cons.* 300. *num.* 1. *& seq.* Glossat. *consuet. Cathalon. pag.* 120. *n.* 38. *& n.* 41. & Paul. Picus *d. §. Titia cum nuberet, n.* 120. vbi eam dicit communem. & ita fatetur Iason *in d. §. si fundus*, & ita consuluit, vt patet, *cons.* 17. *lib.* 1. vbi vtiliter declarat, *& in d. Authent. qui rem, num.* 6. & Franc. Zoanet. vbi notabiliter ampliat *lib. rer. quotidi. c.* 56. Idque placere debet in odiũ maligne vtentium. Nec enim proprietario esset bene consultum, si vsufructuarius, vel emphyteuta rem deteriorem faciens, nõ repelli posset, cum tempore veritas occultaretur, & difficilis probatio, vel impossibilis redderetur. Ex his cauendum est ab Angel. Aretin. *in §. fin. col.* 2. *n.* 3. *Inst. de vsuf.* vbi indistincte scripsit emphyteutam vel fructuarium, re male vtentem, non repelli, sed conueniri posse actione legis Aquiliæ, vel ex cautione præstita, quod etiã tradit Matthæ. Afflict. *lib.* 3 *feud. in tit. si de feud fuer. controuer. inter dom. & agnat. §. licet vasallus, num* 14. *f. l.* 36. non aduertentes contrarium esse receptissimum. In eadem collatione vsusfructus paterni ad alios, est alia prærogatiua 9. vt pater absque filio per se possit accipere possessionem aduentitiorum ex verbis huius *l. & l. cum oportet.* dum patri administrandi & agendi potestatem deferunt ac si dominus esset, diuersum autem est in alio fructuario, Et hanc differentiam expressim tradit Alberic. *in l. cum oportet ad fin. princip.* probatque eam Boer. *decisio.* 199 *num.* 9. dicens esse speciale in patre legitimo administratore, citatque plures Dd. asserentes, non posse alium fructuarium possessionem accipere, nisi à manu hæredis, vel proprietarij, vt per Alexa. *cons.* 50 *num.* 5. *lib.* 7. Socin. *cons.* 131. *num.* 8. *lib.* 1. qui loquuntur etiam de vsufructuario vniuersali. Et ita Paris. *cons.* 37. *num.* 2. *lib.* 3. & in aliis fructuarijs scribit Roman. *cons.* 312. Boer *cons.* 19. idemque vel receptissimum tradit Aym. Craue. *in l.* 1. *nu.* 142. *ff. de legat.* 1. Et in vsufructuario vniuersali ex testamento, idem fatetur Dec. *consil.* 418. *num.* 3. vbi id limitat in casu vxoris relictæ fructuariæ, quod tamen non est sine dubio, ex Alexand. *cons.* 56. *ad fin. lib.* 3. de quo etiam dubitat Paul. à monte Pico, *in §. Titia cum nuberet. quæst.* 45. *num.* 137. *ad fin.* & in proposito tradit Gozad. *cons.* 21. *num.* 17. *& cons.* 99. Quod autem communiter dicũt Dd. *supra* citati, consonum est iuris regulis. Si enim vsusfructus constituuntur inter viuos, necessaria est possessio ex voluntate constituentis, vel authoritate Iudicis, *l. si ex stipulatione.* & ibi Bart. & Ias. *ff. de acquir. possess.* si autem vsusfructus testamento relinquatur, non potest possessio accipi, nisi à manu hæredis, cum id necessarium sit etiam in rebus plene relictis, in quibus nihil mansurum sit penes hæredem. *l. non dubiũ, C. de leg. & l.* 1. *ff. quor. leg.* postquam vero fructuarius ab hærede vel proprietario possessionem consequitur, actiones exercebit contra debitores, & alia faciet per se, quatenus vsusfructus extenditur, vt colligitur ex Alex.

62

ex Alex. *in d. conſ.* notat Dec. *d. conſi. 418. nu.* 8 Anchar. *conſ.* 3. facit *l.* 1. *§. vlt. cum l. ſeq. ff. vſufruct. quemad. caue.* Hinc patet huic reſolutioni non aduerſari doctrinam Bart. *in l.* 1. *num* 6. *ff. de legat.* 1. dum ſcribit, vſumfructum in teſtamento relictum, ipſo iure legatario acquiri ante traditionem hæredis, vt alia relicta: id enim non excuſat legatarium, ſi accipere velit poſſeſſionem abſque autoritate hæredis, per *ſupra* dicta iura. Et opinio Barto. recepta eſt, ſecundum Alex. *in d. conſilius*, & Alciat. *in l.* 2 *§. & harum. nu.* 51. *ff. de verbo. obligat.* Iaſon *in d. l.* 1. *num.* 62. *cum ſeq.* licet Areti. ibi dubitet, *col. pen. num.* 4 *ad fin.* cui Iaſon ſatisfacit, limitans doctrinam Bartol. vt procedat in legato, non autem in fideicommiſſo: facta differentia inter relictum per verba directa, & relictum per verba obliqua: idque probat Alciat. *ibi num.* 42. Sed Bartol. *d. num.* 6. aperte contradicit, & Iacob. de Nigr. *num.* 145. *ad fin.* & Crauet. *num.* 142. quibus ego accedo reiecta ea verborum differentia, & ita indiſtincte loquitur Bald. *in l.* 1. *ad fin. C. commu. de legat.* Circa iudicialia habet hæc l. poſſe patrem in aduentitijs agere, vt patet ex tex. ibi, *per ſe poſcere*, & eodem modo agentibus reſpondere, vt *in verſic. litem inſerentib. reſiſtere.* Idemq; colligitur ex *l. cum oportet, §. nõ autem, ibi, pleniſſimam poteſtatem.* Qua in re non parum variant Dd. circa modum agendi vel defendendi. Barto. autem hic per verbum, *debet*, videtur innuere neceſſarium eſſe, vt patre agente vel conuento, in aduentitijs, addatur in libello nomen legitimi adminiſtratoris, & idem vult Angel. *hic num.* 7. *ad fin.* quod etiam ſentire videtur Bartol. *in l. pater qui caſtrenſe, num.* 2. *ibi, vt legitimus adminiſtrator. ff. de caſtren. pecu. & in l. ſi infanti. num.* 2. *C. de iure delibe.* idem vt receptum tradit Felin. *in cap. cum olim, colum.* 4. *verſ. quo autem, de teſtib. ibi, debet adminiſtratorio nomine*, & ita Fulgoſ. *hic, numer.* 7. *ibi, verba libelli referenda ſunt ad perſonam filij.* & cum Fulgo. Corn. *hic, numer.* 3. & idem vult Faber hic, & Matth. de Afflict. *libr.* 2. *conſtitu. Rub.* 9. *num.* 12. *ad fin. ibi, formabitur contra filium*, vltra quos omnes addo gloſſ. quæ idem voluiſſe videtur *in l. cum dos.* 7. *ver. nec proderit, ff. de pact. dotal. ibi, filiæ nomine agere.* Et ſubdit Barto. hic, ex communi practica tunc nominari ſolere patrem & filium, idem ſcribunt Salyce & Cor. & vere ea videtur ciuilior agendi forma, quam vſus obſeruat. Dum autem Dd. 64
63 vtuntur verbo, *debere*, videntur innuere (vt dixi) neceſſarium eſſe pro forma libelli & iudicij, vt pater agat vel conueniatur expreſſa ea qualitate legitimi adminiſtratoris. Ego autem veriſſimum credo libellũ, & iudiciũ ſuſtineri, licet ea † clauſula non addatur, nec tam inhærendum eſt formulis in iure odioſis, vt patet in *l.* 1. *Cod. de for ſubla.* quod maxime probatur, quia in proſecutione cauſæ ſemper deducitur, & latius explicatur ius litigantis, & ita conſtabit patrem agere vel conueniri, vt legitimum adminiſtratorem, quæ probatio apta ſuſtinet etiam libellum defectuoſum, ex gloſſ. celebri *in l.* 1. *§. ſi quis argentum. verb. iuranti. ff. de poſſ. ibi, niſi poſtea probetur.* quam Dd. extollunt, vt per Felin. *in cap.* 2. *n.* 4. *col.* 2. *de libel. obla.* notabiliter Iaſon *in l.* 1. *ex n.* 6. *ff. de offi. aſſeſſ.* Idque planius apud Luſitanos, aliaſque nationes, quibus viget ſalubris l. vel conſuetudo, vt iudicetur ſecundum veritatem probationis, non obſtante ineptitudine libelli, vel proceſſus errore, quod iuuatur ex text. notab. *in l. fina §. fin. ff. quod metus cau.* quem notat Bald. ibi: ſentit enim IC. non irritanda acta, quibus ius & veritas conſtat, licet circa ordinem procedendi ſolennia omnino ſeruata non ſint, vt colligitur ex *d. §. fina. ibi. Quamuis non extra ordinem exactionem fieri, ſed ciuiliter oportuit. quæ tamen ſolutioni debitæ quantitatis profecerunt, reuocati inciuile eſt.* De quo agit Iaſ. videndus *in l. à Diuo Pio. §. in venditione, num.* 12. *ff. de re iudic.* Paul. & Alex. *in l. ſi cum nulla, ff. eod.* Ancha. eleganter *conſ.* 212. Dec. *conſ.* 459. *num.* 19. Matthæ. de Afflict. *lib.* 1. *conſt. Rub.* 25. *nu.* 32. Aretin. *in d. §. nihil commune, col.* 2. *numer.* 7. & ibi Rip. *num.* 74. Iacobin. *in l. ſi de vi. in fin. ff. de iudi.* Rebuff. *in* 1. *tom. conſtitut. Gallic. pag.* 131. poſt Iaſ. *in l. iubere cauere, num.* 5. *de iuriſd. omn. iudic.* Tutius igitur eſt, libellum & iudicium ſuſtinere, patre agente vel conuento in aduentitijs, ex mente glo. hic melius ſentientis, *ver. legitimam, ibi, quocunque modo fiat, non eſt ius*, quod nude tangit remiſſiue Chaſſ. *in conſuet. Burg. Rub.* 6. §. 5. *num.* 5. *fol.* 218. Ex quibus etiam tutius puto, vt libellus † & iudicium ſuſtineatur conuento patre, non expreſſo nomine filij præſentis

& maioris infante, de quo statim plenius. Idem etiam puto, vt quamuis filius absens sit, vel infans, possit pater agere, vel conueniri, ex presso homine filij, id est tanquam legitimus eius administrator: nec sit de forma necessaria, vt pater tunc agat vel conueniatur nomine proprio: reiecta differentia Pau. *hic, num. 2. ad fin.* quem sequitur Cor. *num.* 3. Ea enim forma, vt dixi, nec validat, nec irritat processum. Ex verbis huius *l. & l. cũ oportet*, dum patri plenissimam potestatem deferunt agendo & defendendo in aduentitijs, infertur contra gl. quam recte Dd. communiter reprobarunt, dum glo. volebat, non posse patrem procuratorem constituere in causa filij, ante litem contestatam, per *l. neque sup. de procurat.* quæ loquitur de tutore & curatore, nec ad patrem extendi debet, secundum Cyn. Bart. Alber. Bald. Ang. Salyce. Pau. & est communis sententia secundum Fulgo. & Corn. & secundum Imol. *in ca. accedens, nu. 5. de procurat.* secundum Rom. *cons.* 241. *nu.* 10. Mathesil. *notab.* 190. Alex. *num.* 6. & Iason *num.* 4 *in fin. in d. l. neque.* Tiraquel. *in l. si vnquam, in princ. num.* 29. Curt. *in l. præses, num.* 14. *in fin. C. de transact.* Angel. Aretin. *in §. sin autem, num.* 7. *Institut. de satisda.* Rober. Maran. *in l. si actor, num.* 11. *de procur.* Marc. Mant. *libr.* 1. *locor. cap.* 18. & hanc conclusionem extollit Bald. *in cap. fin. num.* 5. *de iur. calum.* licet gl. non bene referat, & hæc recepta opinio non bene restringitur à Fulgo. *hic nu.* 5. nec puto verum, quod tradit Speculat. *de libell. concept. §. nunc videndum, in fin.* vt necessum sit tunc procuratorem agere debere nomine patris & filij simul, licet eum sequatur Imol. *in ca. accedens, num.* 5. *de procurat.* Sed magis sustinebo iudicium, siue procurator agat nomine patris, siue filij, ex hic deductis. Sed in hoc aduertẽdum est, quod quam plures Dd. ex *supra* citatis hoc indistincte asserunt, vt scilicet pater possit agere, & procuratorem constituere, non expectato consensu filij, cuiuscunque ætatis filius sit. Et hoc probare videtur Bartol. *hic, num.* 1. & apertius Bald. *num.* 8. dicens magnos viros contradicere, sentiens de Innocent. vt *proxime* adducam, & hanc sententiam indistincte à nostris teneri, asserit Paul. *hic, num.* 2. *vers. dicit tamen.* & hoc vult Bart. *in l. fin. §. vbi autem, in princ. inf. tit.* 1. & hanc dicit communem sententiam Legistarum Imol. *in l. fin. §. pupillus, num.* 3. *ff. de verb. oblig.* & ibi Aretin. *num.* 5. sed in hoc mira est Dd. varietas: dixit enim Innocen. *in d. cap. accedens, de procurat. num.* 1. non posse patrem sine filio procuratorem constituere, nec agere, nec defendere in aduentitijs, vbi filius est maior septennio, per tex. terribilem, & qui videtur apertus *in d. l. fin. §. vbi autem in vnum, inf. tit. seq. ibi, adhibeatur autem etiam filiorum consensus, nisi adhuc in prima ætate sint constituti*, per quem tex Iustin. mirabiliter restringit potestatem à Constantino hic concessam patri, hic enim nullũ verbũ de consensu filij, ibi autem filij consensus exigitur, & ita ibi not. Cyn. & Salyc. & Ang. & Corn. & ita iudicauit *Decisio* Capellæ Tolos. *qu.* 105. idem consuluit Roma. per illum tex. *d. consi.* 241. *num.* 10. & cum Innocen. ita resoluunt Imol. & Aretin. *d. l. fina. § pupillus, ff. de verb. oblig.* vti Aretin. *ad fin.* dicit, non posse responderi ad illum text. per quem ita etiam tradit Alberi. *in l. si longius, §. si filius, num.* 4 *ff. de iudi.* & ita concludere videtur Paul. *in illo num.* 3 *& seq.* & Fulgos. *num.* 4. & est in hoc summe notab. text. ille secundum Roma. *d. cons.* & possent per eum irritari plures processus, deficiente consensu filij, secundum Fulgos. Angel. & Corne. ibi, quod etiam colligitur ex Pau. ibi. *nu. 5. ibi. quod iudicium sit nullum*, & ita cum Innocen. asserit Ang. *in §. actiones autem, nu.* 4. *Institut. de actio.* quod etiam probare videtur idem Angel. *in §. pupillus, num.* 7. *Institut. de inutil stipula.* Vnde, si bene attendas, hæc videtur receptior opinio Legistarum & Canonistarum, quicquid Imo. & Aretin. dixerint *d. §. pupillus*, & Aufred. *in addit. d. decis. Capell.* Et vere text. *in d. §. vbi autem*, videtur omni solutione maior, & mire restringit (vt diximus) potestatem in hac l. patri cõcessam, ad quod non aduerterunt Alex. & Iason *d. l. nec, C. de procur.* Curt. & plures *supra* citati. In quo articulo, quia frequentissimus est, & maxime animaduertendus, illud pro Innocent. vrget, quod *d. §. vbi autem*, vt posterior, potuit addere & detrahere huic l. Vnde, si contra Innocent. arguas, ex hac l. facilis est responsio ex nouiore constitut. Iustiniani *in d. §. iuxta, l. non est nouum, cum seq. ff. de leg.* maxime, cum hæc l. aperte non excludebat consensum filij, quem ibi Iustin. exigit. Nec placere

65

66

potest,

potest, quod quidam tentabant, quos merito improbant Salyc. & Corne *in d. §. vbi autem*, dicebant enim hanc l. procedere in maternis, illum vero textum in alijs aduentitijs: par enim ratio est regulariter in his omnibus iam æquiparatis in *l. cum oportet*. Cum autem Barto non obstantibus verbis, *d.* §. audacter asserat, non esse necessarium consensum filij, minus placere potest, quod ipse respondet ad illum §. dicit enim cum Iac. Butr. vt dum text. exigit consensum filij, intelligatur filius consentire tacite, & sic vbi non contradicit, quod tamen satis videtur contra literam textus, ibi, *adhibeatur etiam filiorum consensus*, quæ verba non possunt applicari taciturnitati, vel patientiæ, maxime in filio impubere. Aduerto etiam, quod in constitutione procuratoris, verior videtur sententia Bart. eamque receptiorem puto, vt sine filio possit pater procuratorē constituere in aduentitiis, per hanc l. cui in hoc Iustin. nihil addit *in d.* §. in quo tantum loquitur de iudiciis, vt patet ibi, *suscipiat actiones, & moueat*. quod rectius videtur aduertere Bal. *ibi num.* 1. quem probare videtur Pau. *num.* 4. & Marant. *d. l. si actor. num.* 11. & Alex. *hic ad Barto* & in hoc rectius dixissent Imol. & Aretin. opinionem Cyn. & Bart. communem esse, & ita saluo assertionem Paul. hic, asserentis communem esse nostrorum, contra Innoc. & consequenter cauendum est à Cor. hic, & ab omnibus fere alijs *supra* citatis, miscentibus articulum constituēdi procuratoris, cum articulo agendi vel defendendi in iudicio. Quæ tamen diuersa sunt, vt patet re ipsa, cum autem huic l. non addatur aliquid à Iustinia. circa procuratorem, non est mutandum, quod expressim non corrigitur, vt *l. præcipimus, C. de appellat. cum vulgar.* possetque considerari pro ratione differentiæ maius periculum in agendo vel defendendo, quam in constituendo procuratore, vt sic cautius agatur in eo, in quo maius periculum vertitur. Circa illum §. & in hoc articulo, ob varietatem Dd. tædioso, licet quotidiano, aduerto duriora esse verba Iustinia. ibi, dum inquit, *adhibeatur consensus*, quam si simpliciter diceret, *consentiente filio*, verbum enim *adhiberi*, aperte significat consensum expressum, de quo constare debeat extrinsece: nec verificatur in taciturnitate vel patientia, ex notat. *in l. 2. §. volunt item, ff. solut. matrim.* Fateor autem (si text. ille non staret) æquiorem videri Bart. opinionem, ne pater legitimus administrator, filij consensu egeret, maxime ante virilem ætatem quo magis miror decisionem illius tex. iuncta communi omnium interpretatione. Quid enim iuuabit consiliū, vel consensus filij impuberis, vel etiam puberis ante virilē ætatem? malus enim consultor erit minor, iuxta *l. 1. ff. de minor. & l. fi. C. de legit. tuto*. nec tam stricte agendum videbatur cum patre, de quo lex omnia confidit. Vnde ob authoritatem Bart. & æquitatem eius opinionis, admittenda videretur quælibet responsio colorata ad d. §. ne rigor eius iniquus reddatur: ne etiam processus facile irritentur, quod esset Reipub. incommodū. Cogitabam igitur, an posset responderi ad illum tex. vt loquatur de consilio, non de necessitate, vt aliquando Scrib. respōdere solent. Sed non placet, quia verba illa, *adhibeatur etiam consensus filiorum*, necessitatem designare videntur, iuxta *l. nō dubium, C. de legib.* Cogitabam etiam, an specialiter text. ibi intelligi debeat in hæreditate aduentitia, de qua agebatur *in ea l. & §§. ante illum*, non de alijs aduentitijs, vt pungere videtur Corn. *hic, col. 3. ante num. 3. versi. sed tu*. Posset que aliqualiter comprobari hæc differentia, eo quod in hæreditate, etiam iure antiquo, non poterat pater sine filio adire vel repudiare, vt *in l. is qui heres. §. fin. ff. de acquir. hæred.* sed quod non erat in alijs aduentitijs, vt per glo. & omnes ibi, & est notissimum. Et in noua rigidaque decis. illius §. posset forsan admitti hæc restrictio; quæ tamen non placet, quia par ratio videtur in omnibus aduentitijs: ideo cogimur imitari ingeniosum doctissimumque Soc. qui sępe cogitandum reliquit, vel dicendum cum IC. *in l. prospexit, ff. qui & à quib.* sufficere ita l. scriptam esse, & quod IC. ait *in l. non omnium, ff. de legibus*. Illud autem ex Scrib. in hoc mihi placet, vt licet textus ille exigat cōsensum filij, si tamen non habeat causam contradiçendi, valeant quæ pater sine filio gesserit, vt sentit Angel. *d. §. vbi autē, si quam iustā causam*, & Pau. *n. 5. ibi, causam contradicendi*, & ita apertius Fulg. *ibi, n. 3.* quod iuuatur ex decis. tex. *in l. si cum dotē, §. eo autem tempore, in fin. ff. solut. matrim. ibi, si pater sit, cui omni modo consentire filiam*

filiam decet, & ibi, *filia leuis mulier, vel admodum iuuenis*, & ibi, *potius patri acquiescere P. ætorem oportere*, conducũt quæ vtiliter tradit Palac. *in repe. Rubric.* §. 22. *colu.* 2. *in eod. artic.* Placet etiam, quod eleganter considerat Imol. *in d. l. fina.* §. *pupillus. ff. de verb. oblig. num.* 3. *in fi.* vt opinio Innocen. & decisio illius tex. exigens consensum filij, procedat tantum, cum agitur de proprietate, quæ filij est, vel esse potest: secus autem, si agatur de vsufructu, qui patris est, vel esse debet, quod etiam sensit Angel. ibi. idemque ex Speculat. & Ang. videtur probare Fulgos. *hic, n.* 5. *in art. procuratoris constituend.* Et Aufre. *in Addi. Capel. d. q.* 115. & Corn. *hic, col.* 3. *in princ.* quod probatur, quia alias deterioris conditionis esset pater in suo vsufructu, quam quilibet vsufructuarius extraneus, contra iuris regulas & rationes, de quib. *sup.* iuncta reg. *l.* 1. §. *vlt. cum l. seq. ff. vsufru. quemad. caue.* Tandem in hoc articulo omnes, nemine dempto, intelligunt text. *in d.* §. *vbi autem, in verbis, prima ætate*, vt intelligatur de filio minori septennio, vt sic ex rigore illius textus exigatur consensus filij, cum maior spetennio est, omnes ibi. Innocent. Aretin. decis. Capel. Roma. & reliqui *supra* citati, Fulgo. Ang. hic & omnes. Quorum fundamentum esse videtur, licet non exprimant ex eo, quod alias prima ætas à Dd. intelligitur de infantia vsque ad septennium, secundum gloss. celebrem, *in præm. 6. Decret. verb. perfectus.* Ego autem contra omnes verius puto Iustinian ibi non de infantili ætate tantum, sed de pupillari, vsque ad 14. annum sentire. Nec est l. aliqua, quæ cogat primam ætatem, tantum intelligi vsque ad septennium, licet prædicta glos. magistraliter ætatem hominis multifarie diuidat. Licet etiam aliqua differentia sit in multis articulis, inter infantem & aliquanto maiorem ante pubertatẽ, quod non negamus. Sed cum textus ille de prima ætate loquatur, & innuat post eam necessarium esse patri consensum filij, intelligo post pubertatem, vt ibi ad minus tota ætas ante pubertatem dicatur prima, nec in ea requiratur filij consensus, quod mihi fit verisimile. Primo, quia ante pubertatem nullum consilium filij esse videtur ex *l. vna, C. de fals. monet. cum vulgar.* Videturque ridiculum in patre exigere consensum filij impuberis, cum in tutore non exigatur in iudicijs, nec in bonorum administratione, vt *l.* 1. §. *sufficit*, & ibi Bart. *ff. de administra. tuto.* de quo proxime latius. Suadetur etiam hęc interpretatio, eo quod tota hæc ætas vnico nomine *pupillaris* appellatur, eodẽque nomine & iure censetur *l. moribus. ff. de vulga. & pupill.* & bonus text. *in princip. Instit. de pupil. substit.* idemque colligitur ex IC. *in l. pueri.* 214. *in fin. ff. de verb. sign.* & ibi notat Alciat. & Spiegel. *in Lexic. iuris, verbo, puer.* Ideoque à natiuitate ad pubertatem pariter negatur facultas testandi. *l. qui ætate. ff. de testament.* & intra eam ætatem pariter datur, & durat tutor, *l.* 1. *ibi, propter ætatem suam. ff. de tutel.* & interim pupilli pupillaque pariter appellantur, vt *in princip. Instit. quib. mod. tut. fi* Sed & intra eandem ætatem minor testimonium ferre non potest. *l.* 3. §. *l. Iulia. cum gl. ff. de testib.* intra eandem ætatem, nec in causa spirituali quis auditur. *cap. fin. de indic. in 6.* Quibus iuribus patet, *puerum & puellam* proprie dici à natiuitate vsque ad pubertatem, licet docendi gratia & ad aliquos effectus aliquando fiat diuisio illa infantilis & puerilis ætatis Imo non putarem absonum intelligere text. *in d.* §. vt illa verba, *prima ætas*, intelligantur de plena pubertate, vt alias accipitur *in l. Mela: vers. certe. ff. de alimen. & cibar. lega. & l. cum filio. ff. de lega.* 3. *& l.* 1. §. *pueritiã. ff. de postul.* quibus iuribus *pueritia* accipitur in varijs casibus, non solum vsque ad pubertatem ordinariam 14. annorum, sed etiam vsque ad 17. & 18. annum. Cũ igitur hæc nomina ætatis ambigua sint, per illa iura & per alia, quæ adducit glo. *in d.* §. *pueritiam.* rationi consonum videtur, vt ita *prima ætas*, intelligatur *in d.* §. vt minus aduersetur ei quod dixerat idẽ Iustinian. *in l. cum oportet.* §. 1. dum patri pleniſſimam concedit potestatem, vt etiam non tam stricte cum patre agatur: tum etiam quia frustratorium esset impuberis consensum expectari. Ex quibus noua hæc opinio verisimilis & æqua 67
videtur. Ex *supra* dictis patet longe maiorem esse potestatem patris legitimi administratoris, quam tutoris. quod cõstat ex multis *supra* traditis, & *inferius* tradendis. probat Iason *in l. filius famil. num.* 9. *ff. qui satisd. cogantur.* Tiraq. *in l. si vnquam. in princ. ex nu.* 29. ideoque reprobatur argumentatio glo. hic, de tuto-

re ad

re ad patrem. Infertur etiam, non teneri patrem satisdare, quando tutor à satisdando excusatur, vt colligitur ex glos. hic, melius ex glos & Bart. *in d.l. fina. §. vbi autem, infr. tit.* 1. & est ibi communis resolutio. & *in d.l. filiusfamil.* Vnde cauēdum est ab Angel. Aretin. *in d. §. sin autem, num. 9. in fin. Instit. de satisda.* glos. autem *in d. l. filiusfamil.* circa hoc laborat, quia videt ibi patrem satisdare. Sed illa difficultatem non facit in patre legitimo administratore, quia tempore illius l. adhuc non erat hoc ius, quod noue à Constant. & Iustin. postea introductum fuit, secundum veram & receptam sententiam, quam plene probauimus *in prima parte huius l.* Et secundum hæc cauendum est à verbis Lorioti, *de consanguin. Axiom.* 40. *& seq.* dum indistincte scribit patrem satisdare teneri, quærens *cur teneatur, cum tutor ab eo onere excusetur?* quod applicari non potest ad patrem legitimum administratorem, qui agit ac defendit, ac si integre dominus esset, maxime absente filio, iuxta textum *in d. §. vbi autem, l. fina. infr. tit.* 1. Quod autem ibi Loriotus affert pro ratione differentiæ inter patrem & tutorem, non nouum est, sed glos. & omnium *in dict. l. filiusfamil. in fin. ff. qui satisda. cogan.* Ex his etiam magis cauendum est à Cyno *hic, num.* 2. qui incaute scribit, posse actorem conuenire solum filiumfamil. præsentem septennio maiorem, per *l.* 1. *§. sufficit, ff. de administrat. tuto.* Quo errore labi videtur Corn. *hic, num.* 3. *ibi, alias pater.* nec bene Paul. & Corn. hic citant Bartol. *in d. §. sufficit.* Labuntur autem ij doctiss. patres, arguendo de tutore ad parentem legitimum administratorem: & eo magis, quod putant posse quem in ius vocare filiumfam. septennio maiorem in aduentitijs, cum per hanc *l. & l. cum oportet, & l. fin. tit. sequent.* exercitium actionis & defensionis, ad patrem spectet. Cauendum etiam est ab eis, & ab alijs alibi citantibus text. & Barto. *in d. §. sufficit,* non enim IC. ibi permittit posse citari impuberem solum, sed cum tutore: quo casu in effectu tutor ipse citatur, vt rectius intelligit glo. *in l. 2. ff. de condict. furt.* & glo. *in l. nec impub. ff. de in ius voc.* quam Paul. ibi male refert. Cauendum magis est à Bar. *in d. §. sufficit, n.* 2. dū putat pupillū infante maiorē solū citari posse, quod etiā probare videtur Specu. *de libel. concept. § nunc videndum, nu.* 10. & Pau. *d. l. nec impub.* & aperte Matthæ. de Afflict. *decisio.* 262. *nu.* 2. Verior enim & receptior sententia est, non posse impuberem sine tutore citari, manifestaque ratio repugnat, quia pupillus ad citationem non attendet, nec tutorē vel defensorem certiorabit, ætas enim illa quod videt, ignor. quod in terminis pro tex *in l. 5. §. 1. ff. quib. ex caus. in possess. ibi, aduocandi sunt tutores pupilli.* Ad idem facit *l. contra pupillum* 54. *ff. de re iudic.* vbi Paul. ita melius sentit, & Alexand. ibi, licet rem inuoluat: & ita contra Barto. iudicatum fuisse asserit Imol. *ibi, in fin.* & ita resoluit Bald. *in l. fina. ante num.* 1. *C. si prop. pub. pensita.* Et cum eo Iacob. de S. Georg. *in dict. l. nec impub. num.* 2. & ita resoluit Paul. *in d. l.* 2. *num.* 3. *ff. de condict. furt.* colligitur etiam ex Salicet. *in l. clarum, num.* 4. *C. de auto. præst.* & hanc sententiam receptam asserit Alexand. *in d. l. nec impub. ad fin.* dicens opin. Barto. magis communiter reprobari. Et tandem apud Lusitanos hanc opinionem, quæ verior, æquior, & receptior est, probat *l. Regia libr.* 3. *titu.* 86. *§.* 4. Et hinc cessat in proposito dubitatio Decij *consil.* 429. *num.* 11. Hinc cessat etiam dubitatio Aymo. Crau. *cons.* 225. *numer.* 1. qui articulum non resoluunt. Hinc cauendum est à Panorm. *in cap. tua nobis, num.* 1. *de appellat.* qui parum tute hoc remittebat ad nota. per Bart. *in d. §. sufficit.* Hinc etiam cauendum est ab Afflict. *lib.* 2. *feud. tit. de milit. vasal. qui con. numer.* 35. vbi in pupillo maiore septennio loquitur contra hanc veriorem & receptiorem sententiam, putans eum sine tutore citari posse, & *in dict. decisio.* male citauit Bald. *in l. donatarum, C. de acquirend. possess.* qui potius contradicit, *num.* 3. *ibi, sed solus tutor.* Si autem tutor non citatus compareat pro pupillo citato, sustinebitur iudicium, secundum Paul. & Alexand. *in dict. l. contra pupillum,* & *in dict. l. nec impub.* intelligendo, si tutor compareat ante litis contestationem, vt docte resoluit Imol. *in d. l. contra pupillum.* In quibus terminis non est differentia inter pupillum infantem, vel proximum pubertati, ex Imo. vbi *supra,* ex receptiori sententia contrà Afflict. *d. c.* 1. *n.* 35. Et hoc iuuatur, quia citatio illegitima sustinetur ex cōparitione patris, vt per Alex. *in l.* 1. *num.* 3. *de feriis.* Felin. *in*

cap. 1.

cap.1.num.18.de iudic. idem Felin. *in cap. illud, num 8 de præscript.* Alex.Iaſ.& Dec. *in l.fin.C.de in ius vocan.* Hippol. *in l.de*
68 *vnoquoque, num.43 ff.de re iudic.* Ex verbis huius l ibi, *ſumptus ex fructibus facere*, plane colligitur patrem ex fructibus aduentitiorum filij litis expenſas facturum, quod notat & mente tenendum dicit Barto.*hic, nu.3.* notant etiam Bald. Ang. Corn.& alij, ſubditque Ange.*nu.1.* ſi fructus non ſufficiant, tunc filium ex proprietate ſuppeditaturum expenſas, quod iuuatur ex *l.fin. §.ſin autem æs alien. titu. ſeq.* in quo articulo ſcribit Hiſp. Anto. Gome. *in lib.de contract. cap.15. num.7. ad fin.* differre patrem ab alijs fructuarijs, vt ſcilicet alij non teneãtur expenſas litis facere circa res, in quibus vſumfructum habent,& reſoluit, vt hic text. procedat in habente vſumfructum ex legis diſpoſitione, vt tunc teneatur ad expenſas litis, diuerſum autem ſit in habente vſumfructum ex diſpoſitione hominis, quod ante eum tradit Pau. Picus *in §.Titia cum nuberet, qu.58.ff.de lega. 2.* Gozad.*conſi.94.num.37.* & ante eos ita in terminis reſoluebat Guil. Cun. quem refert & ſequitur Bald. *in l.1.§.1. num.1.*
† *vſufruct.quemad.caue.* quorum Nouiores non meminerunt. Ego autem huic reſolutioni rationem ab ipſis nullibi ſcriptam video, nec ſatis tutum videtur, deterioris conditionis reddere habentem ius à lege, quàm ab homine: contrarium enim colligitur ex traditis ab Alex. *in l.ſi vir, ff.ad leg.Falcid.* Aduerto etiam cõtra Dd. *proxime* citatos, dum agunt de alio fructuario, non videri tutum, quod indiſtincte ſcribunt, eum non teneri ad expenſas litis: finge enim aliquem mouere litem vſufructuario circa vſumfructum tantum, non eſt, cur tunc oneretur proprietarius, cui nulla culpa imputari poteſt in eo, quod aliquis inquietet vſufructuarium, vt alias dicit Bald. *in l.2.C.de liber.cau.* Vnde dicendum eſt, patrem hic ſumptus facere ex aduentitijs, quia omnia penes ſe habet, vt legitimus adminiſtrator, magis quam vt fructuarius, vt in ſimili tradit Alex.*in l.vſufruct.ff.ad leg. Falcid.* Similiter eſt differentia inter patrem & alium vſufructuarium, quia licet lis moueatur circa proprietatem, non filius, ſed pater agere& defendere debet, iux-
† ta hanc *l. cum ſupra traditis.* At alius fructuarius in quæſtione tangente ſolam proprietatem, non ita audietur, vt eleganter reſoluit Ang.*in l.1. § vl.n.1.*& ibi Alex.*num.3.ff.de noui oper. nuncia.* & ibi bene ſentit Pau.Caſtr.*num.1.in fin.* colligitur ex Marian.Soci.*in cap. quoniam frequenter, n.12.verſ.4.opinio.* vt lite nõ conteſtata, quod vt receptum refert Picus *d.§.Titia cum nuberet, num.148.*& ita modificabis quæ paſſim & indiſtincte traduntur à Dd.de poteſtate fructuarij, quẽ dicunt cenſeri procuratorem in rem ſuam, & agere poſſe nomine proprietarij, per *l.1.§. vlt.ff.vſufruct. quemad. caue.* de quo *ſuperius* ſcripſi: idque confundunt Scrib.vt colliges ex laſo.*in d.l.1.§.vlt.ff. de noui oper.nuncia.* nec videtur ex iudicio ãgitato cum vſufructuario præiudicium reſultare proprietario non citato, ſicut è contra, vt *in l.is qui fundum, 31.* & ibi Bart.*ff.de vſufr.legat.* quod inuoluunt Scrib.vt cõſtat ex varie relatis ab Alex. *in l.ſæpe, num.106.ff.de re iudic.* qua in re cenſetur fraus non denunciare litem domino, ſi ei nunciari poteſt, vt egregie notat Bald. *in cap.1.§. ſi vaſallus, in 2.ſi de feud. fuerit controuer. inter dom. & agnat.* Tandem cauendumeſt à ratione Bart.*hic* †
in fin. dum in hoc articulo patrem ad expenſas litis teneri inquit, eo quod habet vſumfructum ex cauſa lucratiua, quod refert Picus, vbi *ſupra*, & Crot. *in l.frater à fratre, num.123.* & Cor. *hic.* Sed debuerunt aduertere vſumfructum diſpoſitione hominis conceſſum ſæpius eſſe ex cauſa lucratiua legati vel donationis, vt *in princ. Inſtitu.de vſufr.& per totum, ff. eod.* & tamen regulariter non tenetur vſufructuarius ad ſumptus extrinſecos extra refectionem rei, vt *in l.hactenus, ff.de vſufr.* Bald.*in l.eum ad quem.C. eod.* de quo latius *infra num.72.* & ſic patet, etiamſi quis habeat vſumfructum ex cauſa lucratiua, non teneri ad expenſas litis motæ circa proprietatem, teneri autem, ſi mouetur circa eius vſumfructum tantum. Dum vero text. hic lo- 69
quitur de expenſis litium, quas pater facere debet ex fructibus aduentitiorum filij, non procedit in ſumptibus factis ad perpetuam rei vtilitatem, ſeu aduentitiorum meliorationem: ideoque filius eorum bonorum dominus, fratribus conferet valorem expenſarum, ſecundum Bald.*in Authentic. excipitur, num.4.* & Paul.*in l.vlt.§.vbi autem, num.7. tit.ſeq.* †

& cũ Bal. Hispa à Castel. *l. Tauri. 46. col. 2.* & Alexand. hæc ad *Bart. verb. expensas*, & Bart. *ad Bal. in l. fin. §. emptor, C. communia, de lega.* estque notandum, quod Bald. indistincte loquitur, eo autem non relato quæstionem tangit Cro. *in l. frater à fratre, num. 124. q. 36. ff. de condict ind.* vbi distinguit, an pater sit diues, nec ne, an plures habeat filios, an sumptuum rationem scripserit. sed ab eius dictis cauendum est, licet colorata videãtur, ea enim ad collationem inter fratres parum seruiunt, & magis est cum Bald. vt regulariter ob ea melioramenta collatio locum habeat, secundum traditionem Dd. *in Authen. ex testamen. C. de collat.* Vide sequentia, & quæ scribo *in l. cum oportet, §.*
70 *fin autem, tit. seq.* Hinc infertur ad quæst. quam tractat Bart. hic ex glo *in l. 1. verb. non sint, ff. de impens. in reb. dota.* quando viro dantur in dotem nomina debitorum, & vir expendit in illis exigendis, an vxor teneatur expensas satisfacere, vel minuant quantitatem ipsam exacta, gl. *in d. loco* indistincte tenet, quod non, Bart. hic indistincte, quod sic. alij non parum variant, gl. dicit singularem Bald. *in l. 2. C. de act. & obliga.* vbi inuoluit quæst. dicit satis dubiam Albe. *in d. l. 1. super glo. nu. 3. vers. vlt.* gl. illam dicit singul. Chass. *in consuetud. Burgu. Rubric. 3. §. 17. fol. 183. colum. 4. vers. quæro.* vbi non discutit, sed tantum refert Bald. hic, sic Iason *in l. si in area, num. 3. ff. de condict. indeb.* extollit glos. sed examen omittit Bald. Nouel. *in tract. de dote.* videtur hanc quæst. omisisse, in qua Corn. hic refert Bene. de Plumbi. dicentem opinionem Bart. contra glos. esse magis cõmunẽ, quod simpliciter refert Cro. *in l. frater à fratre, nu.* 123. & cum Bartol. est Angel. *hic, num. 3.* Corn. autem varie argumentatur, & vlt. loco videtur probare opinionem Bart. Alberic. autem in *d. l. 1.* nihil certum asserit. Bart. ibi distinguit, & sic non tam indistincte recedit à gl. ibi & distinctionem Bart. sequitur Io. Campe. *in tract. de exact. dotis, q. 48.* Ego circa numerum Dd. cauendum puto à Corn. & Crot. ex eorũ enim relatione colligitur receptiorẽ esse opinionem glo. quæ Azon. fuit, eãque
† in effectu probat Bal. *hic, nu. 13. & in d. l. 2. C. de actio & obl. & in l. 3. n. 2. in fin. C. de falsa. caus. adiect. lega. & in l. per diuersas. n. 10. q. 6. C. mand.* & eandem opinionem probat Specul. *lib. 4. tit. de dote post diuor. resti. §. vlt. num. 25. vers. illud etiam.* vbi non leuiter argumentatur pro glo. & eandem probarunt Dyn. & Rainer. quos refert Fulgo. hic, sequens etiam opinionem gl. quam etiam probare videntur Ias. & Chass. vbi *supra*: & sic opinio gl. receptior videtur. Cõtra gl. vero pro Bar. vltra omnes vrgere videtur, quod traditur in titul. de impens. in rebus dotalibus esse restituendam viro necessariam impensam, eamque necessariam appellat IC. *in l. quarta illius tit.* quam vir omittere non potuit: & si omittat, vxori tantundem damnabitur. quod congruit exactioni debitorum: Si maritus enim negligens fuerit in exigẽdo, tenetur ac si exegisset, *l. Mæuia, ff. solut. matrim. & in l. nupta 31. §. quoties, ff. eod.* & ibi Bart. Paul. & alij, & Afflict. *libr. 3. constit. Rubr. 13. num. 6. vers. 2. f. illit.* vnde ex doctrina IC. *in d. l. 4.* videtur necessaria expensa viri hoc casu, & consequenter satisfieri debere viro. Placet tamen opinio gloss. (quam receptiorem puto) cum declaratione Bald. *in d. tribus locis*, vt scilicet distinguatur inter magnam & paruam expensam: in magna procedat opinio Bartol. ne resultet iniquitas, si vir diligentiam necessariam adhibuit, & necessum fuit notabiliter expendere in exactione debitorum; in parua autem expensa tutius procedet opinio & ratio gloss. debuit enim vir cogitare necessario aliquid expendendum esse in exigendis debitis, & hanc Bal. distinctionem probat Iason *in d. l. si in area.* idem *in l. diuortio, §. impendia, ad fin. ff. solut. matrim.* Alex. ad *Batto. in d. l. 1. ff. de impens. litera fin.* & comprobatur ex IC. *in l. omnino, ibi, modicas impẽsas, ff. eo.* & ex ratione IC. *in l. iure succursum, 7. ff. de iure dot. ibi, circumuentus, & ibi, bono & æquo non conuenit.* Qua in re magnam vel paruam expensam non iudicarem simpliciter, sed respectiue attenta quantitate dotis, argum. *l. res bona fide. 54. ff. de contrah. empt.* melius ex *l. Seio*, secundum literam & interpretationem Alberic. *ibi, ff. de in integ. restit.* reiecta vulgari allegatione, vt melius tradit Dec. *in cap. de appellat.* & in proposito ita prudenter instruit Iudicem Alberic. *in l. hactenus, ad fin. ff. de vsufruct.* Tutius etiam procedit opinio gloss. quando nomina debitorum darentur æstimata, quasi tunc videatur distracta alea, ex qua posset resultare lucrum vel damnũ, conside-

rat Bart. *in d.l.1. & in d.l. Mœuia.* facit *l.1. C. de pact. l. de fideico. C. de transact.* Ex quibus non videtur tutum, quod indistincte scribit Alex. *d.l. diuortio, §. impendia, num.3.* dicens *impensam modicam* semper appellari, quæ non concernit perpetuã rei vtilitatem, licet sumptuosa sit, & è contra *magnam impensam* appellari, quę respicit perpetuam vtilitatem rei, etiamsi, quo ad sumptum, modica fuerit, quod probat Ruin. *cons.14. nu. 3. lib.1.* Sed contrarium æquius est, & magis consonum doctrinæ IC. *d.l. omnino, & l. hactenus, ff. de vsufr. & l. incommodato, 17. §. possunt, ff. commod. ibi, naturali ratione, & ibi, modica impensa,* & contrarium consuluisse Paul. Castrens. fatetur ipse Ruin. *d. loco* & vltra eos contrarium colligitur ex Bald. in locis *supra* citatis, generaliter distinguente inter modicas & magnas im-
71 pensas. Ex *supra* dictis autem vtiliter infertur ad expensas, quæ fiunt in bonis maioratus, vel emphyteuticis aliterue restitutioni subiectis, de quo multa dici possent: interim vero non omitto apud Lusitanos nostros l. Regia coniugi deberi partem expensarum, quæ matrimonio constante fiunt in rebus maioratus, vel emphyteuticis, & similibus, quæ non communicantur inter coniuges. sic etiam l. Regia succedens in emphyteusi tenetur conferre fratribus impensas factas in iis bonis, vt *lib.4 tit.7. §. 3. & tit. 77. §.33. in fin. & seq.* vbi approbari videtur differentia nostra contra Alexand. inter modicam & magnam impensam. quod Regnicolę summe notare debent, eaque Regia lex receptis traditionibus consona videtur, vt scilicet coniux & alij filij partem habeant in melioramentis, licet res, in quibus fiunt, ad vnum tantum spectent, vt probat Hispan. Pala. *in Rub. §. 62. num. 15. & seq.* quem sequitur Chass. male eum referens *in consuetud. Burg. Rubri. 4. §. 13. num. 6. versic. aduerte.* & nemine citato Hisp. Arias *l. Tauri 44. num. 28.* Cou. Ru. *de sponsal. secunda part. c. 6. §. 1. num. 9.* Quibus in locis plures ex prædictis Dd. minus apte arguunt à vasallo vel emphyteuta faciente melioramẽta, ad quæ tenetur dominus finito feudo, vel emphyteusi absque culpa, vt habetur *in c.1. §. si vasallus. tit. hic finitur lex.* & ibi Bal. Afflict. & alij. & tradit Ias. *in l.2. num 27. cum seq. C. de iur. emph.* notanter Molin. *in consuet. Paris. § 1. gloss 5. num. 98. cum præced.* quo argum. omnes vtũtur. Ego autẽ † aduerto hos terminos esse lõge impares respectu filij, vel successoris in maioratu: namque res non veniunt ad eundem libere, semperque subijciuntur restitutioni, nec possunt alienari, cum sint vinculata familiæ; & sæpe onerosum & iniquũ esset filio maiori astringere eum ad soluenda melioramenta, propter fragile dominium vel vsumfructum ad vitam tantum. At dominus feudi vel emphyteusis consequitur rem ipsam libere, eiusque vtilitati cedunt plene melioramenta, quæ cum re distrahere potest, ideoque iustius est, vt satisfacere tentatur, quod magis consonat æquitati, quã IC. in hoc expẽdit *in l. in fundo. 39. ff. de rei vendic. & in l. si seruos 25 ff. de pigno. actio. ibi, grauius ad recuperandum, & ibi, non est æquum.* Ex quibus in filio successoreque maioratus non parum iustificatur l. Hispanorum *Tauri, 46.* quam longe iniquã asserit Pala. *ibi, & in d. §. 62. Rubr. nu. 16.* & alij Hispani, eam tamen aliqualiter colorant Anton. Gome. & Didac. à Castello, *ibi.* vides igitur in hoc contrariam esse *l. castellæ l. Portugal.* nostra enim magis fauet coniugi & cæteris liberis, illa soli primogenito vel successori maioratus. † In qua difficultate ego in ea essem sentẽtia, vt successor maioratus teneatur satisfacere matri vel fratribus, quando expensa fuerit magna. ex ea resultat notabilis vtilitas: nec tunc compellendum eum putarem ad soluendum semper in pecunia, si ea non abundet. Sed magis in redditibus resultantibus ex ipsis melioramentis, quia ipse non magis dominus est maioratus, quam fuit pater, vel is, cui succedit. Similiter putarẽ non teneri successorem maioratus ad soluenda melioramenta, quando anteceſſor eã fecit sine incommodo vxoris, vel quia eam non habebat, vel quia ex melioramentis resultauit incrementũ patrimonij, quod ipsa communicauit. Nec compellerem successorem ad talẽ solutionẽ, quando pater vel possessor decederet sine liberis, vel parentibus, eligeretq; hæredes non necessarios: sæpe enim cõtingit, vt maioratus ex dispositione iuris, vel instituentis ad vnũ pertineat, possessor autẽ reliqua sua bona alij relinquat: tunc enim iniquum esset compellere successorẽ ad soluenda ea, quæ anteceſ-

sor

sor expendit in rebus maioratus, in quibus ipse successor nó plus iuris cõsequitur, & aliter aperiretur via fraudibus, quia possessor ample expẽderet in odium & onus futuri successoris, cui aliquando difficilimum, & quasi impossibile erit magna melioramenta soluere; contra æquitatem, quam considerat IC *in d. l. si seruos. & in d. l. in fundo.* & saltem non obligarem tunc successorem ad plus, quam id quod habetur in allegato § *si vasallus. tit. hic finitur lex.* vbi etiam dominus, ad quem redeunt bona, non arctatur præcise ad soluenda melioramẽta, sed electiue vt soluat, vel ea auferri patiatur. & sic ibi probatur à maiori nostra hæc sententia, in qua text. ille sine iniquitate procedet, licet eius decisionem immodeste nimis reprehendat doctus & curiosus (licentiosus tamen) Moli. *d. loco*, & ex iis cum æquitate & ratione resultat modificatio ad *prædict. ll. Lusitaniæ & Castel.* Nec omitto, quod apud Lusitanos lex Regia specifice fauet coniugi circa impensas factas in bonis maioratus, vt *d. lib. 4. titul. 7.* non autem id expressum est in fauorem liberorum, nisi tantum in bonis emphyteuticis, *d. lib. tit. 77. §. 33.* vsus autem id obseruat, nec dispar ratio videtur emphyteusis & maioratus inter liberos ipsos, quo ad collationẽ, non tamen tanta erat ratio pro aliis liberis, quanta pro coniuge: impẽsa enim fit de fructibus & bonis cõmunibus inter coniuges ex lege & consuetudine regni, ideo iustius potest coniux repetere partem impensarũ, non ita liberi, qui viuo parente id iuris non habent, iuxta *l. 1. §. si impuberi, ff. de coll. bo.* Bar. *in l. hæreditatũ, ff. de bon. auto. iudi. posſ.* De æstimandis autẽ melioramentis, & aliqua vtilia ad multa iura, tractabimus, Deo duce, *in*
72 *seq. parte, vel in Auth. huius ti.* Circa onera autẽ & expẽsas in aliis fructuarijs, præcipua decisio habetur *in l hactenus, 8. ff. de vsufruct.* vbi IC. Celsus vel Vlpian. secundum alios libros, fructuariũ onerat ad modicam expensam in reficiendo: ideoque ad sarta tecta eius obligatio restringitur *ibi, & in l. eum apud, C. de vsufr.* Si vero damnum ex vetustate, vel alia causa (secundum Alber.) contigerit, quod non possit sine magna impensa reparari, vt fructuarius non tenetur, ita nec proprietarius, ex mente IC. ibi, *sed si hæres refecerit*, & ita Dd. volunt, proprietario autem reparante, vtetur fructuarius, vt text. habet. qui tamen intelligi debet, nisi tota res destructa fuerit, quia finitus esset vsusfructus, iuxta *l. 5. § rei mutatione. ff. quib. mod. vsufru. amit.* not. in terminis Bart. *in l. eotem ferro, §. qui maximos, num. 6 versic. si vero, ff. de publ. & vectig.* gloss. autem *in d. l. hactenus*, concludit remittẽdum esse iudicis arbitrio, quæ dicatur magna, vel modica impensa, & ita Alb. ibi, & Angel. *nu. 2. gloss. &* Bartol. *in l. omnino. ff. de impens. in reb. dot.* quod posset comprobari ex multis, quæ copiosissime congerit de arbitrio iudicis Matth. de Afflict. *in c. 1. 2. col. cum quarta seq. ex quibus caus. seu. amit. li. 3. feud. tit. 1.* vnde ornabis, quod inquit Vlpian. *in l. 1. in fin. ff. de iure. delib. ibi, in iis dicentes potestate.* Et quod inquit Papinian. *in l. quæsitum, ff. de testib. ibi. quod legibus omissum est, non omittetur religione iudicantiũ.* Et multa in simili cumulat Tiraquel. *in l. si vnquam, verb. omnia, num. 30.* & Hippo. *in l. quæstionis, la. 1. ff. de quæstionib.* Rip. *in l. si constante, num. 29. ff. solut. matrim.* Niconitius *in cap. quoniam contra, fol. 80. de probat.* quibus ad *d. l. 1.* circa quæstionem temporis committendi arbitrio iudicis, adde Alberic. *in l. 1. §. quod autem, ff. de superfic.* Distinctio autem *d. l. hactenus.* circa magnam vel modicam impensam procedit tantum in reficiendo, onera enim & tributa aliaue extrinseca ratione possessionis vel fructuum ab ipso fructuario solui debent, etiamsi modica non sint, secundum Bald. & Ang. ibi, & Fulg. *in fin. l. præced.* & ita intelligunt tex. *ibi in versicu. quoniam, ibi, alia onera, & ibi, stipendium vel tributum*, & melior text. *in l. si pendentes, 34. §. si qui, ff. eod.* quem extollit Platea *in l. 1. col. 2. num. 3. C. de anno. & tribu.* & aliis oneribus realibus idem regulariter tradit Molin. *in consuetu. Paris §. 22. nu. 156. &* 158. probat text. *in l. quæro, 28. ff. de vsufr. leg.* & ibi Bartol. bene etiam probat tex. & ibi Barto. *in l. neque stipendiũ, ff. de impens. in reb. do. ibi, onus enim fructuũ hæc impendia sunt.* & ample Alex. *ad Bart.* vbi multa adducit tex. & Dd. *in l. fructus, C. de action. empt. ibi, & functionum grauamen pertinet.* quia vero decisio *d. l. hactenus*, vtilis est, eam multis ampliationibus & limitationibus ornabimus, quæ non alibi forsan inuenientur. Primo igitur ampliatur in viro possidente bona

dotalia, vt ex illis tributa oneraq; realia soluere teneatur, secundum glos. & Bart *in l. vnica, C. de mulier. in quo loq.* & ibi Mauric. *pag.* 210. probat text. & ibi notat Bart. *in l. nec stipendiū* 13. *ff. de impens. ibi, onus enim fructuū hæc impēdia sunt.* quæ sententia receptissima est, colligitur ex *rep. l. fructus*, vbi latissime Dd. *ff. soluto matri.* Secūdo ampliatur, vt procedat in emphyteuta & feudatario, qui similiter ad eadē onera tenentur, vt probat *l. 2. ibi, publicatio fructuū*, & ibi Alb. & Bal. *C. de iure emph.* & est recepta sentētia, vt tradit Iaſ. *in l. 1. n.* 25. *C. eo.* Chaſſ. *in conſu. Burgu. Rub.* 4. §. 6. *fol.* 154. *col.* 2. Io. de Ami. *cōſ.* 8. *n.* 61. & 62. Tertio ampliatur, vt poſſidens fundū, & percipiēs fructus, teneatur ad ſoluendum cenſum, & onera realia, etiamſi contrarium cum eo conuenerit, à quo rem habet, vt probat text. *in l.* 2. & ibi notat Bal. *C. ſine cenſu vel reliq.* & ibi glo. ad idem bene adducit tex. *in l. inter debitorem*, 43. *ff. de pact.* & ibi Dd. tradit Card. Pariſ. *conſ.* 52. *lib.* 1. Quarto ampliatur ex Bald *in l. fin. num.* 1. *in* 3. *not. C. ſine cenſu*, dicente id menti tenendum, per text. ibi, vt procedat, etiamſi bona, alterius nomine deſcripta, vel regiſtrata, inueniantur: prævalere enim debet veritas & æquitas, vt poſſidens & percipiens fructus teneatur: & hoc regulariter magis probarem, licet aliqui controuertant, vt tradit Parpal. *in l. placet, nu* 41. *Cod. de ſacroſ. eccleſ.* facit §. *veritas*, *l. illicitas. ff. de off. præſ.* & cum Bald. eſt Roma. *in l. Imperatores, num.* 1. *ff. de publ. & vect.* Quinto ampliatur etiam in oneribus & tributis noue impoſitis poſt vſumfructum conſtitutum, vt probat text. & ibi not. Bart. *in l. quæro* 28. *ff. de vſufr. lega. ibi, & in his ſpecieb. quæ poſtea iudicantur, & ibi, hoc onus ad fructuarium pertinet.* notat Matthæus Afflict. *lib.* 3 *feud. tit. de prohib. feud. alien.* per Feder. §. *præterea ducatus, n.* 57. facit *l. ſeruitus*, 21. *ibi, omne lumen ſignificari, ſiue quod in præſenti, ſiue quod poſt contigerit, ff. de ſeruitut. vrb. prædi.* Sexto conſecutiue ampliatur ad collectam extraordinarie pro rebus impoſitam, vt ſic deciſio illius l. non tantum procedat in tributis & oneribus ordinariis, ſeu conſuetis, vt eleganter tradit Socin. *conſ.* 119. *libr.* 1. quod duplicatur *conſil.* 217. *libr.* 2. ex quo limitatur generalis allegatio *l. Scio.* 10. §. *medico, ff. de annu. l.* cū notatis à Felin. *in cap. ſedes.* 3. *col. cum ſeq. de reſcrip.* Septimo ampliatur, vt non ſolum teneatur principalis fructuarius, & percipiēs integros fructus, ſed etiam pro rata teneatur, quicunque habuerit partem fructuum, vt tradit Matt. Afflict. *d.* §. *præterea ducatus, num.* 53. idem *deciſ.* 252. *nu.* 2. vbi tamen id limitat in primogenito, tenente feudum vel maioratum, & ex eo aliquid annuum tribuente fratribus, vt illi ab oneribus excuſentur; quæ ſententia æquitate & ratione iuuatur, eamque probat Tira. *de primog q.* 74. Octauo ampliatur in conductore ad longum tēpus, ſecundum Alexan. *conſ.* 1. *num.* 10. *lib.* 4. quem ſequitur Parpal. *in l. placet, num.* 48. *C. de ſacroſanct. eccleſ.* Sylua. *conſil.* 47. *num* 4. quibus non citatis idem ſcribit Mauri. *in d. l. vnic. pag.* 265 faciunt notata à Deci. *conſil.* 204. Nono ampliatur in tributis & oneribus realibus, vt fructuarius vel emphyteuta, vel emptor teneatur etiam pro præteritis, antequam poſſideret, vt probat text. cum gl. *in l. Imperatores*, 7. *ff. de publ. & vectig. ibi, ipſa prædia, non perſonas conueniri.* & ibi, *ideo poſſeſſores etiam præteriti temporis vectigal ſoluere debere.* & ibi notanter Paul. Roman. & Matthæ. Afflict. omnino videndus *deciſ.* 95. & hoc dicit magis commune Panormit. *in c. paſtoralis, num.* 5. *de decim.* bonus text. *in l.* 5 §. *fin. ff. de cenſib. ibi, ob tributa præteriti temporis.* tradit Capyc. *deciſ.* 20. *num.* 26. Decimo ampliatur fortius in quocunque poſſeſſore, fructus recipiente, vt is onera realia ſoluere teneatur, vt tradit Matth. Affli. *lib.* 1. *conſtit. Rubric.* 97. §. *vltim. num.* 5 quod confirmari poteſt ex gloſſ. *in l.* 1. *verb. fructus, Co. de annon & tribut.* quam notat Bart. ibi ad hoc, quod dominus locans prædium pro penſione pecuniaria, non teneatur ad tributa, ſed conductor, qui fructus rei percipit: quod probat & extollit Io. de Plat. *ibi num.* 2. *ad fin.* Corſe. *in notab. verb. locatio.* Roman. *in l. Imperatores, ff. de pub.* Iaſon *conſil.* 109. *ad fin. lib.* 1. vbi alios citat. & Paul. *conſ.* 442. *in fin. lib.* 1. quæ concluſio dura videtur ita indiſtincte accepta: nam *d. l. hactenus*, & iura ſimilia loquuntur (vt vides) in fructuario vel emphyteuta, & ſaltem in conductore ad longum tempus. Diuerſa autem ratio eſt in colono, vel ſimplici conductore, vt *infra*, vt melius aduertere videtur Molin. *Ad Alexan. d. conſ.* 4. *li.* 5. maxime, quia ſi recte attendas, dominus rei magis

gis quam colonus, videtur tunc fructus percipere ea pecunia æstimatos. argument. *l si æstimatis. ff. soluto matrim. l fin. C. de constitut. pecun. ibi, & possibile est omnes res in pecuniã conuerti.* & merces locationis fructus appellatur *in l. videamus, 19. ff. de vsur.* sed pro communi opinione vrget tex. quem glo. & Dd. citant *in l. si fine 33. §. Lucius, ff. de administr. tutor.* vbi IC. refert consuetudinem particularem ciuitatis, in qua domini prædiorum, non conductores onera realia soluebãt, & significat extra consuetudinem, conductores prædiorũ teneri ad onera realia, & ita ibi notant Alb. & Cum. Qua in re Scriben. non sibi constant, nam idẽ Pla. *in d. l. 1. num. 3.* indistincte vt receptum scribit colonum ad ea onera non teneri, per *l. 4. C. de agric. & cens.* vbi idem Plac. *num. 2.* notat excusari à collecta & tributo colonum partiarium, vel qui nummis colat, licet ibi sit litera corrupta, deficiente negatiua, quæ addi debet ex ea l. & ex aduersatiua in eod. Plat. *ibi. sed domini. & ibi, item secus.* Igitur videtur manifesta repugnantia, quia nummis colere, idem est, quod domino in pecunia soluendo, fructus percipere. Vnde talis colonus excusandus non erat, si verum dicit glos. & communis opinio *in d. l. 1.* Nec concilies Plate. & Dd. quasi *in d. l. 1.* loquantur de conductore, & *in d. l. 4.* loquantur de colono: iura enim ipsa talem differentiam non admittunt, maxime quod Bartol. Rebuff. & alij *in d. l. 1.* extoll. glos. ibi eam secure intelligunt in colono. Ideo non est leuis difficultas, quæ ex hac Dd. repugnantia resultat, in qua ante alia est adhibenda inter collectam & tributa, seu onera mere realia, vt tradit Iason *d. consi. ad fin.* citans Plat. *in d. l. 1. ad fin. C. de annon.* sed debuit allegare Bal. *ibidem num. 5.* melius ita declarantem & assignantem rationem diuersitatis. & ita Alex. *d. consil. 4. num. 4. lib. 5.* Secundo in eadem difficultate non omnino videtur verum, quod indistincte Dd scribunt contra colonum vel conductorem soluentem in pecunia, nec est cur magis oneretur in tributis soluendis, quam colonus partiarius: imo qui nummis colit vel conducit, videtur maiori oneri & periculo obnoxius, vt docet experientia, ac proinde mitius cũ eo agendum erat, quod Dd. non aduertunt. Idque mihi probatur ex *l. qui concubinam, 29. §. qui hortos, in fin. ff. de legat. 3.* iunctis *infr.* dicendis. Tertio in eodem articulo aduertendum puto, an onera & tributa realia sint notoria, & consueta, & tunc tutius procedit glos. & recepta opinio, vt dominus seu locãs, qui solam pecuniam, non fructus, percipit, excusetur ab onere & tributo respiciente fructuum collectionem, quasi ita videatur tacite conuentum ex consuetudine & natura rei, iuxta *l. semper in stipulationib. ff. de regul. iuris*, nec tunc potest conqueri conductor vel colonus, cum onus sit notorium, nec id regulariter ignorare liceat, & natura oneris realis rem, non personam, sequitur. *d. l. Imperatores, ff. de publi. & vectig. l. 2. & fin C. sine censu. vel reliquis.* Quarto in emphyteuta vel fructuario indistincte excusabitur proprietarius, quæcunque onera realia sint, vt probatur ex iuribus & Dd. *supra* citatis. Et ita Bald. *in d. l. 1. num. 5 in fin. C. de annon.* dicens fructuarium vel emphyteutam in hoc dominum censeri, per *d. l. hactenus.* Quinto videtur iuridice distinguendum inter non dominum rei colligentem fructus ex causa onerosa, & percipientem eos ex causa lucratiua: in primo enim obseruabuntur distinctiones hic traditæ. In secundo regulariter excusabitur proprietarius, à quo, vel ab eius authore, causam habet is, qui fructus colligit ex causa lucratiua: non enim par ratio est eorum, iuxta *l. vlt. C. de cond. cum vulg.* & ita in colligente ex causa lucratiua tradit Rom. *cons. 230. n. 1.* facit *l. ad res donatas, 62. ff. de ædil. edict. l. Aristot. §. fin. ff. de donat.* Sexto in colligente fructus ex causa onerosa, non putarem eum teneri ad onera extraordinaria & inconsueta, quia de his conuentum non videtur. argu. *l. Seio, §. medico, ff. de annu. legat.* & ita in cõductoribus soluturis in pecunia vsu obseruari videmus, vt dominus seu locator exprimat omnia onera rei. Alias cõductor non tenetur, nisi ad quãtitatem conuentã. Et ei suffragatur reg. *l. quicquid astringendæ, ff. de verbor. oblig.* nec parum deferendum est consuetudini, iuxta *l. minime. ff. de legib.* & in hac materia id docet IC. *in d. §. Lucius, l. si fine, ff. de adminis. tuto. & in l. 5. C. de agric. & censi.* & conuentiones iudicari debent secundum quod homines communiter intelligunt. vt in simili notat Pan. *in c. Pastoralis, ad fin. de dec.* & colonum & conducto-

rem à collectis & decimis excusari tradit Franc. Luc. *de fisc.* 3 *par. n.* 19. sed caue vt *infra*. Septimo ex *supra* dictis infertur maxima ampliatio ad *d. l. quaro.* 29. *ff. de vsufr. lega.* vt non solum procedat in fructuario, sed etiam in quolibet possessore, vel colligente fructus ex causa lucratiua: is enim regulariter onera realia soluet, idque maiori ratione, quam in casu, de quo agit glos. & communis opinio *in d. l.* 1. *C. de annon.* cum ibi astringatur conductor soluens domino in pecunia, hic vero loquamur de percipiente fructus ex causa lucratiua, & ita in quolibet legatario sentit Alberic. *in l. qui concubinæ, §. qui hortus. in fin. ff. de legat.* 3. licet regulariter contradicendum videretur, vt per Alexa *cons.* 4. *ad fin. lib.* 5. Octauo ex his notabiliter potest intelligi text. *in d. §. Lucius.* quem glos. & Dd. indistincte contra conductorem notat. Ego autem melius intelligendum puto ex superioribus, facta distinctione iuxta terminorum diuersitatem, vt his conclusionibus resoluimus, quibus patet ex aliis iuribus, non posse indistincte procedere, quod Scri. generaliter colligunt ex eod. §. vbi IC. non tradit regulam, nec certum quid decidit, nec explicat, an ibi conductor esset ad breue vel longũ tempus, & an in pecunia, an in fructibus soluturus, sed tantum refert consuetudinem loci, & agit, an ea excusset curatorem, vnde, quo ad alia, petenda est resolutio ab aliis iuribus & rationibus. Nono in decimis ex fructibus non excusabitur colonus vel conductor, fructus percipiens, vel partem; vt probat tex. *in c. tua nobis.* & ibi Panorm. *num.* 14 quem vide *de decim.* id enim onus odiosum non est, sed notorium, vniuersale & fauorabile. Felyn. *in c. ad audientiam. nu.* 21. *de præscript.* quod pro expresso haberi debet in conuentione domini cum colono, vel cõductore: vnde cauẽdum est ab eo, quod indistincte *in decimis* scribit Luca. *d. loco.* Decimo ex Scriben. *in d. locis* aperte colligitur, emphyteutam teneri ad tributa & onera, etiamsi magnum Canonem, seu magnam pensionem domino soluat, indistincte enim loquuntur Dd. in emphyteuta, vt constat ex Bald. *in d. l.* 1. *Cod. de iure emphyt.* & ibi Iason *num* 25. Socin. *d. consil.* Alex. *d. cons.* 4. *lib.* 5. *& cons* 35. *lib* 4. idque expressim colligitur ex Bald Angel. Fulgos. *in d. l. hactenus*, & ita Petr. de Vbal. *in tractat de collect. ad fin. num.* 3. & Syluanus *cons.* 46. vbi reprehendunt Alberic. Bru. *in tract de statu. excludent. fœm. ar.* 8. *q.* 22. Sed illi loquuntur generaliter. Bru. autem loquitur specialiter in emphyteuta Ecclesiæ, ideoque non ita debuit reprehendi, cum expeditum non sit, imo varie distinguatur, quando emphyteuta vel colonus bonorum ecclesiæ teneatur, vt per Iaso. *in l. placet, num.* 17. *C. de sacros. eccles.* & ibi Parpa & Pla. *in l. fi. C. de exact. trib.* Felin. *in cap. ad apostolicam de simon.* Rip. *lib.* 2. *respons. cap.* 7. Sylua. *cons.* 9. Boer. *decis.* 213. *ad fi.* de quo apud Lusitanos habetur *l. Regia, li.* 2. *tit.* 16. §. 9. *&* 14. *&* 15. Vndecimo ex *supra* adductis colligitur Scribent. generaliter sentire, quod emphyteuta vel vsufructuarius in solidum teneantur ad collectas, sicut ad onera mere realia, nec in hoc constituunt differentiam inter collectas & tributa realia, vt expressim notant Bart. *in l. quaro, ff. de vsufruct. legat.* Bald. *in d. l.* 1. *C. de anno. & trib. num.* 5. *in fi.* Bal. *in l.* 1. *num.* 5. *vers. sexto, C. de iure emphyte.* Alex *d. cons.* Socin. *d. cons.* aperte Angel. & Bald. *in d. l. hactenus.* Roma. *in l. Imperatores, ff. de publica. & vecti.* Petr. de Vbal. *d. tract. de collect. num.* 48. Matth. Afflict. *li.* 3. *feud. titul quæ sint regal. §. plaustrorum, nu.* 40. *fol.* 180. sic in marito ex bonis dotalibus, secundum Bartol. & Dd. vbi *supra*, vt tradit Alexan. *cons.* 148. *num.* 3. *li.* 6. quas autoritates retuli, quia Iacob. Rebuff. *in d. l.* 1. *C. de anno. & trib.* quasi receptum scribit, onus soluendæ collectæ diuidi inter proprietarium & emphyteutam, & vsufructuarium. Ideoque ab eo cauendum est, licet, quo ad alia, sit differentia inter collectam & onera mere realia, vt per Bartol. & Plat. ibi, & alios, vt tradit Alexa. *d. cons.* 36. *lib.* 4. Lucan. *dict. tract. de fisco.* 3. *part.* Alex. *consil.* 78. *lib.* 6 multa vtiliter Bald. *in l. fin. ex nu.* 3. *cum sq.* & ibi Salycet. *num.* 5. *Co. sine cens. vel reli.* Curt. Iun. *cons.* 0 *& seq.* est tamen aduertendum, quod vbi tributum vel collecta imponitur, iuxta valorem bonorum vel fructuũ deduci debet, quod emphyteuta soluit domino, vt notat Iser. quẽ sequitur Matt. Afflict. *d. §. n.* 36 faciunt notata ab Alex. *in l. quoties, ff. ad l. Falc. & in l. vbi pure ff. ad Trebel.* Iason *in l. non amplius, ff. de legat.* 1. *& in l. pen. §.* 1. *ex num.* 6. *ff. de iurisd. omn. Iudi.* Ex quo à paritate rationis infero, quod †

si vsu-

si vsufructuarius esset ex causa onerosa, quia emisset forsan vsumfructum, non ita teneretur ad collectas, vel onera saltem extraordinaria, deberet enim minui valor fructuū attento precio, quod dedit, tex. enim *in d. l. quæro. ff. de vsufr. lega.* loquitur de legatario, & sic in causa lucratiua. Et ad hunc modū vtiliter intelligetur *d. l. hactenus*, cū simil. onera enim & impensæ minuūt valorem rerum & fructuum, vt per Alex. & Ias. in locis *proxime* citatis, & in simili notat Ioan. Imo. *in l. cum seruus, §. hæres ff. de legat. 1.* Ad limitationes *d. l. hactenus*, dum loquitur de modica impensa refectionis, limitatur primo in inquilino vel conductore ad breue tempus, qui non tenetur expendere, etiam modice, in ijs, quæ vltra tempus conductionis duratura sunt, secundum Alberic. ibi. & Bald. *in l. 1. num. 5. Cod. de iure emphyt.* & ibi Ias. *numer. 25. & 27.* addo Barto. *in l. eorem. §. qui maximos, num. 13. ff. de public. & vectig.* Alexand. *in d. consil. 4. num. 7. libr. 5.* citant text. *in l. ædites, ff. de via publ.* quem corrupte allegat Bald. *in d. l. 1. qui text. in versicu. quicunque*, concedit inquilino vel conductori ius repetendi impensam, si eam fecerit. extollit Alex. *in l. diuortio, §. impendia. num. 3. ff. solut. matrim.* Iason *in d. l. 1. numer. 27.* facit *l. eum ad quem. C. de vsufr.* Limitatur secundo *d. l. hactenus*, ne procedat in conductore ad longum tempus, iuxta *supra* dicta in ampliationibus, & colligitur ex Bald. *in d. l. 1. num. 5. Cod. de iure emphyt.* tradit notabiliter Alex. *d. cons. 4. libr. 5.* & est receptissimum. Vnde in colono & conductore cauebis à nouissimo Costal. *in Annota. ad Pande. subtit. ff. de vsufr. 17.* vbi incaute eos æquiparat emphyteutæ. Limitatur tertio, vt procedat in tributis & oneribus realibus, & collectis pro rebus, vt *supra*, non autem quo ad onera personalia, vt notat Bartol. *in d. l. nec stipendium, ff. de impens.* & gloss. *l. vnic. C. de mulie.* & in quo loc. per tex. *in l. Lucius, 21. §. idem respondet constante, ff. ad municip.* & ita Plat. *in d. l. 1. colum. 2. C. de anno. Mauri.* (vbi videtur addere aliqua ad d. §.) *in d. l. vnica pag. 212.* & cum gloss. Platea. *ibi ad fin.* Ego aduerto, quod text. *in d. §. idem respondit*, loquitur proprie in muneribus & Magistratibus, non in tributis vel oneribus, habetque diuersam rationem ob vtilitatem publicam, vel periculum Reipubl. cui non esset cōsultum ex bonis dotalibus, & ita illum §. extollunt Bal. Alex. & Ias. *n. 2. in l. sciendum, §. si fundus, ff. qui satisda. cog.* Alb. *1. parte statu. q. 109. ad fin.* licet aliter videatur minus bene intelligere Cæpo. *in Authen. sed nouo iure. n. 86. C. de seru. fugiti.* Limitatur quarto *d. l. hactenus.* & quæ *supra* dicta sunt, vt aliquando teneatur ad onera, qui nō percipit fructus, vt in casu notabili tradit Gozad. quem vide *cons. 32.* Limitatur quinto d. l. & quæ *supra* adduximus, vt procedant in oneribus realibus publicis, ex lege vel indictione superioris; ita enim loquuntur *supra* allegata, secus in oneribus ex cōuentione, vt in pēsione soluēda ab emphyteuta, qui rē alienauerit, nō enim datur domino ius agēdi ad pensionem, nisi conueniat cum eo, cū quo fit alienatio vel translatio, quia est actio personalis conuentione, quæ non sequitur rem, iuxta reg. *l. fin. §. fina. ff. de contrah. empt.* ita in terminis notat Paul. *in l. in venditione, ff. de act. empt.* quem non videtur percipere Matthæ. Aflict. *decis. 95. nu. 3.* nec eius meminit Iason *in l. 2 num. 150. & 154. C. de iure emphy.* vbi hoc tractat, & plures refert, & ex traditis per eum colligitur esse hoc receptum: ita etiam Alberi. *in d. l. qui concubinam, §. qui hortos, versic. vel dic. ff. de legat. tertio.* Roman. *in d. l. Imperatores, ad fi. ff. de public & vecti.* ex tex. ibi colligitur ratio differentiæ, quia in tributo & onere publico reali inquit IC. *rem, non personā, cōueniri*, id est, quemlibet rei possessorem, vt *in d. l. 2. & fin. C. sine cens. vel rel. & l. inter debitorem, supra* citatam, *ff. de pact.* Limitatur sexto, ne procedat in oneribus soluendis, antequam legatarius vel fructuarius consequatur possessionem rei: illa enim ab hærede vel domino fieri debent, vt notat glo. quam Bartol. ibi probat & commendat *in l. pen. §. fin. ff. de leg. 3.* & Roma. *cons. 230. versi. secundo.* Bar. *in l. quæro, ff. de vsufru. leg.* vbi dicit hanc verissimam resolutionem: erit ergo differentia inter onera futura, & ea quæ pro introitu exiguntur. Et hinc elegāter declarabitur doctrina IC. *in l. si à substituto. 47 §. si. in fi. ff. de leg. 1. ibi, talis dari debet, qualis est.* Et illam gl nō bene adducit Card. Paris. *cons. 94. nu. 23. lib. 2.* Limitatur 7 d l. & quæ *supra* diximus, ne procedat, quādo donatio vel legatio vtilitate careret, donatario vel legatario onera sol-

uente, vt notat gl. *in d.l. si pendente.* 34. §. *si quid, verbo, pertinebunt. ff. de vsufr.* per text. *in d.l. qui concubinam,* 29. §. *qui hortos. ff. de legat.* 3. vbi gloſs. ita intellexit: loquitur enim text. de teſtatore legante fructus hortorum, quos ad quinquenniũ à R. P. conduxerat, & reſpondet, hæredem teneri ſine relegatarium vti frui, & mercedem R. P. præſtare, intelligit gloſ. quia niſi ita fieret, inutile foret legatum, & ita intelligebat Dyn. relatus ab Alb. ibi. & à Bart. *in l. penult. §. fin. ff. eod.* ita etiam intelligebat Cyn. relatus ab Alex. *in l. apud Iulian. §. ſi quis, in fin. ff. de legat.* 1. ita etiam Roman. *conſ.* 230. Aretin. *in l. fructus, col. fin. ff. ſolut. matrim.* vbi id probat & commendat, & ita Iaſ. *ibi col. fina. num* 18. idem Iaſ. *in l. cum ſeruus, num.* 6. *ff. de legat.* 1. dicens ad hoc tex. *in d. §.* cum gloſ. notabilem, idem *in l. apud Iulian. §. hæres, nu.* 8. *ff. eod.* ita etiam Molin. *in conſuetud. Pariſ. §.* 22. *num.* 136. *ad fin.* Tiraqu. *de retract. ligna. §.* 15. *gloſſ.* 1 *num.* 16. Parpal. *in l. placet, num.* 50. *C. de ſacroſ. eccleſ.* Prac. Papien. *in for. li. ad dotem, verbo, dedit, nu.* 5. *col.* 3. qui Nouiores nihil fere referunt, nec diſcutiunt de hoc, patet autem ex his receptam eſſe hanc opinionem, de qua tamen dubitare videtur Alex. *in d. §. ſi quis,* cum Barto. *in d. §. fina. l. pen. ff. de legat.* 3. qui non omnino improbant, ſed contradicit Ang. *in l. eum ad quem. in fin. C. de vſufr.* † Ego aduerto in *d. §. qui hortos,* non agi de onere reali, de quo loquitur *d. l. hactenus,* cum *ſupra* adductis, & conſequenter non videtur ſatis apta allegatio vel oppoſitio gloſſ. Barto. & aliorum de illo *§. ad l. quæro,* & alia iura loquentia de onere reali, quod videtur melius cæteris aduertere Albe. *in d. §. qui hortos,* & Fulg. *in d. l. ſi pendentes,* quibus non viſis, ita cogitabam ex reſolutione Pau. *in l. in venditione, ff. de actio. empt.* & alijs *ſupra* † adductis. Vltra omnes etiam conſidero, ibi teſtatorem legaſſe fructus hortorum, fructus autem legati intelligi debent lucratiue, iuxta naturam legati, nec proprie dicerentur fructus, ſi legatarius mercedem conductionis ſolueret, ſecundum ea quæ diximus *ſupra,* hoc enim ad gl. *l.* 1. *C. de anno. & trib.* nec tũc manerent legati fructus, ſed tranſlatum diceretur alea conductionis, cõtra proprietatem verborum, & naturam legati, quod *donatio* appellatur, iũcta communi allegatione, *l. in teſtamentis, ff. de reg. iur.* nimirum igitur *ſi in d. § qui hortos,* legatarius fructus ſine onere percipiat & forſan ita ſenſit, licet non explicet Bart. *in d. l. pen. §. fina.* Limitatur octauo d. l niſi vſufructuarius paratus ſit vſumfructum relinquere, tunc enim excuſatur ab onere, ad quod alias tenetur, iuxta reſponſum Vlpia. *in l. cum fructuarius.* 71. *ff. de vſufruc.* notat Bart. *in d. l. cotem. §. fina. nu.* 14. *ff. de publica. & vectig.* Quæ renunciatio non procederet in emphyteuta vel feudatario ex conuentione obligatis, nõ audirentur enim renunciando emphyteuſim, vel feudum ſine conſenſu domini, ſecundum Bald. & Angel. ibi Fulgo. *in l. ſeq.* notat Bart. *in l. is cum quo. ff. de aqua plu. arc.* quem ibi ſequuntur Pau. & Roman. & Alex. *ad Bart* & eſt recepta ſententia ex traditis ab Iaſ. *in l. 2. nu.* 24. *C. de iure emph* Panor. *in cap. 1. de feud.* Ex quo patet, non eſſe tutam argumentationem à fructuario ad emphyteutam, vel è contra; quod etiam colliges ex tex. *in l. ſciendum, §. 1. ff. qui ſatisda. cog.* & ſic contra Iaſ. & eos, quos citat *in d. l. 2. num.* 18 *C. de iure emph* & contra Grat. *conſ.* 22. *num.* 10. *libr.* 1. ratio autem differentiæ in hoc poteſt eſſe, quia fructuarius ſæpius eſt ex cauſa lucratiua, emphyteuta ex oneroſa, item fructuarius nihil præſtat domino, nec ei nocet renũciando. Tandem *ad d. l. hactenus.* Paul. Caſtr. *in l. eum ad quem, C. de vſufruct.* reprehendit Bart. *in d. §. qui maximos,* notans Bartol. dixiſſe, quod fructuarius tam ad modicam, quam magnam impenſam in reficiendo teneatur, & ſua pecunia facere debeat: differentiam autem eſſe, quod magnam impenſam repetet à proprietario: ipſe dicit contrarium verius cum Bal. ibi. quia iniquum eſſet compellere fructuarium, vt ſua pecunia impenſam non modicam faciat, nec ei ſatis conſuleretur ex iure poſtea repetendi. Salyce. autem ibi aliter Bar. refert quaſi dixerit, poſſe fructuarium petere à proprietario ad magnam impenſam neceſſariam, nec eam teneatur ſuo ſumptu facere, de quo Salyce. dubitat ob iura, quæ fructuarium obligant ad cuſtodiam & refectionem; & ſic vides Salyce. & Pau. contrarios in allegatione Bart. Bertrand. autem (quem Galli Dd. laudant) *conſ.* 40. *num.* 15. *libr.* 2. aliter citat Bald. *in d. l. eum ad quem.* vt fructuarius teneatur ſuo ſumptu facere magnam impenſam & eam à proprieta-

rio repetere, quod probat reiecta opinione Bar. *in d. §. qui maximos*, & sic eum intelligit longe aliter, quam Paul. Ego puto Paul. in allegatione Bartol. & Bald. negligenter in hoc articulo se habuisse. Bal. enim ibi id vult quod Paul. à Bartol. scriptum tradit, Bar. autem *in d. §. qui maximos, nu. 15.* contrarium resoluere videtur, quod fructuarius tenetur ad diligentiam & custodiam, iuxta *l. 1. § fina. cum l. seq. ff. vsufruct. quemadmodum caue.* sed negat fructuarium teneri ad magnam impensam suo sumptu: immerito ergo in eo loco reprehenditur à Pau. meliusque in eodem loco citatur à Salyceto & Bertran. & ita eum accepisse videtur Imol. id secure tradens *in c. vlt. n. 20. in princ. de pign.* Aduerto etiam eundem Bart. sibi contrarium videri, alibi enim id dicit quod Paul. in eo reprehendit, nempe *in l. damni, §. ei cuius, nu. 3. ff. de dam. infect.* vbi fructuarium obligat etiam ad magnam impensam, eamque à proprietario repetendam concedit, idque probare videtur practicus Papiens. *in forma libelli ad dotem, verbo, dedit, nu. 6.* alibi autem Bart. *in l. Nesennius, num. 7. ff. de nego. gest.* ambigue loquitur: eius tamen verba ibi, *sumptibus tamen proprietarij*, videntur magis significare, vt fructuarius non teneatur suo sumptu facere. Vides igitur in hoc vtili articulo Bar. variantem, & ab aliis male citatum, vides Bald. Bertrand. Papiens. velle, quod fructuarius etiam ad magnam impensam teneatur, eamque à se factam repetat à proprietario. Vides Salyc. dubitare, Pau. vero constanter asserere cõtrarium: imo quod fructuarius non oneretur ad magnam impensam, licet eam à proprietario repetere possit, & ego Pau. opinionem amplector, quam probo authoritate Azo. *in summa. C. de vsufr. num. 6. ad fin* & Imol. *in d. cap. fin. num. 20.* qui solum Bart. citat. Hæc autem opinio æquitate ratioque iuuatur, quia non esset fructuario bene consultũ, si arctaretur ad magnam impensam eo prætextu, quod eam repetere possit: melius enim est ante tempus occurrere (vt lex inquit) nec debet quis se committere obligationi vel actioni personali, iuxta tex. *in l. cogi. 1. § si pater. in fi. ad Trebell. ibi, nõ oportere sub incerto cautioni se cõmittere*, & hæc opinio iuuatur ex *d. l. hactenus*, quã Saly. male adducit: cũ enim ea l. ad modicã impensam tantum fructuarium obliget, satis significat non teneri magnam suo sumptu facere, idque magis videtur de mente *d. l. cum ad quem. C. de vsuf.* vbi fructuario datur ius repetendi magnã impensam, quam voluntarie fecit, non autem quod eam facere teneatur, idque iuuatur ex iuris reg. vitandi circuitus, *l. dominus testamento 53. ff. de condict. indeb.* nec obstat argumentatio Salyc. à custodia & diligentia, ad quam fructuarius tenetur, longe enim differt onus custodiendi ab onere exbursandi pecuniam propriam. Non tamen intelligas arctandum proprietarium ad præstandam pecuniam fructuario pro impensa, poterit enim per se facere & expendere, nec alterius fidei committere, vt in simili notat Panor. *in c. cum non sunt, num. 5. de decim. ibi. interest domini, vt sit præsens.* Pulchre autem adnotauit Paul. *in d. leg. eum ad quem*, vt fructuarius non denunciare teneatur, quando necessaria fuerit magna impensa: id enim pars est diligentiæ & custodiæ, ad quam fructuarius iure tenetur: idque videtur de mente Bart. *in d. § qui maximos, vbi sup.* Circa actionem autem, qua fructuarius impensas repetet, variant gloss. & Dd *in d. locus*, tractat Corn. *cons. 86. li. 4.* Hæc prolixius adduximus; quia vtilia sunt, nec alibi ita explicata, vt agnoscet peritus lector. In hac materia à gl. Salyc. & Paul. *in l. fi. § filius autem, inf. tit. seq.* adducitur tex. *in l. sed & si quid, 19. § fin. ff. de vsufr.* in quo habetur, non posse fructuarium seruitutem fundo acquirere, quod notabile est ad ampliationem regulæ, *§. alteri, l. stipulatio ista, ff. de verb. oblig.* cum simil. quæ decis. non procedet in tractat. *huius tit. & seq.* pater enim legitimus administrator filio stipulatur & acquirit; vt tradit Bar. receptus *in l. quod dicitur, col. 2. nu. 4. ff. de verb. oblig.* gloss. *in l. si legati, ff. de pign.* quam dicit singu. Chass. *in consuetu. Burg. fol. 218. col. 3. num. 4.* & generaliter potest pater filio acquirere in aduentitijs, gloss. *in d. l. quod dicitur*, & communis secundum Iaso. *ibi. num. 18* Bart. & alij *in l. dominus seruo, 39. ff. eod.* Sal. *in l. 2. C. de contra. & com. stip.* imo & filio emancipato acquirit pater vtilem actionem, vt notat Paul. per text. *ibi in l. quodcunque, 45. §. 1. ff. de verb. oblig.* vbi Ias. *num. 2.* eam dicit communem sententiam: ergo magis valebit stipulatio hoc casu, cum agatur simul de vtilitate patris habentis amplissimum 73

mum vsumfructum. Sed omittendum
74 non fuit, quod glo. & Dd. communiter colligunt ex *d.§ fina.l.sed & siquid.* vnum quod putant à IC. expressim decisum, vt scilicet fructuarius non possit consentire proprietario imponenti seruitutem rei, nec valeat constitutio seruitutis, quādiu durat vsusfructus, & ita illū tex. intelligit gl. Fulgos. & alij ibi. gloss. Salyce. Paul *in d.§. filius autē.* gloss. *in l. pen. C. de pact.* vbi per eum limitat vulgarem regu. quæ habet posse quemlibet iuri & fauori proprio renunciare, & vere nemo ex Scrib. negaret fructuariū posse in hoc consentire proprietario, nisi putarēt contrariū
7 illo tex. decisum. Ego autē cū apud ICtos rationē legis cæteris omnibus prēualere videā, eosq; viros prudentiss. sine ratione minusq; contra eam responsuros, non potui semper non mirari hanc decisionem receptamque sententiam, laudoque Cur. Iun. qui *in d.l. pen. num. 37. C. de pact.* plane id mirabile & difficile putat, nec se rationem assequi fatetur. Nec valet, quod pro ratione comminiscitur Alcia. *ibi, num. 53.* & ante eum Fulgos. *in l.* de qua agimus: nam quod adducunt non solum non concludit, sed potius torquetur: arguunt enim, quod non potest seruitutem constituere, nisi perfecte dominus, *l. 2. ff. de serui.* & inde infert Alcia. rationem, vt putat, ad d.l. vt ideo proprietarius & fructuarius simul non possint seruitutem constituere, quia neuter eorum perfecte dominus est. At ego non video l. adiicientem qualitatem illam perfecti dominij ad constituendam seruitutem, video autem dominum appellari vsufructu carentem, *l. recte dicimus, ff. de verb. signif.* Sed magis contra Alcia. retorquetur eius argumentatio: cum enim hic præsupponamus fructuarium consentire proprietario seruitutem imponenti, iam concurrit vtriusque, & consequenter potest seruitus imponi, licet neuter constituentium perfecte dominus sit, vt notat glo. *in d.l. 2.* & est tex. *in l. per fundum, 11. ff. de seruitu. rust. præd.* vbi sustinetur seruitus concessa ab vno ex pluribus dominis, accedente consensu aliorum, etiam ex interuallo, & ita tex. *inl fin. ff. communia præd.* notat Paul. Castr. *in l. stipulationes nō diuid. nu. 6 ff. de verb. oblig.* & ibi Alex. & Ias. Ex quo mihi resultat maximum fundamentum contra hanc communem assertionem, vt putem necessario tenendum, posse seruitutem constitui ex re, cuius aliquis vsumfructum habet, fructuario scilicet & proprietario consentientibus. Et hæc opinio probatur ex dictis iuribus loquentibus de constituēda seruitute in re, quæ ad plures spectat, probatur etiam ex reg *d.l. pen. C. de pact.* & ex eo, quod ad sensum constat, non fieri tunc iniuriam fructuario consentiēti *l. 11. §. vsque adeo. ff. de iniur.* nec est in eo assēsu vlla turpitudinis nota, quæ rem vitiare possit, nec ex cōsensu fructuarij tūc datur seruitus seruitutis, vt contra aliquos sciolos melius aduertit Curt. vbi *supra*, nec forma rei mutatur, nullumque fere præiudicium videtur: maxime, si seruitus, quæ constituitur, non minuat quantitatem fructuum, nec libertatem vtendi. Et per hæc prorsus reiiciendam puto communem opinionem. Fateor tamen, non leue esse respondere illi l. qua Dd. fundantur, cuius verba sunt *in d. §. vlt. proprietatis dominus ne quidem consentiente fructuario seruitutem imponere potest.* Deinde sequitur, *nisi per quam deterior fructuarij conditio non fiat.* In primo responso putant gloss & Scrib. expressum esse, quod nos hic improbamus. Connan. autem (quem grauissimi iudicij virum puto) *lib. 4. ca. 3.* idem quod nos tentauit, licet non ita fundet, & pro sua exactissima cognitione linguæ Latinæ verba illa aliter explicat, interpretatur enim vt primum responsum contineat affirmatiue, posse proprietarium sine consensu fructuarij seruitutem imponere, quia vero ea decisio videretur dura & contra iuris rationes, intelligit ex seq. responso eam limitari, vt procedat tantum, quando seruitus nullum incommodum fructuario afferret: & verbum, *nisi*, accipiatur pro duntaxat, vt sic ex vtroque contextu resultet vna decisio, quæ habeat, proprietarium, etsi non consentiat fructuarius, posse seruitutem rei imponere, eam duntaxat, per quam nullum damnum fructuario infertur. Et hac nostra explicatione, apertius mens eius in hoc percipietur, cui addimus circa particulam, *ne*, primi responsi, quæ tradit Bud. *in Anno. prior. ad Pand. l. in eo iure, ff. de ritu nupt.* Addimus etiam eam particulam sæpe stare pro, *non* (vt ibi stat) quod ad alia iura no. Alberic. *in Dictionario* Spiegel. *in Lexico.* Et ex sequenti

con-

contextu, ibi, *deterior non fiat*, plane colligimus IC. non respicere argutiolas, quas Interpretes pro ratione suæ opinionis afferunt, sed tãtum respicere, ne fructuario inferatur incommodum, ideoque necessario probat valituram constitutionem seruitutis consentiente fructuario, quia tunc non dicitur incommodum, nec iniuria, vt *supra*, quod eleganter probat text. *in l. fi. in fi. ff. de vsu & hab.* Cogitabam etiam rem hãc faciliorem reddi posse, si in primo responso duplex esset negatiua: prima, vbi est in omnib exemplaribus: secunda ante verbum *potest*, vt sit sensus, proprietarium non posse seruitutem constituere, non consentiente fructuario: & tunc proprie sequitur limitatio, nisi seruitus sit, per quam nullum incommodum fructuario afferatur, quia tunc solus proprietarius seruitutẽ imponere potest. Nec est nouum, vt aliquando in Pandect. libris particulam aliquam desideremus, vt sæpe tradit doctiss. Aleiat. & alij non aspernãdæ autoritatis viri, specifice autem *ad l. si quisquam, ff. de diuers. & tempor. præscrip.* Et in hũc sensum dictio, *nisi*, sequẽtis responsi lenius & proprius staret, quam secundum interpretationem Cõnani. Tandem quælibet interpretatio admittenda est pro veritate conclusionis, quam hic tuemur, reiecta communi opinione, cui iuris rationes obstant, & communis sensus aduersatur, vt constat
75 ex *supra* adductis. Vidimus *supra*, patrem in aduentitiis à cautione vel satisdatione excusãri, cum regulariter omnis fructuarius cauere teneatur, iuxta *l. 1. ff. vsufr. quemad. cau. l. si vsusfr. 16. ff. de vsufr. c. vlt. de pig.* quæ materia vtilissima ob frequentiam est, & à nostris nullibi ordinatim explicata, ideoque eam hic ample & vtiliter ornare intendimus. Regula igitur ampliatur, primo ad vsum, vt etiam qui eum tantum habet, cauere teneatur, vt *in l. 5. versi. sed & si vsus, & l. pen ff vsufr. quemadmodum caue*. Ampliatur secundo in habitatione, & tertio in operis seruorum, secundum Imol. *in d. cap. vlt. n. 29.* Ampliatur quarto, etiamsi vsusfructus vel vsus detur personæ dilectissimæ, vt vxori vel liberis, ex mente Dd. *& l. 1. & l. 4. C. de vsufr.* conducunt quæ docte tradit Dec. *cons. 5.* Ampliatur quinto ex eo, quod inferius teneatur contra Socin. Cor. Dec. *ad fi. huius par. nu. 80.* Ampliatur sexto, vt ea cautio debeat esse cum descriptione bonorum, vt *superius* dixi in alio articulo, cum Alex. *cons. 58. li. 3* contra gloss. non solitam citari, *in d. l. 1. verb. facient, ff. vsufr. quemadmod. cau.* tradit Iaſ. *infra* citandus, *cons. 40. nu. 2. lib. 1.* Ampliatur septimo in legatario ad tempus: is enim cauere debet hæredi de restituendo post tempus, vt *in l. fin. C. de lega.* & ibi glo. & Dd. notat Guid. *dec. 248.* Ampliatur octauo, etiamsi vsufructuarius vel vsuarius simul habitent cum proprietario, vt *in l pen.* & ibi Alb. *ff. illo tit.* Picus *in §. Titia cum nuberet, nu. 141.* notat Barto. *in l. si vt certo, §. sine me, nu 3. ff. commod.* inferens cum gl. ad qu. de qua etiam Ripa *de peste, nu. 433.* Ampliatur nono in parente trãseunte ad sec. nupt *l. hac edictali, § iis illud, C. de secun. nupt.* Fulgos. *cons. 82. in fin.* facit tex. *in l. iubemus, §. in supradictis, C. ad Trebell.* & apud Lusitanos habetur *l. reg. libr. 4 tit. 75. §. 5. cum seq.* tradit Boer. *dec.* 200. Ampliatur decimo, vt nec testator possit eam cautionem remittere vsufructuario, cui bona relinquit, quod durissimum est, sed ita iura habent, vt patet ex *l. 1. C. de vsufru.* apertius *in l. pen. C. vt in poss. lega. & in l. si pecuniæ, ff. eod.* gloss. autem *in d. l pen. & in d. l. 1. & in §. constituitur, Instit. de vsufru.* duplicem rationem assignat, sed neutra concludit, vt ingenue fatentur Corn. & Fulgos. nec sibi satisfacit Paul. *in l. 2. eod. tit.* nec Barto. *in l. nemo potest, num. 3. ff. de legat. 1.* minusque satisfacit, quod Rip. pro ratione affert *in d. l. nemo, num. 41.* id enim est de quo quærimus: ratio autem à dicto differre debet. Ea autem dura iuris decisio ampliatur, vt sicut testator non potest tollere hanc cautionem, non possit etiam tollere Inuentarium & descriptionem bonorum, vt tradit Iason *d. cons. 40. num. 2. lib. 1.* quod vltra eum colligitur ex Alex. *in d. l. nemo potest, num. 18.* vbi Bald. citat, quod tutius est stantibus illis iuribus, licet ex Ana. contrarium tradat Barb. *cons. 64. num. 16. lib. 2.* & sic erit 11. ampliatio ad reg. Ampliatur etiam, vt testator hanc cautionem remittere nequeat, tam in his, quæ vsu non consumuntur, quam in ijs, quæ vsu consumuntur. in primo conueniunt omnes, in secundo inaduertenter contrariũ tentarunt Cyn. & Petr. *in d. l. 1. C. de vsufr.* quorum autoritate aliqui ex posterioribus decepti sunt: verius enim & receptius est, vt cau-

tio præstanda in vsufructu eorum, quæ vsu consumuntur, à testatore remitti nequeat, secundum Bart. *in d.l.1. num.10.* Bald. Salycet. Fulgos. Paul. *num.3.* Imol. *in d.cap.vlt. ad fin.* & est recepta sententia, vt asserit Picus *in d.§. Titia cum nuberet, num.141.* Dec. *cons.565. num.5.* Ias. *d.cons. 40. num.1. lib.1.* & ita aperte in pecunia loquitur *d.l.1. C. de vsufr. & d.l. si pecuniæ, ff. vt in poss. leg.* pecunia autem in hac materia æquiparatur ijs, quæ vsu consumuntur, vt *ind.§. constituitur, Instit. de vsufr.* & ita indistincte loquitur tex. clarus *in d.l. pen. C. vt in poss. legat.* vnde mirandum est Cyn. & Petr. contra illa iura loqui, & magis cauendum ab Anch. & Panor. *num.4 & collect. num.6. in d.cap. fin. de pignor.* qui contra iura, Bar. & receptam sententiam contrarium scribunt, cauendum etiam est à Barb. *d. cons.64. num.8. lib.2.* Et ex his non videtur tutum, quod noue limitando hæc iura tradit Alciat. *lib.7. Parerg. cap.2. ad fin.* & sic est 12. ampliatio ad reg. At illa iura, quæ rigide disponunt, hanc cautionem à testatore remitti non posse, limitantur à Dd. in constituente vsumfructum inter viuos, cui erat cauendum: eum enim dicunt posse remittere cautionem, iura enim illa loquuntur tantum de testatore, & ideo cum exorbitantia sint, extendi non debent, & ita Bald. *nu.22.* & alij post Guliel. *in d.l.1.* Ruin. *in d.l. nemo potest.* vbi per Hannibal. *n.173.* Limitatur etiam illa iura, licet testator nequeat hac cautionem remittere, possit tamen hæres postquam succedit, & ita gl. & Bar. *n.11. in d.l.1.* & ibi Salyc. & alij, idque omnes tenere dicit Bald. *ibi, n.12.* & tanquam receptissimum tradit Aretin. *in princ. Instit. de vsufr. ad fin.* & Iason *in d.l. nemo potest. in vtraque lect. col. vlt.* licet aliqui cõtrarium tentauerint, quia non constat ratio differentię inter testatorem & hæredem, inter quos ipse Ias. sed quod hic dicimus receptissimum est, secundum Rip. *d.l. nemo potest, num.41.* & Hannibal. *nu.165.* vbi ipse ex *n.178.* cum Ias. contradicere videtur, sed in hærede hoc receptissimum esse, vltra allegatos colliges ex Cor. *in d.l. pen. Cod. vt in possess. legat.* ex Ang. *in tract. de testam. gloss.93.* ex Imol. *in d.c. fin. nu.12.* ex Ruin. *cons.115. num.6. lib.5.* Hoc tamen de hærede intelligitur, quãdo expressim remittit cautionem, non enim sufficerent verba generalia, quibus promitteret se molestiam nullam illaturum, vt vult Bald. *ibi, num 13.* quem alij sequuntur, vt per Iason. *d. cons. 40. & in l. actionem, n.4. C. de procurat.* Dec. *d. cons.565.* Crauet. *cons.187. ad fi.* verba enim conuentionis recipiunt intellectum ex iuris dispositione in eadẽ materia, *l. si conuenerit, 14. ff. pro socio. l. quæro §. inter locatorem. ff. loca.* Hæc etiam iura mirabiliter restringit Bald. *in d.l.1. nu.11.* vt quamuis testator non possit remittere eam cautionem, possit tamen iubere, vt hæres accipiat certum fideiussorem pauperem, & ita Salycet. *ibi, num 5.* Barb. *in d.cap. vlt.* Ang. Aretin. *in d. prin. de vsufr. ad fin & in tract. de testam. gloss 93. num.1.* & Chass. *d. fol.155. colum.2. num.8.* per quod indirecte tolli videtur decisio & rigor illorum iurium: pro quo citauit Bald. *l. tribus, ff. de vsuf. ear. rer. quæ vsu consum.* quæ iudicio meo nihil probat, non enim agit de fideiussore inope, sed de vno ex hæredibus grauato fideiubere pro legatario vsusfructus, quæ decisio etiam mire limitat hæc iura. Vnde Paul. à monte Pico, *in d rep. §. Titia cum nuberet, nu.145.* in noua sententia est, vt *d.l. trib.* non procedat hodie ob iura illa C. quæ ipse nouiora putat & cõdita longo interuallo post *d.l. tribus,* quæ Papiniani fuit. Sed labitur vir doctus, non aduertens, quod *d.l.1. C. de vsufr.* cõdita fuit à Vero & Antonino, qui imperarunt ante Bassianum Caracallam, cuius iniquo & nefario iussu occisus est maximus ille IC. Papinianus, & sic non potest dici, quod responsum Papin. anterius erat, & deceptus fuit Picus ex vulgari errore, quo putari solet indistincte ius Cod. nouius esse iure Pandectarum, quod *Supertus* non immerito admonui, conuincitur idem lapsus Pici, quia ante Papinianum fuit IC. Iulianus, cuius est *l. si pecuniæ, ff. vt in poss. legat.* quæ probat idẽ quod *d.l.1. C. de vsufr.* secundum gloss. & omnes, hoc autẽ ex fide historiarũ asserimus, & facile videre est ex his, qui post Sueton. Imperatorum historiam descripsere, & ex Riualio in historia Iuris Ciuilis, & alibi sæpe, & sic cõcludo *d.l. trib.* non posse dici correctam. Melius igitur est tenere contra Bald. & sequaces, vt facit Hannibal *in d.l. nemo potest, nu.184.* referens solum Aretin. *de testa.* vt scil. testator, cui à iure negatur potestas tollendi hanc cautionem, non possit compellere hærẽ, vt accipiat fideiussorem inopẽ,

vel

vel aliter non idoneum: & ne per indirectum ei concedatur, quod ei ius prohibet, iuxta reg. *l. Scius.* 27. & ibi Barto. *ff. ad l. Falc.* paria enim sunt non cauere, vel minus idonee. *l. quoties. ff. qui satisda. cogan. l. tertia. ff. de fideiuss.* hæc autem iura in materia iubent fructuariũ idonee & vtiliter cauere. dicit text. *in d. §. constituitur. Inst. de vsufr.* obligatio autẽ inopis debitoris nulla censetur. *l. nam is. ff. de dolo.* nec valet argum. Baldi ad *l. tribus.* de hærede idoneo, ad fideiussorem minus idoneum. nec extensio facile admittenda est contra iuris reg. *l. quod vero contr.* 77 *ff. de legi.* Ad superiora necessario annectitur quæstio de fructibus perceptis à fructuario ante cautionem, in qua váriauit glo. nam *in l. si cui tus. 15. ff. de vsufr.* tenet fructuarium non facere fructus suos, antequam satisdet. idemque dicit in pluribus alijs locis, vt obseruat Bart. *in l. vxori. ff. de vsufr. lega.* At glo. *in cad. l. vxori. 24.* ex Azone contrarium regulariter dicendum sentit, vt fructuarius faciat fructus suos ante satisdationem, cum distinctione, de qua ibi, & hæc videtur plane receptior sententia, circà quam Chass. *in consuetud. Burg. Rubr. 4. §. 6. fol. 155. col. 1. ad fin.* refert Pyrrhum in quodam Opusculo tradentem regulam cum quinque limitationibus, quem librum habere mihi non cõtigit, licet curiosè quæsierim. Sit igitur regula vt fructuarius rem possidens faciat fructus suos etiam ante satisdationem, secundũ Azon. quem sequuntur Bart. & Fulgos. *in d. l. si cuius* Bart. Alber. Paul. post antiquiores, *in l. 4. C. de vsufr.* Bal. *in l. 1. nu 15.* & Salyc. *n. 6. Cod. eod* Bar. *in l. si homo, nu. 3. ff. de vsucap.* Imol. *in d. c. fina. nu. 19 de pign.* & ibi Panor. *ad fin.* Ang. Aretin. *in princ. num. 4. Instit. de vsufr.* Soc. *cons. 131. ad fin. li. 1.* Corn. *cons. 173. n. 8 lib. 3.* Chass. vbi *supra.* Bertrand. *cons. 40. numer. 6. lib. 2.* Socin. Nep. vbi late *cons. 72. numer. 8. lib. 2.* Ang. Aretin. *de tes̃ta. gloss 93. numer. 2.* & ita omnes tenere tradit Alex. *cons. 120. n. 5. lib. 6.* Vides igitur hanc esse magis communem opinionem, vt regulariter fructuarius ante satisdationem faciat fructus suos, vt sic caueas à glo. in multis locis, magisque ab ijs, qui contradicunt, putantes hoc receptum non esse, quos refert Soc. Nep. *d. cons. col. 1* vt etiam caueas à Fehn. *in cap. si autem, nu 5. de rescript.* à Corn. *cons. 95. ad fin. n. 14. lib. 2* à Fulgos. *cons. 92. in fin.* Nec obstat *l. si vsusfr. 16. ff. de vsufr. & d. l. vxori 24.* & similia iura: loquuntur enim de vsufructuario non possidente, qui etiam non recte ageret, nisi satisdationem offerat. ex doctrina *l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empt.* nos vero loquimur de fructuario possidente, qui cõmodo & vigore possessionis iuuatur, maxime attenta doctrina glo. *in l. 1. ff. de vsufr.* quod hæc satisdatio non sit de substantia vsusfructus, licet petita, necessario præstari debeat. sic gloss. *in l. 4. C. eod. in §. 1. Instit. eod. & in c. fin. de pign.* & vbique Scrib. communiter. Sed hæc regula primo limitatur iuxta eius terminos, si fructuarius possideat: secus, si possidente proprietario fructuarius cautionem non offerat, nec proprietarium interpellet, secundum Bar. & alios communiter, vbi *supra* Limitatur secundo, nisi res interim sit penes tertium sine culpa proprietarij, & sine oblatione satisdationis ex parte fructuarij: tunc enim fructus, qui euinci poterunt, ab illo tertio cedent ad vtilitatem proprietarij. ex Bart. ita intelligendo *in d. l. 1. num. 15. de vsufr.* Aretin. *in d. princip. Instit. eod. num. 4.* ex relatis à Pico *in d. § . Titia cum nuberet, num. 143. ff. de legat. 2* vbi tamen inuoluit. Limitatur tertio, nisi fructuarius vitiose possessionem adeptus sit, quia tunc fructus suos non faciet. ex Cyn. *in d. l.* Imol. *in d. cap. fina.* Ang. Aret. *in d. princ.* Bal. *in d. l. 1. n. 15.* Soc. Cor. Soc. Nep. *d. consiliis.* Dicitur autẽ vitiose possidere, si ignorante proprietario possessionem acceperit, secundum eosdem. & Chass. *d. fol. 155. col. 1. num. 3* facit doctrina gloss. & Bart. per text. *ibi in l secunda. Cod. de his qui ex publi. ratio. c.* occulte fieri quod ignorante eo, cuius interest negocium scire, notat Bart. *in l. non intelligitur. §. tacita, ff. de iure fisci.* Iason *in l. clam possidere. ff. de acquir. possess.* Matth. Afflict. *lib. 1. constit. Rub. 99. n. 17.* Limitatur quarto, nisi cautio, vel satisdatio peratur, quia tunc fructuarius eam non præstans, censetur esse in mala fide, ideoque fructus suos non facit. & ita conciliatur varietas gloss. estque receptissima concordia & resolutio, secundum antiquiores & nouiores *in d. locis* Bart & Fulgos. *in d. l. si cuius.* Bart. *in d. l. vxori.* omnes *in d. l. prima. & d. l. 4. C. de vsuf.* Imol & Panor. *ad fin. in d. c. fin.* Alex. *d. cons. 120 lib. 6.* Corn. Soc. & alij *d. consiliis.* Bar. Bal. Salyc.

in l. hac edictali. §. 1. in fi. verſi. ſin autem vtraque. C. de ſec. nupt. per eundem text. *ibi, fide iuſſionem diſſimulauerit.* Limitant aliqui quinto, vt regula hæc procedat in
78 immobilibus, in quibus etiam ante cautionem proprie concedunt dici vſumfructum, ſecus in ijs, quæ vſu conſumuntur, in quibus dicunt non appellari proprie vſumfructum ante cautionem, cum in his ex Senatuſc. vtilitatis cauſa, data cautione, admiſſus fuerit vſusfructus, iuxta text. *in §. conſtituitur. Inſtit. de vſufr.* ideoque in his tanquam diuerſis, diuerſæ cautiones præſtantur, vt bene declarat glo. & Paul. *nume. 2. in d. l. 1. C. de vſufr.* Alciat. *ibi 7. parerg. c. 2. poſt princ.* & ideo in his, quæ vſu conſumuntur crebrius reſoluunt Scrib. cautionem dici de ſubſtantia vſusfructus, vt cum Iacob. Butri. tradit Bartol. *in l. 1. numer. 12. C. de vſufr.* & ibi Alex. ad eum, & Bald. *ibi. numer. 10.* Salic. *num. 2. ad fin.* Fulgo. *in fin.* Ang. Aret. *in princ. Inſtit. eod. num. 2.* & *de teſta. d. gloſſ. 93. in fin.* & Iaſ. *in l. 1. numer. 125.* & Alciat. *num. 32. ff. de legat. 1.* Corn. *conſil. 79. lib. 2. num. 7.* idque vt receptum tradit Socin. Nep. *d. conſil. 72. num. 3. lib. 2.* Qua doctrina retenta (vt ſcilicet cautio dicatur de ſubſtantia vſusfructus, in ijs quæ vſu conſumuntur) ſpecifice, vt neceſſarium conſequens inferebat Ang. Aretin. *in d. princ. Inſtit. de vſufr. num. 3. in fine.* quod perpetuo notandum commendat, vt tunc fructuarius non faciat fructus ſuos, niſi poſt cautionem datam: idemque non obſcure admittit Socin. nep. *d. conſil. 72.* Sed ego prædictam doctrinam (licet magis communem) non puto veram, conſequentiam vero Aret. & Soc. Nep. falſam, & contrariam receptiori traditioni probabo. Verius enim videtur, quod Imol. tentat *in d. c. vlt. num. 18. de pign.* vt cautio non dicatur de ſubſtantia vſusfructus, etiam in his quæ vſu conſumuntur, per text. quem citat *in l. 5. §. 1. ff. de vſufru. earum rerum, quæ vſu conſumuntur, ibi, conſtante vſufructu cautionem velit, & ibi, finito vſufructu.* vbi IC. ante cautionem datam conſtare & finiri vſumfructum ſecure dicit in his quæ vſu conſumuntur. Et per eundem text. ita prius Ioan. Iab. *in §. 1. num. 2. Inſtit. de vſufru.* & ibi Iaſ. ad Porti. neutrum eorum citans. & ante eos aperte ita docuit glo. per eundem tex. *in l. 1. ff. de vſufr. in verbo, vtendi.* & prius Azo *in ſumma. C. eod. numer. 2. verſicul. dicunt.* citans eandem *l. 5. quæ incipit, hoc Senatuſc. §. 1.* & indiſtincte in omni vſufructu id ſentit Bald. *in l. 2. ad fin. C. communia, de lega.* dicens cautionem non eſſe neceſſariam ad originem, ſed ad traditionem vſusfructus. Sequitur Ruin. *conſil. 91. numer. 8. lib. 2.* & hæc opinio iuuatur ex reg. *l. 1. §. lex Falcid.* ſecundum communem allegationem. *ff. ad l. Falcid.* patet igitur non eſſe tutum fundamentum Ange. Areti. & Soc. Nep. veriuſque dicendum videtur, etiam in his, quæ vſu conſumuntur, non improprie vſumfructum dici ante cautionem. Et quamuis eorum antecedens verum eſſet, non neceſſario conſequebatur, quod ipſi inferunt: ſtare enim poſſet, vt cautio dicatur de ſubſtantia vſusfructus in his, quæ vſu conſumuntur, non tamen impediatur fructuarius ante † cautionem fructus ſuos facere, ſi rem abſque vitio poſſideat, vt præſupponit regula, de qua agimus: militat enim eadem ratio, quæ aſſignatur in vſufructu immobilium: hæc enim omnia æquiparantur *in d. l. 1. C. de vſufru.* vbi Dd. indiſtincte de vſufru. quorumcunque bonorum circa fructus quærunt & reſoluunt. & hoc aperte vult Bar. ad quem Ang. & Socin. Nep. non aduertunt *in d. l. vxori. ff. de vſufr. lega.* tex. enim ibi loquitur de vſufr. pecuniæ, & in terminis eiuſdem tex. Barto. diſtinguit, vt *ſupra*, reſoluens fructuarium regulariter fructus ſuos facere, & ita glo. ibidem poſt Azo. ergo volunt aperte traditionem noſtram procedere etiam in ijs, quæ vſu conſumuntur, & ita plane Alexand. *d. conſil. 120. lib. 6.* vbi agit de vſufructu eorum, quæ vſu conſumuntur, vt patet *ex princ. conſ. & n. 5.* tanquam receptiſsimum tradit, quorumcunque bonorum fructuarium ante cautionem non petitam fructus ſuos facere. idemque colligitur ex Imol. & Panor. *in d. cap. vlt. de pign.* vbi text. de vſufru. immobilium & eorum, quæ vſu conſumuntur, promiſcue agit: ipſique & alij Dd. indiſtincte reſoluunt, quod *ſupra* tradidimus, vt iam perpetuo cauendum ſit à lapſu Ange. Aret. & Soci. Nep. & fundamento eorum, quo plures decipi poſſent, maxime cum hic fructuarius poſſideat ex iuſto titulo, & fructuum acquiſitio facile admittatur, iuxta text. & Barto. *in l. ſed & ſi*

lege.

lege. §. scire ff. de petit. hæredit. cum alijs. Ex his autem non leuiter iuuabitur quod tradit Alexand. *in l.1. num. 20. ff. de legat.1.* quem ibi probat Soci. *num. 12.* vt in legato vsusfructus eorum, quę vsu consumuntur, saltem oblata cautione dominium ante traditionem trãsferatur, licet Iaſ. *ibi numer. 125.* contrarium probet, idque Alciat. ibi, *nume. 32.* contra Alex. indiligenter dicat receptius, per text. qui nihil obstat *in l. si tibi. ff. de vsufru. earum rerum, quæ vsu consumuntur*, & opinionem Alex. plene ibi defendit Crauet. *num. 173.* & aliter ibi nouissime explicat Ferret. *nu. 46.* pro Alex. etiam potest adduci Bald. *in l. 2. in fin. C. communia de legat.* sed contra adduci etiam potest idem Bal. (more suo) *in l.1. num.10. in fin. C. de vsufru.* In hoc
79 vtilissimo articulo consilium non fuit omittere, quod tanquam receptum tradit Corn. *consil.173. num. 8. lib.3.* moram fructuarij nõ satisdantis post petitam ab eo cautionem, ei tantum nocere, quo ad fructus futuros, non vero quo ad perceptos ante moram, seu ante petitam cautionem, idque scriptum putat à Bart. & alijs in locis *supra* citatis, quos ego diligenter relegens id explicite scribere non video: addo tamen idem tradere Paul. Castr. *consi. 279. ad fin. num. 4. lib. 1.* & ibi Roma. *consil. seq. in fin.* quos sequi videtur Socin. Nep. *d. cons. 72. num. 8. lib.*
† 2. Ego autem contrarium tutius putarem, & magis de mente Barto. *in d. l. vxori.* & aliorum, quos in hac materia Corn. citat. Bar. enim, Imol. & Panorm. *in d. cap. vlt.* Alexand. *d. cons. 220.* & alij *supra* citati indistincte loqui videntur de omnibus fructibus à fructuario perceptis, quos restituendos dicunt, si fructuarius non caueat: quod etiam sentire videtur Fulgos. cum Barto. *in d. l. si cuius. ff. de vsufru.* idque mihi probabilius est in odium maligne nolentis cauere: si enim absque culpa non possit, mitius cum eo agitur, ex gloss. & Dd. *in l. 4. C. de vsufruct. infra.* quod mihi fortius probatur, quia fructuario nolente cauere, proprietarius necessario ab eo rem euincet, & consequenter cum fructibus ante perceptis, causa scilicet ad non causam reducta, tituloque fructuarij prorsus resciſſo. argum. text. *in l. filio. 16. §.1. in fin. ibi, cum fructibus. ff. de inoff. testam.* cum notanter traditis à Roma, *cons. 554. num. 25.* à Felin. *in c. cum causa. col. pen. de re iudic.* idem eleganter comprobatur ex *l. 5. ff. de l. commiſ.* & maxime ex doctrina Panormit. *in c. illo vos. num. 6. de pigno.* considerando, quod in his terminis rescinditur titulus culpa, & voluntate ipsius fructuarij, quorum alterum sufficit, vt res cum fructibus auocetur. ex *proxime* citatis, & ijs quæ tradit Burg. *in cap. ad nostram. num. 36. de empt. & vend.* & latius scribo *in l. 2. C. de resc. ven.* ex quibus ita iudicarem: & credo quod iudicabitur in eo. *consil. 173. numer. 8. lib. 3.* vnum summe commendat Corne. ex Bald. *in d. l. 1. vt fructuarius*, qui sua autoritate, non proprietarij, possessionem acceperit, non faciat fructus suos, etiam pro tempore, quo non petitur satisdatio. adde Salycet. *in d. l. 1. numer. 6. in fin.* Ang. Aret. *in d. princ. Instit. de vsufr. col. 2. versic. aut erat apud eum cum vitio*, quod vt receptum tradit Socin. *d. cons. 131. ad fin. lib. 1.* & horum mens est, vt hoc procedat, quamuis proprietarius postea sciat & patiatur fructuarium fructus percipere: sed plures non sine colore putabunt contrarium colligi ex Bart. *in d. l. vxori. ff. de vsufr. leg.* quem Dd. vbique sequuntur, & Imo. *in d. cap. fin. de pign. numer. 19 in fin.* & alij *supra* relati, qui videntur resoluere, quod fructuarius indistincte faciat fructus suos, cum proprietarius scit eum fructus percipere, & tacet, nec cautionem petit. Ego autem censeo Bart. & qui eum sequuntur, intelligendos, quando fructuarius vitiose possidet, prout sine consensu proprietarij. Quod si forsan Barto. & alij contra sentiunt, mihi tamen verius videtur, quod vult Bald. quem Salyce. & Corn. sequuntur, vt scilicet fructuarius non faciat fructus suos, si vitiose possessionem accepit: nec id vitium purgetur ex scientia & taciturnitate proprietarij, quod probo, quia tunc obstat vitiosa possidendi origo, quæ attendi debet. text. vbi late Iason *in l. clam possidere. ff. de acqui. possess. ibi, sed origo nanciscendæ exquirendaest*, probatur hæc opinio, quia proprietarius iure tacere potuit confidens iuri suo, *l. sicut. §. 8. non videtur. ff. quib. mod. pig. vel hyp. sol.* nec proprietario leuiter auferendum est ius quæsitum ex culpa fructuarij, secundum iuris reg. quod magis probatur, quia legatarius ita accipiens possessionem sine autoritate hæredis, ali-

quando possessione, aliquando toto iure legati priuatur, iuxta *l. non dubium. C. de leg. l. 1. ff. quor. leg.* sic accipiens possessionem ex contractu absque autoritate domini, prædo censetur. *l. si ex stipulat. 5. ff. de acq. poss.* ergo proprietarius euincet rem cum fructibus à fructuario, qui vitiose possessionem occupauit tanquam à malæ fidei possessore; facit quod notat Fulgos. *in l. 4. in fin. C. de vsufr.* maxime, quia proprietarius recte allegare posset, quod nisi fructuarius vitiose accepisset possessionem, ipse possideret, & donec sibi cautio daretur, fructus sui essent, vt verum est per ea, quæ *supra* adduximus. In eodem articulo est aliud non negligēdum, in quo Dd. latenter variant: nam Albe. *in d. l. 4. C. de vsufru.* referens antiquos, bis concludere videtur, fructuarium censeri in mala fide, & consequenter non facere fructus suos, vbi non cauet, sciens se ad id teneri, etiamsi ab eo cautio non petatur: & ita Fulg. *ibi ad fin.* & Bal. *in l. 1. ad fin. eod. titu.* Corn. *d. consil. 173. numer. 8, ibi, credidit non teneri.* & Anchar. *in d. capit. fina. de pign.* Sed hæc opinio non videtur vera, si enim proprietarius sciat fructuarium possidere, nec fuit aliquod vitium fructuarij in accipienda possessione, non potest dici mala fides ex eo, quod fructuarius cautionem non præstet, quæ ab eo non petitur: quod probare videtur Imol. *in d. cap. vlt. numer. 19 in fin.* & sentit Bart. si expendatur, *in d. l. 4. ad fin.* dum loquitur de mala fide fructuarij, eamque exemplificat, quando requisitus non satisdat, non autem quia sciat se obligatum cauere, quod etiam probat Ang. Aretin. *in d. princ. de vsufru. col. 3. num. 4 versicu. & pondera.* idemque videtur colligi ex Alex. Socin. & alijs in consilijs & locis *supra* citatis, dum indistincte excusant fructuarium, qui non vitiose possessionem obtinuit, quamdiu ab eo non petitur hæc cautio: idque iuuatur, quia sciens se teneri ad hanc cautionem, sciet etiam vel sperabit, vt proprietarius eam petat, nec ei iniuriam facit non satisdando, nisi id petatur, vt in simili not. Paul. Castr. *in l. pet. o. § fina. in fin. ff. de legat. 2.* facit gloss. vbi late Iason *in l. vniuersa. C. de prec. Imper. offer.* Hipp. *in l. vnius. §. cognitur ũ, ff. de quæst* ex quorum dictis probatur excusari eum, qui non interpellatur, & debere quemque ius suum petere; quod etiam plene probat Feli. *in cap. si autem. nume. 4. de rescrip.* ex quo infero, quod fructuarius, etiamsi sit iuris peritus, faciet fructus suos ante satisdationem, quamdiu ab eo non petitur. Quod si fructuarius non inueniat fideiussorem, aliterve cauere nequeat, variæ sunt opiniones apud gloss. & Dd. *in d. l. 4. C. de vsufru.* gloss. autem concludere videtur, vt fructuarius nullo modo admittatur, nisi satisdet, idque videtur vt receptum referre Ias. *in l. 1. num. 23. versi. decimo limita. ff. qui satisda. cog.* & sentit Socin. *ibi n. 22.* sed Bart. post Guil. æquiorem opinionem amplectitur, distinguens, an fructuarius sit fide dignus, vt tunc cum iuratoria cautione vsusfructus ei tradatur, & hanc videtur probare Paul. ibi. Salycet. autem variat, & cum Barto. est Butr. *in d. c. fin. de pign.* & Imol. *numer. 27.* referens alios graues viros, probantes eandem opinionem Bart. Illud autem notabiliter addit Bart. vt quamuis fructuarius non possit cauere, nunquam omnino fructibus priuetur; sed res apud personam idoneam deponantur, vt respondeat fructuario, & interim tutus sit proprietarius, quod etiam probat Imo. *in d. loco.* quæ opinio fuit Guil. Cu. vt illi referunt, eamque in praxi approbatam tradit Guid. Papa. *decis. 150.* & Chass. *d. fol. 155. col. 2. numer 6.* quibus addo in id conducere text. *in l. 1. §. si pecunia. ad fin. ff. de poss.* Nec omitto, quod in hoc articulo addit Fab. *in d. princip. Instit. de vsufr.* quo non relato idem ibi probat Ang. Aretin. vt in rebus immobilibus facilius succurratur fructuario, qui cauere nequit, quod confirmatur, quia tunc minus suspectus est ob possessionem rei immobilis, iuxta *l. sciendū. ff. qui satisdare cog.* atque ita satis erit tūc promittere cū solenni hypotheca, quia si fructuarius re male vtatur, facile est remediū proprietario, vt rē euincat, secundū verā & receptam sententiā, quā *superius* probauimus cū Bal & Alex. *in l. diuortio, §. si fundum. ff. soluto matrim.* quam vltra ibi copiose citatos probat Iason *in l. nemo potest. sec. lect. in fin. ff. de lega. 1.* & Bello. dicens eam communem, *consil. 54. in fin.* Hæc autem regula, qua vsufructuarius cauere iubetur, limitatur in nonnullis casibus, vt notat glo. *in d. l. quarta. C. de vsufr. & in d. c. vlt. de pign.* & 80

illis

illis addit Socin. notabilem casum, in eo qui donat bona sua retento vsufructu, vt is satisdare non teneatur, ne ex liberalitate propria vexetur, ita Socin. *in l. omnes. ff. de except.* quem sequitur Deci. *in l. Diuus Pius. numer. 2. ff. de regul. iur.* vbi refert Corn. idem consulentem, *consil. 267. lib 4* vbi *numer. 11.* Corn. inquit, se sexagenarium nunquam vidisse donatarium talem cautionem à donante petere. Et ita Socin. *in l. 1. numer. 16 ff. qui satisda. cog.* & idem probat Dec. *consil. 265. numer. 5.* qui ad idem refert Palat *in §. præterea instit. de actio.* idem sequitur & commendat Cagn. *in d. l. Diuus Pius.* idem probat Rube. *consil. 54. numer. 7.* & idem probat Gozad. *ad consil. 91. nu. 5.* Et eorum opinio iuuari potest ex gloss. *in l. si quis argent. verb. æstimatione. C. de donat. ibi, speciale in fauorem exercentis liberalitatem.* & in casu notab. tradit Aufre. vel Ferra. *in addit. ad Guid. Pap. q. 204.* & quod notat idem Guid. *decis. 493.* Sed hi patres non adducunt fundamentum, quod vrgeat: eorum tamen opinio æquitate & politica comitate fouetur: durum enim & inciuile videretur, admittere donatarium petentem cautionem ab eo, qui liberaliter beneficium ei contulit, iuxta vulgarem *l. ad res donatas. ff. de ædil. edict. & d. l. Diuus Pius.* donatio enim sine amore non fit, ideoque donans videtur facere opus parentis, vt tradit Pala. *in Rub. §. 70. num. 21.* Rip. *in l. fin. q. 49. C. de reuo. donat.* per text. qui aliqualiter probat *in l. 4. ff. de confir. tut.* Sed de rigore contrarium sustineri posset, imo quod donans retento sibi vsufructu, non excusetur à satisdatione ob generalitatem & geminationem verborum. *d. l. 1. ff. vsufru. quemadm. caue. ibi, ex alia quacunque causa constitutus fuerit vsusfruct. & d. l. 4. C. de vsufr. ibi, siue ex voluntario contractu,* iuncta reg. *l. in fraudem. §. vlt. ibi, qua generalis. ff. de mil. testam.* sic enim & cum patre donatore iuris regula seruatur, nec ob causam donationis dispensatur. *l. 2. C si aduers. dona.* quod videtur probare Hannibal. *in d. l. nemo potest. numer. 175.* non tamen recederem à superiori opinione, quæ receptior & æquior est, cum temperamento Socin. vt sat sit donantem tunc promittere cum hypotheca bonorū, vt sic per mediocritatem causa dirimatur. argu. tex. quem citat *in l. filio. 7. in fin. ff. vt leg. sen fideicom. nom. caue.* addo in proposito posse expendi tex. *in l. tribus. vers. illud. ff. de de vsuf. earum rer.* nec enim lex acerbam exactionem probat, vt pulchre tradit Vlpian. *in l. si bene collata. 33. ff. de vsufr* In praxi etiam obseruatum vidi, quod tradit Paul. Cast. *in d. l. 1. C. de vsufr. numer. 5.* vt licet fructuarius non offerat cautionem, nō ideo absoluatur proprietarius, sed condemnetur: adiecto eo, si fructuarius caueat. & ita Deci. *consil. 418. numer. 18.* In modo autem cauendi est differentia inter bona immobilia & alia, in quibus proprie cadit vsusfructus, & inter bona mobilia, vel ea quæ vsu consumuntur: in prioribus enim cautio est de vtendo & fruendo arbitrio boni viri. *d. l. 1. ff. vsufr. quemadm. caue.* in alijs autem aliter cauetur, vt *in l. si ti. 7. ff. de vsufr. earum rer.* probat text. *in d. c. vlt. de pig.* glo. & Paul. *numer. 3. in d. l. 1. C. de vsufr.* in his enim, quæ vsu consumuntur, inquit *d. l. 7.* cautionem præstandam esse de reddendis rebus eiusdem qualitatis, vel de reddenda æstimatione earū. & loquitur tex. de vino, oleo, frumento, & sic de ijs, quæ recipiunt functionem in genere suo, quo casu dicit Imol. *in d. cap. vlt. numer. 23.* cum gloss. ibi meliorem practicam esse, vt res æstimentur, & caueatur de reddenda æstimatione. Ego autem verius puto ex † *d. l. 7.* magis consuli fructuario, inque eius fauorē admitti cautionem alternatiuam, scilicet de rebus eiusdem qualitatis, vel de earum æstimatione, vt sic eligat fructuarius modum soluendi, iuxta reg. *l. plerunq. §. vlt. ff. de iure dot.* quæ in alternatiuis debitori electionē tribuit, nec beneficium legis alicui auferendum est. *l. quart. §. si quis condemnatus, ff. de re iud.* Quando autem in hac materia agitur de æstimatione, intelligitur secundum tempus, quo constituitur vsusfructus, vt probat gloss. *in §. constituitur. verb. æstimatæ. Instit. de vsufruct.* Azon *in summa. num. 3. in fin.* & tanquam receptum tradit Matt. Afflic. *decis. 342. num. 3. ibi, tempore recepti vsusfructus.* & Alexander & Bertrand. in locis *infra* citandis. Est etiam alia differentia in bonis mobilibus, quo ad ea, quæ vsu minuuntur, vt serui, vestimenta, & similia, quæ differunt ab oleo, frumento, & similibus, in prædictis enim quæ non omnino vsu consu-

muñtur, ſed minuuntur & corrumpuntur. dubitat Federi. *conſ.* 46. *num.* 1. Panorm. autem in *d.cap. vlt. num.* 3. & Cardin. ibi, vtiliter tentarunt, vt fructuarius caueat, ſicut in bonis immobilibus, de vtendo ſcilicet arbitrio boni viri, & reſtituendo, quod ſupererit: non vero de reſtituenda æſtimatione, quam opinionem tenuit Florian. quem refert & ſequitur Imol. *in d.c. p. vlt. num.* 24. Sed in vſufructu veſtium & pannorum contrarium receptius eſſe probat Alexand. *conſ.* 58 *num.* 7. *lib.* 3. & ſecure Bertrand. *conſ.* 40. *num.* 7. *lib.* 2. & Socin. *conſ.* 9. *colu.* 2. *lib.* 4. & regulariter in veſtimentis idē ſentit Azo *in ſumma nume.* 3. & tanquam receptum in veſtibus & pecudibus id tradit Aret. *in d. §. conſtit. num.* 2. *in fi.* in ſeruis autem & iumentis tanquam receptam probat Socin. *d. conſ.* opinionem Panorm. & Imol. quæ æquitatem habet, ne alias vſusfructus ſit penitus inutilis, ſed contraria ſententia indiſtincte receptior videtur ex Ang. Aret. Bertr. *in d. locis.* & opinio cōmunis (licet dura) maxime iuuatur ex litera *d. §. conſtituitur.* vbi ſerui, iumenta, veſtes, & alia mobilia æquiparantur: in veſtimentis autem aliquid ſpeciale notat Alciat. *d. lib.* 7. *Pareg. cap.* 2. & de his hactenus.

SVMMARIA

TERTIÆ PARTIS

L. I. C. DE BON. MAT.

1 *Ex hac l. reſtringente poteſtatem patris in aduentitiis, ne alienare poſsit, cum prius eum dominum appellauit, inferuntur aliqua, & agitur de intellectu l.* 4. *ff. de vſufru. vſque ad num.* 4.

5 *Agitur ſimul de intellectu l. recte dicimus. ff. de verbor. ſignific.*

6 *Agitur de intellectu l.* 1. *ff. de vſufruct. legato. reiiciunturque plura ad eam l. ſcriptam, & oſtenditur vſumfructum dici de bonis, & in bonis. Idemque de ſeruitutibus realibus, contra vulgarem opinionem vſque ad num.* 9.

10 *Ex hac l. appellante patrem & filium ſimul dominos, infertur ad §. ſi duobus. l. ſi vt certo. ff. commoda, quæ hic ornatur, vſque ad n.* 11.

12 *Ad idem adducitur & explicatur l. in reb. C. de iure dot. & an vir dicatur dominus dotis. & n.* 13.

14 *Improbatur vulgaris allegatio & inductio l. doce ancillam. C. de rei vendic.*

15 *Fit in articulo differentia inter bona æſtimata & inæſtimata.*

16 *Ex d. §. ſi duobus: infertur ad imperia, an in eis duo domini admittantur, & ibi de ſummo pontificatu cum excellentiſsimo Præceptore Nauarro.*

17 *Tractatur idem articulus in minoribus dignitatibus, & expenditur lex Regia apud Luſitanos.*

18 *In materia peculiari huius l. in vltima parte agitur de verbo alienare.*

19 *Reiicitur communis allegatio l.* 1. *C. de fund. dota.*

20 *Improbatur quædam traditio Bal. Pau. & aliorum: reiicitur que vulgaris differentia, quæ fieri ſolet inter verba legis & verba ſtatuti.*

21 *Probatur recepta opinio Azo. vt pater legitimus adminiſtrator ſine decreto legitime alienare poſsit.*

22 *Proponuntur aliqua in contrarium, ſed defenditur communis ſententia.*

23 *Oſtenditur tamen non eſſe ſecurum eum, in quem pater alienauit, niſi probet fuiſſe iuſtam alienandi cauſam.*

24 *Adducuntur aliqua iura de alienatione neceſſaria, quæ patri permittitur.*

25 *Eadem iura eleganter ponderantur ad probandum receptam ſententiam, vt venditor habens facultatem rei tradendæ, præciſe teneatur tradere.*

26 *Traduntur aliqua de cauſis ad alienandum, de rebus tempore perituris, & num.* 27.

28 *Reprobatur multorum opinio circa molendina & bona ſita iuxta mare, vel flumen, oſtenditurque in iis neceſſariam eſſe ſolennitatem, quæ regulariter exigitur circa immobilia. & num.* 29.

30 *Infertur generaliter permitti alienationem filio vtilem, & in ſimili adducuntur aliqua.*

31 *Oſtenditur varietas Dd. probaturque receptior opinio contra gl. & plures, vt alienatio rei Eccleſiæ, vel minoris abſque ſolennitate non valeat, etiāſi vtilis appareat.*

32 *Poſſe tamen validari, ſi id eligat Eccleſia*

clesia vel minor, quod limitatur numer. 33.

34 Agitur de remedio præstando ei, qui cum Ecclesia vel minore contraxit, & timet actum rescindi.

35 Ostenditur contra receptam sententiam aliquos incaute loqui.

36 Agitur de intellectu l. Iulianus. §. si quis colludente. & §. seq. ff. de act. empt. contra plures Scribent.

37 Patrem alienare posse vsumfructum aduentitiorum, sed tunc minus iuris transferre, quam ipse habet.

38 Inde infertur ad alios fructuarios, & agitur de intellectu §. finitur. Instit. de vsufruct. & de alijs multis iuribus contra Scrib. & n. 39.

40 Si legetur vsusfructus domus, adiecto ne legatarius altius tollat, vel alia seruitute imposita, non ideo censeri relictam proprietatem, contra omnes Scribentes.

41 Idem dicendum relicto vsufructu cum onere, ne res distrahatur, contra Bal. & omnes fere Scribent.

42 Explicatur contra omnes Scribent. intellectus l. Proculus. ff. de vsufruct. & adducuntur aliqua vtilia. & numer. 43.

44 An pater circa aduentitia filiorum compromittere possit.

45 Item tractatur circa facultatem transigendi, & explicantur aliqua à Scribent. confuse tradita, & n. 46.

47 Infertur ad intellectum l. ait Prætor. ff. de iure delibe. & n. 48.

49 Infertur ad possidentem vel prætendentem bona maioratus, & fit differentia inter alienationem voluntariam & præscriptionem, & iudicium cõtra insignem Deci. & plures. & n. 50.

51 Limitatur vtiliter hæc lex in alienatione, quæ fit vigore pacti reemendi, vel de reuendendo.

52 Agitur de intellectu l. 1. §. fina. ff. de reb. eor. Et tractatur quæst. an minor vel ecclesia emente, valeat pactum reuendendi, & inferuntur multa vtilia, & explicantur aliqua iura. n. 53. 54. & 55.

56 Tentatur noua limitatio in patre filioque nobilibus cum moderamine. Explicatur §. fin. l. cum plures. ff. de admin. tutor.

57 An pater possit facilius alienare in eum à quo aduentitia prouenerant, & reprobantur aliqua à Dd. tradita. & num. 58.

59 Restringitur iuridice, quod vulgo dici solet de effectu donationis remuneratoriæ.

60 Donationem factam ei, qui prius donauerat, posse reuocari ex ingratitudine contra plures, & in eadem requiri insinuationem contra alios. & numero 61.

62 In eodem articulo explicantur multa iura contra vulgares traditiones.

63 Agitur de locatione ad longum tempus, & an duret finito vsufructu patris.

64 De effectu conductionis ad longum tempus, & an æquiparetur emphyteusi, & an vere censeatur alienatio. traduntur multa, & n. 65. & 66.

67 Ostenditur differentia inter conductionem, quæ habetur à fisco, vel Republ. & eam, quæ habetur à persona priuata, in quo aliqua iura explicantur.

68 An pater, vel fructuarius, possint imponere seruitutem, & quamdiu duret, & num. 69.

70 Inde explicantur aliqua iura, & traduntur nonnulla in simili, & numer. 71.

72 Agitur, an pater possit venire contra alienationem, quam fecit de aduentitijs, & inferuntur aliqua. n. 73.

74 An filius viuo patre possit rescindere alienationem aduentitiorum à patre factam, & in eo nonnulla scitu digna.

75 Agitur de remedio, quo liberis succurri possit, quando pater bona dissipat.

76 Tractatur etiam, an & quomodo succurratur liberis, patre alienante ex causa onerosa, vel lucratiua. & num. seq. vbi multa contra Scrib. explicantur.

78 Tractatur quæst. an filius viuo patre audiatur in bonis maioratus, & explicantur aliqua iura.

79 Traditur limitatio communis gloss. & Dd. quando filius est hæres patris, & adducuntur aliqua non negligenda.

80 Agitur contra Dd. de sustinenda glo. in l. fin. §. in computatione. C. de iure delib.

81 Ampliatur multipliciter regu. l. cum à matre. C. de rei vendicat. & multa inde inferuntur, numer. 82. Deinde

multipliciter limitatur, & multa iura explicantur. nu. 83.

84 *Tractatur eadem regula circa bona feudalia, vel maioratus. Et explicatur ad propositum diuisio feudi hæreditarij, & de familia, & multa accuratius traduntur, quæ alibi scripta forsan reperiantur, vsque ad numerum* 87.

88 *Sustinetur notabilis opinio, quam in materia consulendo probauit Decius.*

89 *Alia non vulgaria in eadem re adducuntur & num.* 90.

91 *Probatur contra fere omnes Scriben. frequentius admittendum esse successorem iure sanguinis vocatum, etiamsi non sit hæres vltimi possessoris.*

92 *Tractatur, quid receptius sit circa eam quæst. an successor in feudum hæres q. proximi possessoris possit rescindere alienata ex bonis feudalibus, & adducuntur multa vtilia. nu.* 93. *&* 94.

95 *Probantur in ea re aliqua contra receptas opiniones. & nu.* 96.

97 *Tractatur eadem quæstio in terminis alienationis factæ cũ cõsensu domini.*

98 *Traditur elegans resolutio in fauorem primi acquirentis feudum vel emphyteusim.*

99 *Tractatur plene vtilissima quæst. circa successorem maioratus, simulque hæredem alienantis rem eiusdem maioratus, an contra alienationem audiatur, & explicantur multa iura. num.* 100.

101 *Ampliatur prohibitio huius l. etiam in causa dotali, & inde elegantissime limitatur Authen. res, quæ, C. communia de leg. n.* 102.

103 *Ampliatur hæc l. ne pater hæreditatem vel legatum repudiare possit, & explicantur aliqua iura contra Scriben. & num.* 104.

105 *Tractatur, an pater remittere possit actionem ex iniuria in filium commissa.*

REstat tertia pars huius l. iuxta diuisionem in principio factam. Hæc autem pars vltima restringit potestatem patri concessam in bonis aduentitijs filiorum, ne scilicet pater ea alienare valeat, nec filio obstet vsucapio, imo possit omni tempore rem à patre alienatam vendicare. Licet ergo pater superius vt dominus cẽseatur, ob amplum vsumfructum potestatemque agendi & defendendi in aduentitijs, non tamen alienare potest: & sic posset inferri ad id quod *in sec. parte* diximus, dari dominium sine facultate alienandi, quod non repeto. Infertur etiam ad intellectũ tex. *in l.* 4 *ff. de vsufr.* vbi IC. Paul. ait, vsumfructum in multis partem dominij esse, contra quem opponi solet d. tex. *in l, recte dicimus.* 25. *ff. de verb. signif.* vbi idem IC. inquit, recte dici totum fundum nostrum esse, etiamsi vsusfructus alienus sit, quia vsusfructus non dominij pars est, quæ iura videntur contraria. Et Accurs. varie conciliat, receptior autem interpretatio cũ glo. ea videtur, quam probat Bar. *in l. qui vsumfr. ff. de verb. oblig.* & ibi alij Scrib. maxime Alex. *nu.* 2. vt scilicet vsusfructus dicatur pars integralis fundi vel dominij; quia ex proprietate & vsufructu plene constat: & ita procedat *d. l.* 4. non vero dicatur pars quotitatiua, vel prædicamentalis: & ita procedat *d. l. recte.* vbi glo. ita dicit resoluendum secundum Dialecticos. & ita Paul. *in l. si quis* 6. *§. differentia, nume.* 3. *ff. de acquir. possess.* & Aretin. *cons.* 159. *in fin.* & Claud. Marmet. *in l. naturaliter. §. nihil commune. n.* 45. *ff. de acquir. possess.* Iason *in l.* 1. *§. vsufructuarius. n.* 2. *ff. de non. oper. nuncia.* Sed hæc resolutio magis sapit Dialecticam, quam Iurisprudentiam, nec vllo modo videtur de mente IC. *in d ll.* nec stare potest ad *d. l.* 4. vt bene considerat Vigl. *in §. alienus seruus. Instit. de hæred. instit.* & prius Fulgos. *in d. l* 4 nam secundum interpretationem gl. & Bartol. ad eam l. non diceretur vsusfructus pars dominij in multis, sed semper & indistincte, cum semper sit pars integralis ad perfectionem dominij. Aliter intelligebat Bart. *in l. venditione, ff. de bon. auth. iud. poss.* vbi IC. ait, fructuarium cõtineri appellatione *domini.* & Barto. resoluit, vt dicatur dominus respectu vsusfructus, non respectu rei. & ita variando Bart. refert Ias. *in d. §. vsufructuarius. n.* 2. *ad fin.* & ita sentit Bart. *in Rub. C. de vsufruct. n.* 1. Alexan. *in d. §. nihil commune. n.* 6. & plures, vt dixi *superius in sec. parte.* Sed hæc resolutio, licet in se vera esse possit, non tamen ad illa duo iura applicatur, cum *l.* 4. dicat in multis vsumfructum esse partem dominij. *d. l. recte.* dicat indistincte non esse partem dominij. Omissis alijs interpretationibus glo. & Dd. aliter considerat ingeniosus Vigl. *in d. loco,* vt vsusfructus

dicatur

dicatur pars dominij, scilicet in rebus, in quibus datur fructus in perceptione corporum, vt in fructibus agri, & fœtu animalium: & ita procedat *d. l.* 4. nõ autem dicatur pars dominij in vsufructu ædium, vt sic procedat *d. l. recte dicimus.* Sed hæc interpretatio placere non potest, quia *d. l.* 4. loquitur vniuersaliter in vsufructu cuiusque rei, & in quacunque sit, dicit ea lex esse partem dominij in multis, atque ita non restringitur magis ad vsumfructum agri, quam ædium, similiter *d. l. recte.* dum negat vsumfructũ esse partem dominij, loquitur de fundo, vt patet ex principio l. & sic agit de vsufructu rei, in qua datur perceptio cor-
4 porum. Mihi magis placet quod gl. tandem sentit *in d. l. quarta.* licet Nouiores ad eam non satis attendant in locis *supra* citatis, vt scilicet vsusfructus dicatur pars dominij in multis, id est habere similitudinẽ dominij, quia vere in multis arti. vsufructuario aliqua conceduntur, quæ regulariter rei domino congruunt, nec videntur nisi domino competere, vt gloss. ibi probat. & ego in pluribus deduxi *in præced. part.* & tradit Ias. *in d. §. vsufructuarius. n. 2. cum sequent.* Dec. *consil.* 418. *num.* 7. & 9 & ita cum glo. resoluunt Bald. & Fulgos. *in d. l.* 4. qui citari non solent. & ita videtur concludere Alciat. *in d. l. recte. n.* 7. licet alijs verbis. Atque ita ex *dicta l. recte.* intelligo constitui regulã, vt vsusfructus proprie nõ dicatur pars dominij, nec impediat, quin proprietarius dicatur dominus totius rei, (vt IC. inquit.) In multis tamen habeat vsusfructus similitudinem, vel speciem dominij, iuxta *d. l.* 4. quam ita accipere videtur Azo non relatus, *in summa de vsufru. n.* 2. quibus non citatis, ita videtur intelligere Connan. *lib.* 4 *cap.* 3. & latius *cap.* 6. *hart.* 42. secundum quam conciliationem nulla est repugnantia in illis ll. stat enim, vt quod non est tale, habeat similitudinem illius in nonnullis, idque etiam in rebus naturalibus, vt in herbis & medicamentis sæpe videmus, vt vna res in multis habeat effectum, &
5 vsum alterius. Quia vero vsusfructus ad plura est pars dominij, seu habet eius effectus ideo non reijcitur nomen dominij in fructuario, vt probat *d. l. in vend.* 8. & colligitur ex multis, quæ deduximus *in proxima parte.* & est receptum secundum Gom. *in §. æque. colu. vlt. ad fin. Instit. de action.* & ita asserit Rub. *in dict. §. nihil commune, n.* 110. Ex his autem infertur ad intellectum text. eiusdẽ IC. Paul. 6
in l. 1. *ff. de vsufr. leg. ibi, nec ex bonis, nec extra bona.* quę lex communiter intelligi & allegari solet in eum sensum, vt prędicta eius verba designent vsumfru. vel quamlibet seruitutem, vt hæc non dicãtur ex bonis, nec extra bona. & ita accepit glo. & Bart. ibi. glo. *in l. rem in bonis.* 52. *ff. de acquiren. rer. domin.* glo. *in l.* 5 *ff. de verbor. significat.* & ibi Alciat. glos. & Dd. *in princip. Instit. de rer. diuis.* & ita communiter Scribent, vt tradit Augu. Bero. *in cap. nulli. n.* 78. *de reb. eccles. non alien.* Sed hæc communis traditio difficultate nõ caret, vt ibidem sentit glo. *verb. ex bonis.* quæ opponit, & varie soluit. quã Barto. sequitur. varie etiam loquuntur Fab. & alij *in d. princ. de rerum diuis.* quorum nullus satis explicat, cur vsusfructus & aliæ seruitutes non dicantur esse de bonis, cum pro his actiones & exceptiones cõpetant, vt notissimum est, & patet ex §. *æque. Instit. de actio. l.* 2. *ff. si seru. vend.* vnde viderentur necessario inter bona cõnumerari, iuxta ea quæ latissime deduximus *in prima part. Rub.* Et mihi augetur difficultas, quia verba IC. *in d. l.* 1. aperte habent, ne vsusfru. & seruitutes dicantur de bonis: quod longe minus est, quam in bonis, vt colligitur ex Vlp. *in l.* 2. §. *in hac, ff. vi bon. rap.* & maior adhuc difficultas videtur in vsufructu, qui omnino de bonis & in bonis esse videtur, maximamque vtilitatem continet, & rei possessionem, & corporum perceptionem, & nomen dominij in multis, vt *supra.* Quæ adeo vera sunt, adeoque 7
stringunt in vsufructu, vt in eo sustineri non videantur refugia, & conciliationes glo. Barto. & aliorum. quas difficultates non tam exacte perpendens Loriot. *in l. non videtur. ff. de reg. iur. ad fin. pag.* 567. *sui Operis*, non inepte agit de intellectu illius l. resoluens, vt ibi vsusfructus & seruitutes non dicantur in bonis, id est, in dominio proprie sumpto, nec extra bona, id est, extra *bonorum* appellationẽ, quæ in iure late patet. Sed hæc interpretatio non satisfacit, quia IC. ibi non respicit dominium proprium, vel improprium: nec loquitur per verbum, *in bonis*, sed *de bonis*, quod minus iuris continet, vt *proxime* dixi. nec tutũ erat in vsufructu omnino negare dominium, vt patet

ex su-

ex superioribus. Longoual. *in l. imperium. num.* 232. (appellans hanc difficultatem nodum Gordianum) aliter explicat, neminem referens, videturque intelligere ea verba text. non, vt Dd. accipiunt de seruitute, sed de vsu, aut vsufructu seruitutis realis. Sed ante eum ita aperte notat Alberic. (nullibi citatus) in eadem l. reprehendens omnes, qui illam l. notant ad id, quod seruitutes non dicantur de bonis : vere enim IC. ibi tantum agit de vsu, aut vsufructu alicuius seruitutis legato : & ita vnico verbo, *variando*, respondet Ang. Aretin. *in d. princ. Instit. de rer. diuis. numer.* 3. *versic. aduertas.* & in hunc sensum consonum verbis illius l. cessat maior pars argumentorum, ex quibus hæc difficultas
8 resultabat. Sed nec ista interpretatio prorsus tollit difficultatem, quia text. ibi tandem concedit actionem ei, cui vsus vel vsusfructus seruitutis relinquitur, vnde ea actio debuit efficere, vt tale ius posset è bonis dici. Quapropter est aduertendum, quod IC. ibi retulit illa verba magis in quandam argumentationem, quam decisionem, arguebat enim prius, vt eo casu non diceretur vsusfructus, nec vsus. nec esset locus cautioni, de qua *in tit. ff. de vsufruct. ear. rer. & §. constituitur. Instit. de vsufruct.* quasi ex eo relicto non resultaret ius aliquod, cui congruerent verba Senatusc. iubentis cauere : sed tandem concedit actionem ex eo legato, & dicit esse cauendum. & sic videtur etiam eo casu magis probare, id ius *de bonis* appellari, quod Dd. non aduertunt. Conclusio enim & finis, non argumentatio IC. attendi debet, sicut in omni dispositione, *l. si voluntate ad fin. C. de rescind. vend. ibi, post multas contentiones.* Bald. *in l. si vt proponis. num.* 12. *C. quomodo & quando iud.* Afflict. *decis.* 375. *num.* 5. Dec. *in l. si ego. num.*
9 3. *ff. si cert. pet.* Resoluo igitur contra glo. Barto. & Dd. communiter *in d. locis*, vt
† vsusfructus proprie dicatur *de bonis*, & *in bonis*, vt etiam seruitutes non dicantur non esse è bonis, & ab eis male citari verba d. l. 1 ad quæ melius aduertit Albe. ibi, & verba illa videntur à IC. prolata ex subtilitate iuris, vt alias in dominio inquit Imperator *in l. in reb. C. de iure dot.* Nec omitto, quod Longoual. *d. loco* intelligit illa verba, *non extra bona*, id est, non extra commercium hominum, quod mihi non placet, nec credo alteri placiturum, quia licet ita aliquando ea verba accipi videantur *in d. princip. Instit. de rerum diuis.* non tamen IC. ibi id respexit : nec congruum erat, attento quod agebat de re non sacra, nec religiosa, nec simili, iuxta *l. continuus.* 187. *§. cum quis. ff. de verb. oblig. l. sed Celsus.* 6. *ff de contrah. empt. l. apud Iulian.* 41. *§. constat. ff. de lega.* 1. ergo, *non extra bona*, simplicius dicitur in d. l. 1. pro non omnino alienis, nec extra ius disponentis, non vero pro ijs, quæ in bonis esse non possunt. Nec est nouum, vt aliquo respectu dicantur non esse de bonis ea, quæ alias regulariter veniunt appellatione *bonorum*, vt videre est in iuribus & actionibus, quæ inter bona proprie & sæpissime connumerantur in multis legibus (vt latissime deduxi *supra in prima parte Rubr.*) & tamen aliquando dicuntur non esse de patrimonio. *l. cum pupillus. ff de rem pup. salu. for.* vbi notant & explicant Bart. & Paul. ex *supra* 10
dictis. & maxime ex hoc text. quo pater ad aliqua dicitur dominus, cum filius vere dominus sit : infertur ad illud vulgare, de quo Vlpian. *in l. si vt certo. 5. §. si duobus. ff. commoda. ibi, duorum in solidum dominium esse non posse*, vbi Paul. Cast. *n.* 2. inquit, illum text. esse meliorem de iure, cuius regulam varie limitat Soci. (si is est) *reg.* 99 & in alijs libris. 135. & nouissime Mantua. *lib. Paralip. c.* 50. vbi id ornat. quibus tamen addendum est ex Alb. *ibi, nume.* 17. eam reg. procedere non solum in re visibili, sed etiam intellectuali, quod tamen non discutio. Ampliatur etiam ex traditis ab Ias. *in l. si plurib. nu.* 33. *ff. de legat.* 1. vt idem sit in dominio acquisito ex dispositione legis absque traditione, cõtra Aretin. *in l.* 3. *col.* 3. *ff. solu. matrim.* respondetque Ias. ad tex. ibi, quem Aretin. inducebat. sic idem Aret. *in l.* 3. *§. ex contrario. num.* 36. *ff. de acquir. possess.* inquit quasi dominium apud duos esse posse : idque probat Ias. *in §. ex pluribus, eiusdem l. in fin.* Sed illud damnat idem Iason *in d. §. ex contrario. numer.* 53 eiusque opin. contra Aretin. tutior videtur regulariter : eadem enim ratio militare videtur in dominio quæsito sine traditione, & in quasi dominio, vt neutrum eorum apud duos in solidum simul esse possit, vtrobique enim esset repugnantia, quam iura

non

non admittunt. Ampliatur reg. *d. §.* vt nec duo possint procuratores simul constitui in rem suam, nec duobus idem ius cedi in solidum, vt ex Bald. tradit Ias. *in l. non quocunque. §. qui Caium, numer. 6. ff. de legat. 1.* Ex nostra autem l. iam infertur limitatio ad reg. *d. §. si duob. vehiculum*, vt aliquando duo dicantur domini, vnus vere & proprie, alter abusiue, seu quo ad quid, vt hic videmus in patre & filio circa aduentitia, & alias filius viuo patre improprie dicitur dominus, vt *in l. in suis.* & ibi Bart. *numer. 4.* Paul. & alij. *ff. de libe. & posth.* & ibi Iason *numer. 17. & num.* 11 40. & Angel. de Perigl. *numer. 11.* Limitatur etiam ea reg. *d. §. si duob.* vt procedat respectu eiusdem dominij directi vel vtilis: sæpe enim dantur in iure in eadē rediuersa dominia, vt in fructuario & emphyteuta, secundum Paul. ibidem *numer. 2.* prius Bal. *in l. in rebus. col. 3. numer. 7. C. de iure dot.* pro quo solet allegari *l. 1. ff. si ager vectiga. vel emphyt. peta.* idque in vasallo & feudatario notat glo. *in c. 1. verb. personam.* del. Corrad. probatur *in c. 1. §. rei autem.* & ibi gloss. Bald. & late Afflict. *de inuestit. de re alien.* idem Afflict. post Isern. & alios *in cap. 1. §. præterea. de capi* Corrad. & *in præludiis constit. Neap. q. 23* Limitatur consequenter ea regula in hærede, & fideicommissario vniuersali, quorum alter appellatur dominus directo, alius vtiliter, vt notat Bart. *in l. ex asse. ff. ad Trebell* Iason *in l. post aditam. numer. 2. Cod. de impub. & alijs substit.* sequitur Hispa. Segura *l. 3. §. fin. fol. 10. col. 3. ff. de liber. & posth.* secundum veterem editionem, probatur *in l. 1. ibi, fructus. ff. ad Trebell. & in versic. quanquam. eiusdem l. & l. si hæres. 70 ff. eod. ibi, directe. in l. qui hæredi. 44. §. cum hæreditas. ff. de cond. & demonst.* eadem etiam limitatio probatur ex tex. *in l. & si sine. 8. §. sed quod Papinian. in fi. ff. de minor.* vbi alter vtiliter, alter directo dominus censetur; & *in l. 1. §. si quis adita. cum seq. ff. ad Tertul.* quæ iura not. Aretin. *in l. sub conditione, ff. de libe. & posth.* Eandem regulam limitat Bald. *in l. nihil. ad fi. C. de procu.* in constituente & eius procuratore, in quibus admitti potest, vt vterque dicatur dominus litis, quia tunc nulla est repugnantia: quod in hac regu. considerat idem Bal. *in l. in rebus. nu. 6. in fi. C. de iure dot.* Limitatur etiam ex decisione text. *in §. cum in suo. instit. de rer. diuis.* & ibi Ange. Aretin. tanquam mirabile id not. *ante nume. 1.* quem vide. Limitant etiam aliqui hanc regulam in ca- 12
su bonorum dotalium, eo quod aliqua iura dicunt maritum *dominum*, alia vxorem *dominam dotis* appellant: de marito est tex. *in l. si prædium 23. C. de iure dot.* & vulg. *l. dote ancillam. Cod. de rei vendicat.* pro vxore autem est *l. in rebus. C. de iur. dot. ibi, eadem res ab initio vxori fuerunt, & naturaliter in eius permanserunt dominio*; subditque ibi bis Imperator dominium rerum dotalium viri non dici, nisi ex iuris subtilitate, & ita videntur duo domini insolidum eodem tempore, quod inter specialia dotis scribit Baptista de S. Bas. *priuileg. 117. vel in sec. Centuria, num. 16.* facit *l. sciendum. §. si fundus. ff. qui satisd. cog.* Sed dicas, non inde offendi hanc regu. quia vterque coniunx *dominus* dicitur diuersis respectibus, vt inquit Bald. *in d. l. in rebus, numer. 6. in fine.* & Coras. *in §. nihil commune, ex numer. 33.* & Paul. *in d. l. dote. num. 2.* perpendens autem hanc difficultatem, dicebat alias gloss. vt maritus dicatur *dominus* de præsenti, vxor autem in spe, ob restitutionem faciendam solut. matrimon. ita gloss. *in l. quamuis. 78. ff. de iure dot. in l. si constante 25. §. si maritus. ff. solu. matrim. & in l. in suis. verb. quomodo. ff. de libe. & posth.* quam resolutionem videtur probare Alex. *in d. §. si maritus. numer. 3.* simpliciter sequens glo. & Odofre. quem sequitur Alb. *in d. l. in rebus. numer. 1.* Sed contra hanc resolutionem 13
glo. & plurium, vrgent verba tex. *in d. §. si maritus. in fi. ibi, in alienis, hoc est, dotalibus*, vbi IC. de præsenti videtur vxorem *dominam* appellare; non virum. vrgent magis verba *d. l: quamuis, ibi, mulieris tamen est*, quod verbum de præsenti & assertiuum est, & sic vides iura aliqualiter in hoc variare, in qua difficultate resoluit gloss. *in d. l. in rebus. verb. iure naturali*, vt maritus dicatur *dominus* constante matrimonio, vxor autem *domina* non dicatur, quod multis fundamentis probat, & est recepta sententia secundum Salyc. *ibi numer. 5.* post Bald. & alios & idem asserit Nouell. *de dot, 8 part. priuileg. 8. num. 1. & in l. 1. num. 227. ff. solut. matrim.* idemque vt receptissimum tradunt Angel. & alij *in prin. Instit.*

Inſtit. quib. alien. lic. & Palat. *in repet. c.* §. 43. *numer.* 2. & Iaſon *in* §. *fuerat. numer.* 2. poſt Fab. & alios *Inſtit. de actio.* Contrarium autem tenent aliqui, maxime Nouiores, imo quod dominium rerum dotalium magis dicatur vxoris, quam viri, vt probat Duaren. *in Rub. ff. ſolut. matrimo. capit.* 1. *ad fin.* Coraſ. *in d.* §. *nihil commune. ex numer.* 33. latius *lib.* 5. *Miſcel. c.* 14. hoc etiam magis probare videtur Baldui. *in d. princip. Inſt qui. alien. lic.* & ante eos Zaſ. (quem non referunt) *lib.* 2. *intellectu. capit.* 5. idque videtur antiquitus voluiſſe M. quem gloſſ. refert. & aliqualiter Paul. *in d. l. doce, numer.* 2. Inuoluit autem Chaſſ. *in conſuetud. Burg. Rub.* 1. §. 4. *fol.* 33. Segura *de bonis loca. numer.* 51. & 52. ſecundum nouam editionem. & Campeg. *de dote ſub Rubr. de pact. & fund. dot. qu.* 7. late Igne. *in l.* 1. §. *ſi vir. ff. ad Sillan.* & Riminal. *Inſtit. quib. alien. lic. ex numer.* 310. Hac in re videtur inepta argumentatio, qua magis nititur gloſſ. & communis allegatio *d. l. doce ancillam.* ibi enim non tam viro conceditur dominium rerum dotalium, quam exercitium & ius agendi, & conſequenter vxori non tam negatur dominium, quam actio: videbatur enim abſurdum, exiſtente viro, mulierem agere. argum. §. *patitur. Inſtitu. de iniu.* igitur ex illa l. non probatur communis allegatio, quod euidenter oſtenditur ex hac l. in qua videmus filium eſſe dominum, patremque habere ſolum vſumfructum, & tamen pater agit, ac ſi vere dominus eſſet, non filius, poſſetque ſimiliter argui à tutore & alijs adminiſtratoribus. In eodem articulo debuerunt Nouiores aduertere, dum contra communem indiſtincte aſſerunt, maritum dominum non eſſe, conſtante matrimonio, obſtare eis, quod communiter colligitur ex *d. l. in rebus.* noue ibidem diſponi, vt ſol. matrimonio, dominium ipſo iure reuertatur ad vxorem abſque traditione, contrariumque ante l. illam fuiſſe, vt tanquam receptum tradit Nouel. *in d. tracta.* loco *ſupra* citato. & Signor. *in l. ſi æſtimatis, numer.* 2. *ff. ſolu. matrimo.* & Alciat. *in l.* 3. *col.* 2. *numer* 6. *in princ. ibi, nam hodie. ff. ſolu. matrim.* & ita limitatur ſecundum Dd. vulgaris regu. exigens traditionem ad tranſlationem dominij, vt tradit Iaſon *in. l. ſi conſtante. numer.* 119. *ff. ſol. matrim. & in l. traditionib. numer.* 20. *C. de pact.* Niconi. *in Rub. ff. ſol. matrim. numer.* 3. videtur igitur dominium non apud vxorem, ſed apud virum fuiſſe, alias non diceretur ad eam reuerti. In eadem difficultate attendendum puto, an res dotales æſtimatæ viro dentur, taliter, quod dominium tranſeat in eum, iuxta iuris reg. *l. plerumque. 9. ff. de iure dot. l. quoties.* & *C. eod.* cum notabiliter traditis à Socin. *conſ.* 56. *lib.* 1. in his enim terminis videtur ceſsare quæſtio, cum vxori ſola æſtimatio debeatur, totumque ius & periculum rerum mariti ſit, per *d. iura, & l. cum dotem.* 10. *C. de iure dot. l. æſtimatæ.* 52. *ff. ſolut. matrim. l. item ſi non* 13. *ff. de pact. dotal.* Nec obſtat text. *in d. l. in rebus. ibi, ſiue æſtimatæ, ſiue inæſtimatæ*, quem text. Bald *ibi nu.* 4. & plures Scrib. alibi (vt conſtat ex *ſupra* citatis) indiſtincte notant, quaſi æquiparet in propoſito, res æſtimatas vel inæſtimatas dari. Sed ex iuris principijs talis æquiparatio ſtare non poteſt, atque ideo reiecta variatione gloſ. *ibi, verbo, æſtimatæ.* amplectendum eſt quod tandem gloſ. ibi reſoluit *in fine.* & clarius Salycet. *ibi. numer.* 5. *ibi, ſubſidium.* vt text. ibi ſpecialiter loquatur, cum maritus premitur ære alieno, nec aliter vxori ſatis conſultum eſt: tunc enim lex ſuccurrit, vt dominium & ius vendicandi ad vxorem reuertatur, nec creditores vllo modo occupent res, quæ vxoris fuerunt: quod iuuatur ex vigore priſtinæ veritatis *l. fina. ff. de decurio. l. cum filius.* 78. §. *hæres. ff. de leg.* 2. & ita ex eal. cum glo. vtiliter notauit Bald. *in l. intereſt. C. de vſufr.* in æſtimationem dotis non nocere vxori, quando vir non reperitur ſoluendo: quod extollunt & ſequuntur Dd. inter quos Crem. *notab.* 19. Iaſon *in l. ex conuentione. Cod. de pact.* Pala. *in Rub.* §. 17. *numer.* 8. *verſicul. intellige.* Alexan. *in l. Mæuia.* §. *fundus. ff. ſolut. matrim.* extollit Pal. *in repet. c.* §. 21. *numer.* 4 & alij, vt tradit Anto. Hiſpa. *l.* 50. *Tauri. numer.* 44. *verſicu. quod tamen.* Iaſ. extollens *d. l.* cum gloſ. *in* §. *actionum. numer.* 84. *Inſtit. de act.* & Hipp. *ſingu.* 691. Expedita hac illatione & limita-

limitatione, infertur ex *d.* §. *& sup.* traditis, ad imperia temporalia, in quibus regulariter vnus tantum dominus admittitur, iuxta *c. in apibus 6. q. 1. ca. licet. de voto.* quibus ampliatur reg. *d. §. si duobus vehiculum*, plures tamen aliquando simul imperasse constat ex Historiis & ex multis legib. C. tradit Mantua. in loco citato *supra, in princ. huius reg.* & latius Tira. *de primog. 17. q. 4. opin. n. 22.* licet de eo dubitare videatur Alberic. *in l. bene a Zenone, col. 2. numer. 6. C. de quadr. præscript.* quod de facto contigisse dicit Alberic. ibi, & prius glo. *in d. cap. in apibus*, & sic volunt, quod de iure non possint esse duo Reges, vel principes eiusdem imperij: & ad hoc illam gloss. aliàs commendant Imo. & Iaſ. & alij, quos citat Tiraqu. *d. loc. nu. 20. & seq.* quæ opinio in Regnis & Imperiis generali consuetudine obseruatur: idque magis expedire Reipu. & subditis, plurimorum autoritate probatur, inter quos Bald. *in Authent. hoc amplius, num. 8. col. 2. versi. item quia, C. de fideicom.* & alij, quos citat Corse. *in tracta. de potestat. Reg. q. 71. seu in 5. part. n. 1.* quod grauius & elegantius probat Hieron. Osorius Lusitan. genere, moribus, eruditione clarus, *in suo lib. de nobil. ciuil.* Ad summum autem pontificatum constantius asseritur, duos nullo modo admitti, vt asserit gloss. in *cap. non autem, 6. q. 1.* quam à Dd. commendari scribit Tiraq. vbi *supra n. 21.* rationem vero exactissime tradit insignis Præceptor meus M. Nauarrus *in c. nouit. 3. notabil. n. 140. de iudic.* vbi de potestate Papæ, Imperatoris & Regum melius, quam alibi multa non vul-
17 garia explicat: de dictione autem *(Papa)* agit Coraſ *lib. 5. Miscel. cap. 15.* ex eadem reg. *d.* §. ex *supra* dictis infertur ratio ad id, quod consuetudo obseruat, vt non tantum Regna, sed etiam Ducatus, Marchionatus, Comitatus; similesque dignitates non diuidantur, sed primogenito, vel proximiori deferantur, *ca. 1. §. præterea Ducatus, de prohib. feud. alien.* per Fede. vbi late Bald. Afflict. & alij, & ex Scrib. in aliis locis signanter id tractat sequens Alex. *conſ. 25. lib. 5.* Hisp. Xuar. *in l. quoniam in prioribus, fol. 81. cum seq. C. de inoff. testam.* Socin. *consil. 67. lib. 1. & conſ. 165. lib. 2.* Moder. *consil. feud. 66.* Curt. Sen. *conſ. 68.* Curt. Iun. *de feud. quart. part. qu. 30.* Iaſon *in l. stipulationes non diuiduntur, nu. 31. ff. de verb. oblig.* copiose & vtiliter Tiraq. *de primog. quæſt. 4. ex n. 21.* vbi vsque ad finem quæstionis tradit ad hoc 16. limitationes, & ornat materiam *d. § præterea Ducatus.* Apud Lusitanos autem strictius hoc seruatur, non solum in maioribus dignitatibns, sed etiam in quacunque donatione, quæ à Rege fit de terra Coronæ Regiæ: solus enim legitimus descendens primogenitus, vel proximior, succedit, nec vlla diuisio admittitur, vt patet ex *ord. lib. 2. tit. 17. §. 3.* qua tolluntur multa dubia, quæ ex scriptis Dd. occurrebant, vt per Alex. *conſ. 86.* Xuar. *in q. maioratus, col. 11. versic. obtinet.* Nam lex illa indiuiduam hanc successionem obseruari iubet, etiamsi donatio à principio fiat pro donatario eiusq; hæredib. & successoribus: in quibus terminis contrariũ sentiebat Xuareus, vbi *sup.* Iser. & alij, quos specifice refert Tiraq. *de prim. q. 4. n. 56.* Quibus præmissis, iam ad principa- 18
lem conclusionem huius legis in hac vltima parte accedamus; quæ habet, non posse patrem alienare aduentitia filiorum, in quibus habet vsumfructum, & & ita restringitur potestas patri concessa. Ante omnia autem circa verbum *alienare*, est vulgaris decisio *l. vltim. C. de reb. alien. non alien.* quę congrue adducitur ad l. nostram, dum prohibet alienationem. Illa autem lex inquit appellatione *alienationis* non solum intelligi eam, ex qua dominium transfertur, sed etiam hypothecam, vel seruitutem: quem tex. extollit Iaſon *in §. item si quis in fraudem, nu. 23. Institut. de act.* & in nostra leg. ita est intelligendum, per *l. fin. §. ipsum autẽ, versicu. sed pater. ibi, pignori & hypothecæ, inf. titu. 1.* Sed contra allegatur reg. *l. 1. C. de fund. dot.* vbi tex. inquit, alienationem intelligi, ex qua dominium transfertur: & inde Dd. colligunt, nõ dici alienationem, vbi dominium non transfertur, idque magis probat ex IC. *in l. alienatum, 67. ff. de verb. signif.* Vnde cum hæc iura videantur inuicem aduersari, respondet gloss. *in d. l. fina. verbo, hypothecam, & in d. l. 1. verbo, est autem,* vt *d. l. fin.* intelligatur de alienatione largo modo accepta, alia iura intelligantur de alienatione proprie & stricte sumpta, & ita Alber. in eadem *l. fin. n. 1.* Bald. *ibi. nu. 1. & 6.* Salyc. *n. 1. in fi.* dicens id receptum & menti tenendum, & Paul. *ibid. n. 2.* Et hanc resolutionem probat Bald. *in Authen. hoc ius, num. 1. versic. est autem, cum seq. C. de sacroſ. eccleſ.*

eccles. & cum eo Auguſt. Bero. *in Rub. de reb. eccleſ. non alien. ad fin. & in cap. nullt. num.* 21. *eod. titu.* idem Bald. *in cap.* 1. §. *aut ſi liberatio. num.* 6. *quibus modis feu. amit.* & ibi Afflict. *num* 30. idem Afflict. *in cap.* 1. *num.* 1. *de alienat. feud.* Crot. *in l. filiusfamil.* §. *Diui. num.* 122. *ff. de legat.* 1. Socin. *conſil.* 75. *num.* 2. *lib.* 1. vbi dicit gloſſ. in hoc receptam, & ita alij *ſupra* citati. Eandem concluſionem probat gloſſ. *in l. benignius.* 17. *ff. de legib.* & ibi eam notat Angel. & Alex. *conſ.* 29. *num* 15. *lib.* 7. quam reſolutionem vt receptam refert etiam Felin. *in Rub. de fid. inſtrum. num.* 4. & Neguzan. *de pignor.* 2. *part.* 3. *membr. num.* 71.

19 Conſtat igitur ex hoc Scrib. numero, receptiſſimam eſſe reſolutionem glo. & hanc interpretationem ad illa iura: & inde inferunt Dd. aliqua vtilia, maxime ad ſtatuta loquentia de alienatione. & hinc patet contra hanc receptam ſententiam loqui Alciat. *in l. alienationis verbum.* 27. *ff. de verb. ſign.* dicētem, *alienationem* proprie appellari ex hypotheca vel ſeruitute abſque translatione dominij, ſed debuit reſpondere ad *d. l. alienatum. eod. tit. & d. l.* 1. *C. de fund. dota.* verè tamen obſtat nimis *d. l. vlt.* quæ loquitur indiſtincte de omni diſpoſitione legis, vel hominis, & vniuerſaliter diſponit, comprehendi hypothecam & ſeruitutem: quod non ita indiſtincte diceret, ſi proprie alienatio non eſſet. nec poſſū negare duram videri deciſionem illius l. tam indiſtincte loquentis, obſtantibus multis tam ex *ſupra* citatis, quam aliis, quæ gloſſ. & Dd. adducunt, tamen ſecundum eam l. intelligitur apud Luſitanos *l. Regia, lib.* 4. *tit.* 6. vt contineatur hypotheca in prohibitione, de qua ibi iuncta alia *l. eod. lib. tit.* 13. *in fin* argum. à ſpeciali. Ad dict. vero *l.* 1. *C. de fund. dot.* nō placet, quod gloſſ. & Dd. ſcribunt, dum accipiunt illam l. quaſi loquatur tantum de *alienatione* proprie & ſtricte ſumpta; namque in materia illius *l. & tit. de feu. dota.* non tantum prohibetur alienatio cum tranſlatione dominij, ſed etiam ſola hypotheca, vt *in princ. Inſt. quibus alie. lic. & in l.* 4. *ff. de fund. dota.* & ideo in d. l. 1. dum explicat *alienationis* verbum cum tranſlatione dominij, intelligi poteſt, vt non loquatur reſtricte, nec excludat, quin alio modo alienatio dicatur, tam ex *d. l. fina.* quam ex aliis iu-

20 rib. in eadem materia *d. l.* 1. Minus placet quod cum Bald. infert Paul. Caſtr. *in d. l. fin. n.* 3. dum dicunt, quod ſi ſtatutum prohibeat, ne res alienetur in forenſem, poterit tamen vſusfructus conſtitui: arguunt enim, quod tunc non eſt proprie alienatio, & diſtinguunt inter verba legis & ſtatuti. Ego autem magis attenderem ſtatuti rationem, & ſecundum eam † iudicarem, & in dubio contra Bald. & Paul. reſpōderem, ex eadem *l. fin.* in quacunque diſpoſitione legis vel hominis: & ſic includit diſpoſitionem ſtatuti, idque mihi probatur, quia dubitatio gloſ. & Dd. non eſt circa vſumfructum, ſed circa hypothecam, per *l. in quorum, ff. de pig.* At in vſufructu datur dominiū, vt ſuperius late deduximus, tā in hac parte, quam in ſecunda. Et Cicero *in Epiſt. Famil.* id *noſtrum* appellat, quo vtimur & † fruimur. Denique improbabilis videtur ea vulgaris differentia, qua Bald. & Paul. nituntur inter verba legis, & verba ſtatuti, ad quam male citatur paſſim text. *in l.* 3. §. *hæc verba, ff. de negot. geſt.* vbi IC. id non dicit, nec dicere potuit, cum in omni diſpoſitione legis generalis, vel particularis, & hominis, pariter ratio attendi debeat, nec in dubio à verborum proprietate recedendum ſit, vt facile ex multis probari poſſet, quæ cōſulto omitto. & ita melius ſentire videtur Salyc. *in l. ſerui, n.* 22 *cum ſeq. C. de noxal.* vnde cauendum eſt à Neguz. & ab eis, quos refert. *in d.* 2. *part.* 3. *membr. n.* 72. Ex hac autē regula prohibitiua ne pater alienet aduētitia filij, cauendum eſt ab eo, quod plures putant ex ſententia Azo. poſſe patrē libere aduentitia filiorum alienare. Azo enim id dicere non potuit, obſtante hac *l. & l. fin.* §. *ipſum autem, verſicul. non autem inf. tit.* 1. ſed tantum inquit Azo *in Rub. de bon. quæ liber. n.* 9. quod non poteſt pater alienare hæc aduentitia, niſi ex cauſa neceſſaria æris alieni; quod filius ſoluere teneatur, iuxta text. *in l. fin.* §. *ſin autē es alie. inf. tit.* 1. & ex his iurib. ceſſat dubitatio Tira. *in princ. l. ſi vnquam, n.* 32. Et ſubdit Azo *n.* 11. non eſſe neceſſarium decretum, quando pater ſic alienat ex cauſa neceſſaria, quod ſequitur & extollit Bal. *in eod.* §. *ſin autem. in fine*, & ibi Paul. *n.* 2. Fulg. & Cor. id autem non ſatis aperit Alb. *hic, n.* 1. *adfin.* opinio tamē Az. receptiſſima eſt, eamq; probant Bal. Pau. Alex. *in l. præſes. C. de trāſ.* & alij, quos citat Tiraq. *in l. ſi vnquā in prin. n.* 28. *C. de reuoc.*

don.

don. vbi allegat Roman. Aretin. Dec. Socin.& quam plures,idemque sequitur Iacob. *in l.*1. *n.* 5. *C. si aduer.vend.* Seuer. *in tract.de transact.q.*7. Affli.*decis.*393. *n.*1. Bene.*in c. Rayn.ver. duas, nu.*255 Loriot. *de consangui. Axiom.*40 & probauit Cuma.*in l.*1.*ff.de reb.eor.* & fatentur omnes hanc opinionem communem esse, vt etiam asserit Couar. *lib.*1. *resolut. cap.*8.*n.* 6. vbi eleganter explicat quandam *l. parti.* & secundum hanc opinionē Azo. iudicatum vidi. De his etiam memini legisse Io.Ign.*in l.*3. §.*elegāter.ex n.*16 .*ff. ad Syllan.*,sed librum nunc habere non contigit,cum hæc prælo dabantur. Sed
22 contra Azo & receptam sententiam tenet Salyc *in d.l. præses.* arguendo à legibus, quæ loquuntur de patre tutore vel curatore filij,qui non potest alienare sine decreto , vt *in l.*3.*C. de præd. min. l. si pupillorum, §. si pater. ff. de reb. eor.* sed Alex . & Iaſ. ibi bene respondent, post Bald. & Paul.ea iura loqui in filio emancipato, cui pater datur tutor, vel curator. hic loquimur de filiofamil. cuius pater est legitimus administrator, & longe plus tribuit lex patri quam tutori,vt Iason probat, & nos *sup.* latius deduximus *in* 2. *parte.* Sed Iaſ. *d. l.præses, n.* 5. inquit, posse legendo & disputando teneri contra Azo.vt sc.non possit pater alienare immobilia ex aduentitiis filiorum,sine decreto Iudicis, & triplex arg. adducit,duo priora leuia sunt, nec ab vlla lege deducunt:tertium dicit Iason fortiter stringere ex *d.* §. *sin autem æs alien. vers. sed pater.ibi,rite.*quod verbum solet significare solennitatem iuris , & ita contra Azon. teneri posse inquit ibi Curt.Iun.*num.* 15. & tenet Crotus *in leg. frater à fratre.n.*31. & Chass. *in consuetud. Burg. Rubr.*6.§.5.*fol.*10. *col.*4.*n.*14. Hispan. Anton. Gom.*in l.* 48.*Tauri. ad fin.* & sic opinio Salycet. aliquibus placuit. Ego à communi sententia non recedo, quia video hæc iura patri interdicere alienationem aduentitiorum, eamque speciáliter permittere ob causam necessariam æris alieni: tunc autem , ordinem explicare,quo fieri debeat alienatio,vt *in d.*§. *sin autem æs alien.* nec aliquam mentionē facere de decreto , vel auctoritate Iudi-
† cis:vnde cū nullibi talis solennitas scripta sit in patre legitimo administratore, recte pro Azo.retorquetur argumentatio Iaſ. *in d.l.præses,n.*3.*vers.vnum,* ne audiatur,qui sine lege loquitur, & inde respondetur ad argum.Iaſ. ex *d. verbo, rite:* refertur enim ad causam & ordinem,secundū ea, quæ dixerat ipse Imperator *in §. præced.*vt bene aduertit Tira. vbi *sup.* post Dec. *cons.*207.*n.*3.colligiturq;ex Iaſ. *in l.filiusf. ff.qui satisd.cog.*Et fulcitur hæc sententia,quia lex in patre legitimo administratore non distinguit circa ætatē filij, & sic patet, non bene applicari iura loquentia de tutore,vel curatore,& de- 23
creto,cum tamen regula sit negatiua,vt pater alienare nequeat aduentitia filij, ex hac *l. & dict.* §. *sin autem æs alien. & d. versi.non autem.* infertur vtiliter , quod patre alienante, fundata erit intentio filij,vendicantis rem alienatam,vt fere in terminis tradit Dec. *cons.*60.*col.* 5. quia sufficit habere regulam: aduersarius autem probare debet causam limitationis, vel specialitatis,secundum Bart.*in l.*2.*n.* 1.*ff si quis in ius voc.* & ibi Iaſ.idem Iaſ.*in l. fin.nu.*14.*C.de edict. diui Adrian.* Dec. *in l.*1.*nu.*8.*ff. de reg.iur.*Dec.*cons.*8.*nu.*1.notanter Bald. *in l.*3. *num.*5. *C. fin. regun.* & ita is,in quem pater alienauit,non poterit vitare condemnationem,nisi probet alienationem ex legitima causa factam, facit doctrina Bart.*in l. si forte. ff. de castr. pecul.* & in simili Paul. Castrens.*in l.vir vxori, ff. ad Velleian.* & quæ tradit Alex. *cons*18.*lib.*3.vbi enim regula iuris est prohibitiua , non statur confessioni contrahentis vel testantis , secundum Dd. vbi *supra.* & Bar. *in l.cum quis de cedens.§.codicillis. &* §.*Titia.ff.de legat.*3. Alex. & Dec. *in l.si donatione. C. de collat.* Dec. *cons.* 20. Rip.*in l.si vnquam.q.* 15. *C. de reuoc donat.* bonus text.*in l. qui testam.* 27.*ff. de proba.* notabiliter Dec.*in cap.quæ in eccles. num.* 27 *de consti. & consil.* 62. Ideoque si pater vendat filio spurio (cui donare nequit) non creditur eius confessioni, si dicat se recepisse precium, contra gloss. *d. l.qui testamen.* quæ communiter reprobatur , secundum Iaſ.*in l.si is qui ex bonis.col.fina. ff.de vulga.*& Dec.*cons.* 311. *colum.*2. probatur *in l.*1.*C.de natur. libe* . Constat 24
igitur ex prædictis,regulariter interdici patri alienationem aduentitiorum , excepta causa necessaria, & sic est limitatio ad reg. quæ comprobatur ex vulga. *l.* 1. *ff.de fund.dota. ibi.quia hæc alienatio non est voluntaria* . qui text. vbique allegatur, atque ita à Bar. intelligitur, vt prohibita alienatione non censeatur prohibita ex

causa necessaria. ad idem etiam citari solet text. *in l. peto* 71. §. *prædium, ff. de lega.* 2. Sed non bene allegatur, quia ibi res non distrahitur, sed tantum datur emptori ius retinendi pro tempore, quo res duratura esset penes debitorem, cuius bona alienantur, sicuti in casu notabili *l. Statius*, 48 §. *vlt. in fin. ff. de iure fisc.* de quo *infra* ad idem notatur tex. *in l. alienationes*, 13. *ff. famil. ercisc. ibi, duntaxat voluntarias, non quæ causam habent necessariam.* & ibi Alberi. & Flori. notant. Mihi etiam ad idem est optimus tex. *in l.* 3. §. *item quæri ff. de reb. eor. ibi, hæc enim alienatio non sponte fit.* & ibi, *videbit alienatio propter rei iudicatæ authoritatem.* Et inde colligitur ratio ad text. nota. *in l. magis puto*, §. *si pupillus. vers. sed si pater. & vers. idemque, & vers. eadem ratione, ff. eod.* vbi res immobilis sine decreto traditur à minore vel tutore, quando præcedebat obligatio eius, cui minor successit, quia lex tunc alienationem hanc necessariã censet, id etiam probat tex. *in l.* 1. *& melius in l.* 3. *C. quando decr. opus non est.* vbi ex iussu vel obligatione testatoris alienatur res immobilis incõsulto Prætore. In eãdem sententiã potest notari tex. *in l. non tantũ* 51. §. *iis autẽ, ff. de fideicõ. li. & in l. alie.* 31. §. *qui fideic. ff. eod.* vbi minor manumittit & alienat ex fideicõmisso & iussu testatoris, quod alias facere nõ posset, lege prohibente, idem probat tex. *in l. causam* 20. *ff. de manumiss.* ex quib. iuribus assignatur ratio decisioni notabili, *l. fistulas*, 78. §. 1. *ff. de contrah. emp.* vbi tutor sibi autor est, sibique possessionem tradit rei, quam emerat à patre eius, cuius tutor est, de quo alibi *plura* scribo. Ex *d. § fundum, l. fistulas, & ex d. §. sed si pater, l. magis puto*, patet, traditionem rei venditæ necessariam appellari, ideoque iura ibi permittunt tutorem sibi tradere, negociũq; perfici inconsulto. Vnde vltra Dd. vtiliter colligo, illis iurib. probari doctrinã gl. *in §. precium, verb. tradatur. Inst. de emp. & vend.* quæ, reiecta antiquorum varietate, bene resoluit, venditorem habentem facultatem rei tradendæ præcise teneri tradere, nec liberari soluendo interesse, & idem probat Bart. *in l. stipulationes non diuid. n.* 39. *ff. de verb. oblig.* & est recepta doctrina secundum Alex. *ibi n.* 30. Iason. *num.* 35. qui prædictam glos. extollunt, & ita Ang. Aretin. *in §. actio. n.* 14. *Inst. de actio*, dicens eam gl. singul. & ibi Iason *n.* 147. idem Ias. *in l. quoties, nu.* 34. *C. de rei vend.* Dec. *in l. actionib. n.* 16. *ff. de in lit. iuran. & in l. certi condictio. col.* 7. *ad fin. ff. si cert. pet.* idem asserit Anton. Burg in Rub. *de emp. & vend. nu.* 3. dicens, eam gl. meliorem de iure, & magis communiter approbatam, aduersus aliquos contradicentes, & ita Bald. *in l. contractus, n.* 14. *C. de fide instru.* & Bar. *in l.* 1. *num.* 13. & ibi Paul. *num.* 4. *ff. de action. empt.* de quo etiam agit Tiraq. videndus *lib. de retract. conuent. in fin.* §. 7. *nu.* 55. & latissime nouiss. Rimin. *in* §. 1. *ex nu.* 37. *Inst. de donat.* vbi *ex num.* 58. varie limitat. mihi autem, vt dixi, pro communi sententia sufficerent prædicta iura, quæ hic notaui. probatur etiam ex *d.* §. *precium, ibi, omnino tradatur. & in l. ex empto.* 11. *ff. de actio. emp. ibi, id præstari, quod inter contrahentes actum sit. & ibi, in primis ipsam rem præstare venditorem oportet.* & inde intelligitur tex. *in §. pen. vers. idem ait. ead. l. & l.* 1. *eod. tit.* quibus Fulg. & contradicentes nitebãtur: dum enim ea dicunt, venditorem non tradentem ad interesse condemnari, intelliguntur in fauorem emptoris, quando scilicet res tradi non potest, non vero permittitur venditori, ne rem tradat: & ita vsu obseruatur. In idque vere adduci potest (cum M. à gl. citato) tex. *in l. qui restituere, ff. de rei vend.* de his etiam, quo ad interesse, agit Molin. *in l. vni. n.* 80. *cum præced. & seq. C. de sent. quæ pro eo.* De causa necessaria latè & vtiliter agemus, vel *in fine huius l. vel in l. fi.* §. *filiis autẽ, tit. seq.* interim vero ex *supra* dictis infertur alia limitatio ad reg. vt pater distrahere possit ea, quæ tempore perirent, seu quæ seruari non possint, vel quæ sine vtilitate sumptuosa essent: quasi tunc alienandi causa necessaria sit, ex tex. notab. *in leg. Aristotel.* 5. *ff. de iure delibe. ibi, tractu temporis deteriores, & ibi, sumptuosa veluti iumenta, aut venalitia*, & ibi, *æs alienum, quod sub pœna. vel pignoribus debeatur.* & sic IC. tam iustam ibi censet causam vtilitatis, quam æris alieni, seu necessitatis, licet in aliis sit differentia, vt per Dec. *in l.* 2. *n.* 6. *ff. de off. eius, cui mand. est iurisd.* & ita tex. *in l. ait prætor*, 7. *ad fin. eod. tit.* ad idem bonus text. quem ibi commendat Bald. *in l. non solum*, 56 *ff. de petit. hæred. ibi. non solũ ad æs alienũ, sed. & si impensæ necessariæ factæ sunt. & ibi, vel si moræ res perituræ, deterioresue futuræ erãt*: vbi etiam

iam hæc æquiparatio bene probatur, & *in l.8.ff. de mino. ibi, in rebus fortuitis casibus subiectis.* tex. & Dd. *in Authent. siquas ruinat, C. de sacros. eccle.* & arguendo de tutore, à fortiori pro patre legitimo administratore adduci potest cum prædictis iuribus *l. lex quæ tutores, versic. pen. & fin. C. de administr. tut.* & ita ampliatur *d. §. sin autem æs alien. & §. sed pater. versicul. non autem, l. vltim. infr. titu.* 1. vbi satis id probat Imperator ibi, *exceptis rebus, quæ onerosæ hæreditati sunt, vel quocunque modo damnosæ, quas sine periculo vendere patri licet.* specialia autem multa ob eã causam, quod res tempore peribunt, vel deteriores reddentur, ornant Iaſ & Rip. *in l. cum res, ff. de damn. infect.* Felin. *in cap. cum acceſſiſſent, numer. 20. de conſt.* idem Felin. *in cap. fin. colum fin. de iudi.* Hippo. *in l. qui cædem, ff. ad leg. Cornel. de ſica. & alibi ſæpe.* Idem Iaſ & Hippol. & Alciat *in* 27 *l. de verb. ſignif.* Hinc inferri potest ad quæstionem aduentitiorum, in quibus sunt aliqua immobilia subiecta inundationi prope mare, vel flumen, vel simili periculo obnoxia: ex prædictis enim iuribus satis colligitur, posse patrem tales res distrahere. & idem fortius colligitur ex Dd. statim citãdis, facit tex. *in l. verũ, 12. §. ſi locupleti. ff. de minor. ibi, prædia ruinoſa, & ibi, prædia ruãt, & ibi, multis caſibus obnoxia:* talia enim bona non iudicantur vtilia, nec excusantur vt immobilia, secundum Bart. *in l. 2. col. fin. n. 19. ff. ſolut. matri.* vbi ampliat ad bona, sita in mõtibus, quæ cum aquis diluantur, & ita Alex. & Iaſ. *in 4. limitat. in l ſciendũ, ff. qui ſatisda. cog.* & Alexa. *in d. l. 2. num. 20.* cum Bart. & ita tenere omnes asserit Parp. 28 *ibi, num. 87.* Amplius voluerunt graues Dd. vt tutor vel curator possit alienare sine decreto, molendina & bona sita iuxta flumen obnoxia inundationi. ita Ange. vbi Fulgos. id commendat *in d. l. non ſolum, ff. de pet. hæred.* & Ripa *in l. quo minus, num. 126. in fin. ff. de flumin.* & Hispan. Pala. *in repet. cap. per veſtras, §. 18. num. 4.* & Rub. *conſ. 138. colum. 1.* vbi id extollit, & dicit neminem contradicere, & Tiraquel. *de retract. lign. §. 1. gloſſ. 7.* † *num. 91.* Ego non dubito hos patres erraſſe, licet enim bona sint subiecta periculo inundationis, vel simili, non ideo alienari debent inconsulto Prætore, & periculum, quod ipsi Dd. considerant, erit pro causa decreti, quod necessarium est in alienatione immobiliũ, etiamsi talia sint, vt illis carere expediat, *l. magis puto, §. ſi æs alien. & l. ſi fundus ſterilis. ff. de rebus eor.* & ideo causa iusta ad has alienationes non sufficit sine autoritate Iudicis, vt constat ex illis iurib. & ita aperte IC. *in l. Ariſt. ibi, adito Prætore, & d. l. ait Prætor. §. fin. ibi, Prætor aditus,* quod etiam probatur ex *l. fin. ff. de cura. fur. ibi, donandi cauſa, & ibi, magna vtilitate, cognitione Iudicis,* quod pro maiori securitate (maxime, ne Iudices, parum periti, decipiantur) confirmari potest ex Bald. qui forsan id voluit, *in l. fina. §. non autem, inf. tit. ſeq.* ex Bart. Paul. Iaſ. *in l. cum hi, §. eam, ff. de tranſact.* dum ibi glo. reprobãt, & potest colligi ex Aflict. *deciſ. 87.* In pa- 29
tre igitur alienante verius puto, quod in tutore & curatore inaduertenter Dd. scripserunt: cum enim in patre iusta causa sufficiat absque decreto, vt *supra,* valebit alienatio ex prædicta causa, atque ita securus reddetur emptor vel is, in quem alienatum est, per text. *in d. l. fin. §. penultim. ſupra citato, ibi, ſine periculo vendere paterna pietate licet.* quę verba mihi videntur comprobare opinionem Azon. quam *ſuperius* defendimus, & receptiorem diximus. Videtur enim ibi text. totam hanc considerationem paterno consilio committere: nec puto indistincte verum, quod Bar. Alex. † Iaſ. & alij *ſupra* citati scribunt, talia immobilia iuxta flumen, vel mare sita, non excusare à satisdando, nec vt immobilia iudicari: contrarium enim suadet communis hominum opinio, & consuetudo, qua videmus molendina aliaque bona, etiam inundationi & periculis obnoxia, vt preciosa æstimari: quæ hominum opinio in his maxime attendi debet, iuxta vulgar. *l. precia rer. ff. ad leg. Falcid.* & ideo videmus in prædictis iuribus, non excusari decretum, etiam in talibus bonis, & sic regulantur vt vera immobilia. Ex prædictis satis infertur alia limitatio generalis, vt, non obstante 30
prohibitione, possit pater alienare, quãdo id filio vtilius fuerit, vel, vt ex alienatione aliquid maioris vtilitatis filio accrescat. quod ex verbis *d. §. pen. l. fin. tit. ſeq.* ita generaliter notat gl. *in l. quacũque. verbo, interdicta. eod. tit.* vbi Bald. *num. 1.* id dicit menti tenendum. & Aretin. *in l. mutum. ad fin. ff. de acq. hæred.* vbi eam glo. extollit, & Socin. *in l. conditionib. pupillus,*

num. 1. *in princ. ff. de condit. & demonstr.* Gome. *in* §. *omnium. col.* 10. *Inst. de act.* Ias. *in l. contra iuris. nu.* 8. *ff. de pact.* Tiraq. alios citans *in lib. de iure marit. gloss.* 8. *nu.* 74. *chart.* 332. secundum nouam editionem: quod cõfirmatur ex multis, quæ Socin. & Ias. cumulant *in d. locis.* & Felin. *in c. causam. in* 1. *num.* 8. *de iud.* & maxime cõfirmatur ex tex. cum glos. *in l.* 2. *ff de acceptil.* vbi admittitur obligatio impuberis sine tutore, quando ex ea sequitur vtilis liberatio. quam glo. extollunt Socin. & Ias. vbi *supra.* & Alex. *in d. l. mutum. num.* 10. Ias. *in l. more. num.* 11 *ff. de acq. hered. & in l. potuit. num.* 3. *C. de iure deli.* quibus adde glo. *in princip. Instit. de auth. tuto.* vbi est bonus text. *ibi, namque placuit, meliorem conditionem licere eis facere sine authoritate tutoris.* & idem probat text. *in l. prima. C. de auth. præst.* Sic in variis iuris articulis tradunt Dd. vbi *supra.* latiusque Tiraq. 8. *q. d. gloss.* 8. *ex n.* 56. quando in aliquo actu requiritur solennitas fauore alicuius personæ, valere actum absq; ea solennitate, si reperiatur vtilis tali personæ, quod tradit Imol. *in l. cum lex. ad fin. ff de fideiuss.* quem sequitur Socin. Iun. *cons.* 28. *num.* 11. *libr.* 2. Et multa in hunc sensum tradit Cors. *in notab. verb. pupillus, fol.* 177. Idem probant multa iura vltra *supra* citata. tex. *in l. non ideo minus, C. de procur. & in l. nec tutoris, C. de contrah. & cõmit. stipul.* Idem probat tex. vbi notat Albe. *in l.* 1. *ff. ne quid in loc. sac. ibi, quod ornamenti causa fit.* Et bonus text. *in l. si filius,* 11. *ff. de rit. nup.* ex quibus assignatur ratio l. multis non notæ, *ff. de libe. & posth.*
31 *& l. filiis matrem. C. de inoff. testa.* Sed in hac re Dd. aliquando variant, vt tradit Tiraq. *in d. loco,* maxime *num.* 62. Et præcipua varietas adducitur ex tex. & glo. *in l. cum ij* 8. §. *eam, ff. de transf.* vbi text. inquit valere transactionem absque solẽnitate, quando continet vtilitatem eius, in cuius fauorẽ solennitas requirebatur, vt patet ibi, *quia meliorem cõditionem suã.* Et gl. ibi, *verb. alimentarius,* infert, ad alienationem rei minoris, vel Ecclesiæ, vt valeat sine solennitate, quando reperitur vtilis ipsi Ecclesiæ vel minori. Sed Bart. ibidem eam gl. reprobat. & Alber. *n.* 2. post antiquos, & magis communiter Dd. secundum Ias. *ibi, num.* 2. Et idem Ias. *in d. l. contra iuris, in fin. princ.* & Felin. *in d. cap. causam, num.* 8. hoc tanquam receptissimum tradens, licet neminem citet: quod tenuerunt quamplures à Tiraq. citati *in d. loco num.* 56. 57. *& seq.* Sed quamuis Ias. & alij dicant gloss. communiter reprobari, id non omnino expeditum est, cum non pauci eam sequantur, vt curiose refert Tiraq. vbi *supra nu.* 62. & Cors. vbi *supr.* Et idem Ias. sibi contrarius *in* § *actio. num* 43. *Instit. de act. quarta,* vbi eam gloss. sequitur, quamque magis probare videtur Tiraq. eo maxime, quia secundum eum nemo respondet text. *in d.* §. *eam,* vbi Ias. *num.* 2. de solutione cogitandum relinquit, Felin. tamen *in d. c. causam. numer.* 8. distinguendo respondere videtur, *in vers. soluti.* cuius non meminit Tiraq. citans ad eandẽ distinctionem Alc. & Fab. Ego autem non dubito opinionem Bar. & Alb. magis cõmunem & receptioré esse, nec video, qualiter negari possit, quia iura apertissime habent, solennitatem requiri in alienãda re minoris vel Ecclesiæ, etiãsi agatur de alienatione vtili, aliter enim decretũ non interponeretur, vt *l. magis puto, per totum. ff de rebus eor. & in l. fin. ff. de curat. furio.* cum iis, quæ adduximus *supra, num.* 28. & tradit Afflict. *decis.* 87. & ex his tolluntur obiecta Deci. contradicentis *in cap. quæ in eccles. nu.* 9. *de consti.* hanc tamen varietatem gloss. & Dd. concordat nouissime Mol. ad Dec. *in c.* 1. *in* 1. *dec. verb. cõtentioso:* litera enim de cõstit. Sed conciliatio Molin. non erit necessaria, si at- 32
tendas ad aliam resolutionem receptã, quæ in ea difficultatem habet, posse pro parte minoris vel Ecclesiæ approbari, vel reiici alienationem, quæ sine solennitate facta est, vt tradit vtiliter Ias. *in d.* §. *eam transactionem.* referens plures, & in simili permulta Felin. *in cap. dilectus. in* 2. *num.* 8. *ex vers.* 3. *de rescrip.* argum. gloss. celebris *in l. eleganter. verb. nullam. ff. de dolo,* similis *in l. iuris gentium* §. *Prætor ait. verb. dolo, ff. de pact.* glo. etiam *in l. in causæ* 17. *verb. ne inter, ibi, eius fauore, ff. de minor.* glo. *in l. si dolo, C. de resc. vend.* & ex multis vtiliter comprobat Tiraq. *in d lib. de iure marit. gloss.* 8. *q.* 10. *num.* 92. *cum seq.* electio ergo postea solenniter facta validabit præcedentem alienationem, etiam inuito eo, cum quo minor, vel Ecclesia contraxerat, vt volunt gloss. & Dd. *in d. locis,* in quod notati solet tex. optimus *in l. Iulianus,* 14. §. *si quis à pupillo, ff. de act. empt. ibi, ex vno latere constat contractus,* facit gloss. notabil. *l. si fundus,*

§. cle-

§.eleganter.verbo,exercere,ff.de lege commiss. quam ibi expendit Bald. Hæc tamen intelligi debent, nisi pars aduersa ante iudicium vel actum consummatum opponat defectum solennitatis: tunc enim non erit electio personæ priuilegiatæ, volentis actum sustinere ob vtilitatem, vt eleganter ex Bald. tradit Hispa. Pala. *in repet. Rub.* §. 68. *num.* 7. quos probat Tiraq. vbi *supra, num.* 88 & idem vult Iason *in l. non eo minus, num.* 1. *versi. limita. C. de procu.* & Chass. *in consuetu. Burg. Rubr.* 4. §. 1. *num.* 27 *fol.* 128. *colu.* 4. Addoin simili veram & receptam sententiam ex *l. licet, C. de procu.* per quam (secundum Ias. *ibi, num.* 10. *versic. tunc*) limitatur gloss. *si mater. §. hoc iure. verb. deducit, ff. de except. rei iud.* de qua late Iason *in dicto loco*, & Felin. *in c. causam, n.* 9. *de iudic.* tradit Angel. Aret. *in §. item si. colum. antepenul. Instit. de except.* & Paul. *in l. licet, ff. de iudic.* vt scilicet non possit quis ratum habere gestũ à falso procuratore, quando defectus mandati oppositus fuit ante finẽ actus, hæc enim resolutio recepta est. Limitãtur etiam aliqua iura ex *supr.* adductis, vt non valeat actus iudicialis vel cõuentionalis deficiente solennitate, etiãsi sit vtilis personæ, in cuius fauorem solennitas requiritur, quando persona talis est, in qua intellectus prorsus deficiat, vt notat Bald. *in l. 1. C. de autho. præst.* quod etiam patet in furioso, iuxta text. *in l. furioso* 9. vbi Bar. & omnes, *ff. de re iud.* tradit Ias. limitando tex. *ibi in l. non eo minus, nu. 1. versic. 2. C. de procur.* 34 Illud tamen omittendum non fuit, quod communiter Dd. notant ex text. quem extollunt *in d. l. Iulianus, §. si quis colludente, ff. de act. empt.* vt quando contractus ita claudicat, potestque ab altera parte tantum rescindi, vel nullus declarari, possit tamen pars aduersa agere, vt persona priuilegiata, vel alia, in cuius fauorem actus irritatur, declaret, an velit stare conuentioni, vel ab ea recedere, ex verbis text. *ibi, hactenus agendum, vt aut stetur emptioni, aut discedatur, & in versic. sequ.* eiusdem text. agitur de minore circumuento, & idem respondetur *ibi, vt in superiori casu*, & illum modum agendi alibi non reperiri, asserunt Paul. & Fulgos. ibi, Bald. *in l. dolum, numer. 2. C. de peric. & commod. rei vend.* & ibi Salyc. *num.* 1. Iason *in §. actionum, num.* 42. *Instit. de act. & in l. transactione finita ad fin. C. de transact.* Et ex eodem text. vnum vtile infert Molin. *in consuetud. Paris. §.* 41 *. nu.* 46. *fol.* 328. Sed eandem decisionem *dict. §.* limitat idem Molin. *de contract. usur. qu.* 11. *num.* 157. & Tiraq. videndus in fine sui libri *de retract. num.* 149. *cum seq.* Qua in re aduertendum est, quod is modus agendi ponitur *in d. §. si quis colludente*, in maiorem vel minorem circumuentum. Deinde sequitur statim *§. si quis à pupillo*, vbi in pupillo IC. inquit contractum claudicare; nec repetit, quod proxime dixerat in minore. Ideoque Bart. ibi intelligit, non procedere in pupillo, quod dictum fuit in minore, vt sic contrahens cum pupillo non audiatur petens eam declarationem, an pupillus stare velit contractui. Et ita intelligunt Alber. Paul. Fulgos. & Salyc. ibi, quod confirmatur ex Bald. & alijs citatis *proxime, num.* 33. *ad fin.* Quam differentiam non aduertunt aliqui ex *supra* citatis, & contra eam loquitur Tiraq. *de iure marit. gloss.* 8. *q.* 10. *num.* 91. *ibi, minore aut pupillo.* Addo etiam, quod Anto. Capy *decis.* 110. contra omnes *supra* citatos (ab eo autem omissos) scribit, non debere quem audiri in prædicto modo agendi. Sed miror non aduertere, se loqui contrà text. Bar. & omnes *in d. §. si quis colludente.* Quod etiam non aduertit Rebuff. 2. *Tom. consti. Galli. glo.* 6. *artic.* 2. *nu.* 7. *pag.* 149 sequens solum Capycium. Possent aliqualiter excusari Capy. & Rebuff. autoritate Ale. ad Barto. *in d. §. si quis colludente.* (quem non referunt) vbi Alex. videtur intelligere text. quando ageretur ad eam declarationem aduersus maiorem factam, non autem durante minore ætate. Quod etiam videtur probare Imol. *in Clem. 1 nu.* 28. *de in integr. restit.* Sed Bart. *in d. §.* Paul. & Fulgos. plane intelligunt text. etiam durante minore ætate. Quod etiam magis videtur ex mente Dd. in locis *sup.* adductis, & colligitur ex Tiraq. *de retract. in fin. nu.* 149. Idque magis congruit literæ, quia IC. loquens de minore circumuento, permittit eum agẽdi modum: & sic retinet eosdem terminos minoris ætatis, diuinatoriumque esset subaudire, minorem factum esse maiorem. Quod etiam vrgenter comprobatur exemplo Ecclesiæ, aduersus quam in eisdẽ terminis receptũ est agi posse, vt declaret, an velit stare conuentioni, vt tra-

35 † † 36

dunt Dd. vbi *supra*, & Hisp. Bernar. à Luco. *req.* 148 *in 7 similitudine*. Videtur tamē necessario intelligendum, vt eā declaratio à minore fieri nequeat, nisi adhibita solennitate, quæ in principio eius actus interuenire debuisset, vt colligi potest ex Matheſi. *notab.* 156. *ibi*, *sit paratus facere interuenire solennitatem*, alias eodem modo periclitatur declaratio minoris, quo actus principalis, argu. *l. doli. 9. vers. idemque. ff. de nouat. ibi, ru: sus circumuenitur minor.* Nec puto tutum, quod Bar. Pau. & Fulg. volunt *in d. § si quis colludente.* dicentes, minorem eo casu semel declarantē sevelle stare conuentioni, non posse amplius restitui. Ad quem effectum intelligunt tex. ibi induxisse illum agendi modum: idque forsan ob calorem iudicij, sicuti in proposito sentit Nic. de Mil. *in suo Repertor. verb. minor.* intelligens Bart. quando iudex confirmaret eam declarationem minoris, vt tunc amplius restitutio non detur. Quod etiam probat Aufre. (vir doctior, quam plures putent) *ad decis. Capellæ, q.* 53. *ad fin.* Sed hæc mihi non placent, quia nec calor iudicij, nec autoritas Iudicis tollunt restitutionem minori, vel Ecclesiæ, vt *in l. si quidem, C. de prad. mino.* Panorm. *in cap. cum causa, num.* 6. *de empt. & vendit. & in cap. constitutus, num.* 8. *de in integrum restit.* nec declaratio, vel electio semel facta potest restitutionem tollere, cum postea variare liceat minori, vt *in l. & sine* 8 *§. restitutus, ff. de minor. & in l. fin. C. si sæpius in integrum resti. postu.* cum traditis à Matthæ. Afflict. *lib.* 2. *constit. Neapol. Rubr.* 40. *nu.* 11. & latius scribo *in materia restitution.* Vnde intelligo IC. *in dict. § si quis colludente*, eam declarationem petendam, præstandamque scribere, vt de præsenti res habeat statutum validitatis: vtque contrahentes omnino incerti non extent de effectu conuentionis. Non autem vllo pacto IC. ibi sentire potuit, ex ea declaratione semel facta, negandam postea restitutionem minori læso, contra iuris principia: maxime, cum materia restitutionis diuersissima sit, nihilque commune habeat cum ea, quam IC. ibi tractat. Ideoque à tam diuersis illatio fieri non debuit, iuxta vulg. reg. *l. Papinianus, ff. de minor. l. fin. de calum.* quod forsan alibi non reperies. Potest etiam pro limitatione notari, quod scribit Alberic. *hic, colum. 2. nu. 4. versic. quid si pater dicens,* 37

quod pater potest alienare suum vsumfructum, præsupponens, idem posse regulariter quemlibet fructuarium, per text. quem adducit *in l. arborib.* 13. *§. vsufructuarius, ff. de vsufru.* deinde subdit, quod pater alienans rem aduentitiam filij, censetur tantum alienare vsumfructum, quem in ea habet, adducit tex. *in l. qui tabernas, 32. ff. de contrab. empt.* & sic sunt in hoc duo dicta Alberi. eumque sequitur Hispan. Couarruu. *libr.* 1. *resol. cap.* 8. *num.* 7. *versic. quod fit.* Huius primi dicti immemor fuisse videtur Fernan. Loaz. *in l. filiusfam. §. Diui. n.* 17. *ff. de lega.* 1. vbi dicto, & præsuppositio totum cōtrarium vult, asserens patrem nō posse alienare suum vsumfructum, per tex. quem non insubtiliter expendit *in l. cū oportet, §. non autē, versicu. & si quid. infr. tit.* 1. vbi text. patri permittit alienare ea, quæ sibi accrescunt ex fructibus, quasi non ipsum vsumfructum: & tunc subdit, patre alienāte vsumfructum, statim eum consolidari cum proprietate, sicut in vsufructu communi. per §. *finitur*, quem allegat *Instit. de vsufru.* & sic videtur ex diametro Alberico aduersari, vterque tamen in hoc æquiparat vsumfructum patris, & aliorum. Albe. vt pater aliusque fructuarius alienare possit. Loaz. vt neuter eorum possit, & cum ipsi pugnare videātur, vtrumque refert, & sequitur cum distinctione Couarruu. *dict. cap. num.* 7. Eandem æquiparationem vsusfructus paterni & aliorum probat Alber. *in l. in venditione. ff. de bon. autho. iud poss. nu.* 1. In hoc multa aduertenda sunt, in quibus Scribē. nō sine incomōdo Reip. lapsi videntur. Et primo cauendū est ab Alber. quatenus videtur admittere alienationē totius paterni vsusfructus, licet enim commoditas, vel ius vsusfructus à patre alienari posset, non tamen transferri potest in aliam personam qualitas legitimi administratoris, quam pater habet: cum personalis sit, nec lex eam alteri tribuat, vt notissimum est, & suadetur ex reg. *l. quia tale. ff. solut. matrim.* & ex verbis tex. *in l. per procuratorem, 89. de acquir. hæred. ibi, mutatione personæ castrensia esse desierunt*, nec contrarium huius dixisset Alberic. vir doctiss. Magis tamen ab eodē Alb. cauendum est, dum eius verba sonant, patre alienante rem aduentitiam filij, valere alienationem quo ad vsumfructum ipsius patris, quasi filjus nō possit tunc

sit tunc rem vendicare. Hoc enim periculosum est, vt constat ex his, quæ diximus *supra in sec. parte*, & tractamus *inferius, nu.* 74. contrariumque vt receptum scribit Couar. *d. ca. nu. 6. versic. nam si venditio* Nec minus cauendum est ab Alber. & alijs, quos citat Couar. *d. nu.* 7. dum tradunt simpliciter, patre vel alio fructuario rem vendente, censeri tantum ab eo vendi, & ab emptore emi ius, quod vendens habet: & sic ipsum vsumfructū tantum, vel eius commoditatem. id enim verum nō est, pluresq; decipere posset: qui enim à patre, vel fructuario rem aliquam emit, iuste & verosimiliter ignorare censetur, quod venditor non habeat in ea, nisi vsumfructum, cū emptor totam rem emere intendat, eamque libere & plene sibi vendi putet, *l. in venditione*, 45. *ff de act. empt.* glo. *in l. ex his prædijs, C. de euict.* Nec obstat *d. l. qui tabernas*, ab Albe. hic, & à multis alibi non bene adducta: loquitur enim tex. aperte de tabernis sitis in loco publico, quarū proprietas ratione soli, cui ædificium cedit, ipsius Reip. est, priuatorum vsus tantum, vt ibi tex. habet. Quapropter si emptor eiusdem loci notitiam habebat, satis admonitus censetur ex qualitate rei, & tunc venditor ius tantum, quod habet, alienare videtur: alias oporteret, venditorem aperte admonere emptorem de quacunque qualitate minuente ius rei, quæ venditur. Et ita ad eandem *l. qui tabernas*, melius sentit Bald. *in Rubr. C. de cōtrah. empt. nu.* 6. Pau. *in l. serui electione, §. fi. num.* 2. *ff. deleg.* 1. & ibi Aretin *col.* 1. & alij, quod bene probat Ias. *in l. fin. nu.* 136. *C. de iure emphyteu.* & ita resoluenda sunt, quæ inuoluit Gozad. *consi.* 24. *num.* 7. & addi possent, quæ diximus *supra in prima parte*
38 *Rub. ad l. cum tabernam, ff. de pigno.* Sed iam radicem huius difficultatis petamus, quę pendet ex cognitione verioris sententiæ, circa alienationem vsusfructus, in qua Scriben. mire variant, tam ex professo, quam latenter: quod *proxime* dixi non esse sine detrimento Reipubl. cum quæstio sit quotidiana, ideoque magis animaduertenda, quam hic exacte pro virili examinare intendo. Constat autem ex superiori relatione Alber. quasi indubitatum præsupponere, quemlibet fructuarium posse iure distrahere suū vsumfructum, atque id, quod habet in alium transferre, non expectato consensu proprietarij: nec ex tali alienatione vsumfructum ad proprietatem reuerti. Cuius contrarium quasi indubitatum etiā prę-supponit Loaz, vbi *supr. per d. §. finitur.* Et sic vides iura vt expressa ad duo contraria, & pugnantia allegari, scilicet *§. finitur*, contra fructuarium, ne alienare possit, & alienando perdat vsumfructum, *l. arboribus*, pro fructuario, vt alienare possit, nec vsusfructus amittatur: qua in re alia iura citari possunt, quæ eodem modo pugnare videntur, nam IC. *in l. venditione, & in prin. ff. de bon. author. iud. poss* & clarius *in l. cui vsusfru.* 74. *ff. de vsufru.* habet, vsumfructum alienari posse: quod autem vsusfructus alienari nequeat, magis vrget litera text. *in l. si vsusfructus*, 66. *vel* 67. *ff. de iure dot.* de qua statim, & illa cum *d. §. finitur*, adducitur ab ijs, qui tenēt fructuarium non posse vsumfructū alienare: pro quibus etiam potest adduci tex. qui allegari non solet *in l. noua, C. de vsufru.* Hæc de iuribus, nunc de Dd. Glo. *in d. §. finitur, verbo, cedendo aperte vult*, quod si vsufructuarius alienet suum vsumfructum, nec exprimat se alienare commoditatem seu facultatem percipiendi fructus, alienatio non tenebit, & insuper vsusfructus amittetur, & cum proprietate consolidabitur, & ita gloss. *in d. l. si vsusfructus*, & originaliter id voluit Azo *in summa, C. de vsufru. num.* 20. idemque videtur probare Alberi. sibi contrarius *in d. l. in venditione, in fin.* citans *d. §. finitur*, idem secure vt indubitatum tradit Paul. *in l. 4. ff. de nouat. ad fin.* idem Paul. *in l. qui Romæ, §. duo fratres, col. 2. num. 4. in fin. ff. de verb. oblig. per d. §. finitur*, & ibi Alex. *col. pen. & fin. per d. l. si vsusfru.* idem vt receptissimum probat Iason *in d. §. duo fratres, num.* 80. *cap. fin.* & Rip. *num.* 88. idem vt receptum & indubitatum tradit Socin. *consi.* 10. *nu.* 13. *lib.* 1. Corn. *consi.* 218. *in fin. libr.* 3. & Loaz. *& in d. §. Diui. num.* 17. & Couarru. vbi *supra*; idemque non obscure probant Dd. proxime allegandi, tenentes aliam conclusionem mitiorem, cum hac tamen, quod alienatio vsusfructus non valeat: item quod ex ea poterit vsusfructus ad proprietatem reuerti, & ita Fab. & plures *in d. §. finitur, num.* 1. & denique hoc ab omnibus receptum asserit nouissime Anton. Gome. *in Tomo de contract. cap.* 15. *num.* 15. idque etiam magis asserit *in Comment. ad l.* 70. *Tauri, numer.* 33. & tanquam sine dubio

id ab

id ab omnibus probatum tradit Cardi. Pariſ. *conſi.* 71. *nu* 3. *lib.* 2. Alij diſtinguunt, dicentes, quod vſusfructus non poteſt alienari, nec eius alienatio prædicta pœna carere, poterit autem licite alienari commoditas eiuſdem vſusfructus, tanquam diuerſa ab ipſo vſufructu: quod inter alia probat gloſſ. *in d. locis.* Bal. *in l. res quarum, C. de iur. dot.* & Bart. *in d. l. in venditione, & in l. intereſt, C. de vſufr.* Bart. & Alexand. *in l. cum Titio, ff. ad leg. Falcid.* quod receptiſſimum fatentur Couar. & Gome. vbi *ſupr.* & Fabia. *in tract. de empt. & vend. qu.* 21. *num.* 53. *ſub* 4. *q. principal.* & comprobatur ex multis, quæ Dd. tradunt in alijs locis, diſtinguentes inter ius, & commoditatem, vt tradit Pala. *in rep. ca. per veſtras,* §. 38 & Tiraq. *de retract. lign.* §. 1. *gloſſ.* 7. *ex num.* 46. & Afflict. *lib.* 3. *conſt. Rubr.* 5. *num.* 19. & Iaſ. *in l. cum filio. ex num.* 157. *ff. de legat.* 1. quod plenius tradidimus *in Authen. idem eſt, infr. tit.* 1. & in hoc nemo diſcrepat. Alij autem ex proximis concluſionibus aliam mitiorem colligunt, vt ſcilicet fructuarius alienans vſumfructum, intelligatur in dubio alienare commoditatem: ad quod citatur Bal. *in l.* 1. *C. ſi res pign. dat. ſit,* cuius litera ibi corrupta eſt, id tamen ab eo colligit, & commendat Socin. *conſ.* 66. *num.* 7. *lib.* 3. Curt. Iun. *conſ.* 142. *col. penul. num.* 15. Aymo. Crauet. *conſ.* 52. *num.* 5. idem latius *conſ.* 222. *num.* 8. *& ſeq.* idque dicunt hi patres tenendum, vt actus ſuſtineatur, & pœna vitetur, & vltra eos idem probat Aret. *in l. filius à patre, colum.* 5 *poſt princip. ff. de libe. & poſthu.* & idem vult Bald. ab eis non relatus, *in l. neceſſario,* §. *fina. verſicu. & aduerte, ff. de pericu. & commod. rei vend. ibi, verba ſic interpretanda ſunt,* & in ſimili idem not. Imol. *in l. vſufruct. num.* 2. *in fin. ff. ſolut. matrim.* & ſic iſti etiam fatentur, fructuarium non poſſe alienare vſumfructum, fatenturque pœnam illam amiſſionis, & conſolidationis, & ad eam vitandam interpretantur alienatam cenſeri ſolam commoditatem. Ego credo grauiſſ. doctiſſimoſque viros cum glo. in multis & fere in omnibus tangentibus hunc articulum, ſæpius lapſos fuiſſe. Igitur ad conciliationem legum, de quibus *ſupra*, aſſerimus primo contra gloſſ. & communem opinionem verius ſcripſiſſe Franc. Baldui. *in dict. §. finitur* (licet in ſpecie neminem citet) quod vſufructuarius impune poteſt alienare ius ſuum, vere enim nihil aliud dicit text. *in dict. l. arboribus,* §. *vſufr. ff. de vſufr. ibi, frui vel vendere, & ibi, ſi concedat vel donet.* ita ibi apertiſſime Vlpian. nec minus aperte Martianus IC. *in l. non vtitur* 38. & Caius *in l. ſequent. ff. eod.* breuius autem, ſed apertius id dicit IC. Iulianus *in d. l. cui vſus fruct.* dum dicit in hæc verba, *cui vſus fructus legatus eſt, etiam inuito hærede eum extraneo vendere poteſt.* Ergo qua fronte ſuſtineri poterit communis Dd. traditio ex diametro contraria illis legibus, quæ fructuario alienationem permittunt? Dd. autem eam non ſolum negant, ſed pœnas adijciunt. Nec ſuperſtitioſi dicant, hæc iura intelligi de alienatione commoditatis, non vſusfructus, quod glo. & communiter Dd. pueriliter comminiſcuntur, retinentes errorem ſuum, quo alienationem fructuario iure permiſſam interdicunt: fateor enim ex iuris ſubtilitate, & vtilitatis cauſa aliquando differentiam conſtitui inter vſumfructum, & commoditatem, aliudque eſſe ius vſusfructus, aliud facultatem fructus percipiendi. Sed qui hunc articulum, de quo agimus, cum iudicio expenderit, manifeſte intelliget inanem eſſe interpretationem gloſſ. & Dd. ad prædicta iura, quia ſi verum eſſet, quod ipſi tradunt pro prima regula, vſufructuarium non poſſe alienare vſumfructum, & alienando eum amittere, & cum proprietate conſolidari: non dicerent iura (quod dicunt) vſufructuarium ius ſuum alienare poſſe, non enim quis poſſe dicitur, quod ſine pœna facere nequit, vulg. *l. nepos Proculo. argum. à fortiori. ff. de verbor. ſignif.* Item ſi illa dicerent id; quod Dd. putant, redderentur inania & fruſtratoria, quia nunquam verificarentur, quod patet ex dictis gloſſ. & Dd. tradentium (vt retulimus) ceſſare pœnam, ſi alienetur commoditas: & ita eſſe intelligendum, vt actus valeat, & pœna ceſſet, & ſic nunquam haberet locum prohibitio & pœna, quam ipſi fingunt contra fructuarium, quod magis euincitur, quia prædicta tria iura clariſſima, & *d. l. in venditione, ff. de bon. auth. iud. poſſid.* permittunt alienationem vſusfructus per verba, quibus de commoditate nulla mentio fiat, ſed de ipſo vſufructu, & ſic non licet amplius tam expreſſa iura cauillari. Poſſetque contra Dd. vulgaris eorum argumé-

39 †

† 8

tatio

tatio retorqueri, ne lex verbis, non rebus imposita censeatur, contra *l. 2. C. communia de lega.* quid enim referebat, fructuario interdici alienationem per verbum, *vsusfr.* eandemque ei concedi per verbum *commoditatis*? certe nihil, effectum enim in iure, non nomina sequi docemur, *l. si vno. ff. loca. l. non codicill. C. de testam.* cum quam pluribus, quæ omittimus. Item lapsus Dd. euidenter conuincitur, quia si talis prohibitio vera esset, & iura eam pœnam imponerent fructuario, non posset quidem vitari ea fictitia æquitate, quam Dd. considerant, cum fructuarius alienando, directo faceret contra legem, qua mitiores esse non possumus, vt ait Imperator, probatque IC. *in l. prospexit, ff. qui & à quibus*, namque & in pœnalibus verba iuxta eorum proprietatem sine restrictione intelliguntur, *l. cum lege. 26.* & ibi Aretin. *ff. de testamen.* imo verba legis pœnalis extenduntur, ne prohibitioni fraus fiat, vtque pœna per obliquum non euitetur, *l. 1. §. fin. cum l. seq. ff. de calum.* eleganter Felin. *in cap. Rodulph. col. 3. de rescript.* Iason *in l. talis scriptura. num. 21. ff. de legat. 1. & in l. 1. 2. lect. ad fin. ff. solut. matri.* Crot. *in l. omnes populi, num. 177.* & alibi sæpe Scriben. est tex. optimus *in fin. C. si mancip. ita veneat ne prosit.* hæc veritas euincitur vlterius contra Dd. ex quadam eorũ traditione (quam modo non examino) ipsi enim dicunt, quod si vsufructuarius non vsumfructum, sed rem ipsam totam distrahat, non consolidabitur vsusfructus cum proprietate, nec erit locus prohibitioni, quam ipsi intelligunt scriptam contra fructuarium: quod probãt, quia tunc fructuarius nihil aliud facit, quam vẽdere rem alienã, quod de iure valet, *l. rem alienã, ff. de contrah. empt.* & ita limitant *d l. si vsusfructus, ff. de iure dot. & d. §. finitur*, retenta eorum interpretatione; ita Bald. *in l. res quarum, C. de iure dot.* & tanquam receptum tradit Hispan. Couarr. *d. loco, num. 7.* si ergo talis pœna non irrogatur vsufructuario alienanti totam rem, & sic plus quam in ea habet, minus quidem puniri debet alienando quod habet, scilicet vsumfructum: hoc enim actu cessat mala fides, at in alienante alienum, fraus negari non potest, facit *l. fin. C. vnde vi. ibi, quod suum non est.* Probata autem satis hac vera sententia contra gloss. & Dd. respondendum est ad iura, quibus gloss. & Scrib. mouebantur: non obstat igitur text. *in d. §. finitur. Insti. de vsufruct.* quem Alber. Bart. male citant *in d. l. in venditione.* & Bal. *in d. l. res quarum*, & Paul. *in d. §. duo fratres, & in d. l. 4. ff. de nouat.* & Loaz. *in d. §. Diui.* & quamplures Scrib. in aliis locis. Nam ille tex. magis probat contrarium, cum dicit: *item finitur vsusfructus, si domino proprietatis ab vsufructuario cedatur, nam cedendo extraneo nihil agitur*, ex ijs enim verbis patet, tex. ibi agere de consolidatione, quæ fit, cum vsusfructus proprietati accedit, vt *in versic. sequent. eiusd § ibi, vel è contrario, si vsusfructuarius proprietatem acquisierit.* Si autem extraneo cedat, non punit text. fructuarium, sed dicit actum non valere, quod *inferius* explicabimus, & ideo glo. *ibi, & in d. l. si vsusf.* fatetur ex illo §. nõ probari suam communemque opinionem, quod etiam bene videtur sensisse Aretin. *in d. §. duo fratres, n. 29.* Nec obstat tex. (qui magis vrgere videbatur) *in d. l. si vsusf. 66. vel 67. ff. de iure dot.* cuius verba colorem præstarunt ad excusãdos Scriben. dum IC. ibi inquit, *cedi non posse, nisi domino proprietatis, & si extraneo cedatur*, id est, ei qui proprietatẽ non habebat, nihil ad eum transire, sed ad dominum proprietatis reuersurum. Sed cum leges *superius* adductæ, expressim permittant vsufructuario alienationem sui vsusfructus, necessum est, vt *d. l. si vsusfruct.* intelligatur secundum alias de materia magis ex professo agẽtes, & dicamus, quod IC. *in dict. l.* principaliter ostendere intendit, cessionemã fructuario factam, non nocere proprietario: nec impedire, quin vsusfructus ad proprietarium reuertatur: sed ea reuersio non erit statim, sed suo tempore, mortuo scilicet vsufructuario, vel aliis modis legitimis. Nec nouum est, vt verba alicuius l. intelligantur ex aliis magis ex professo agentibus de materia. argument. *l. Diui. ibi, plenius tractaremus, ff. de iure patronat.* facit vulgaris regula *l. vnicæ, C. de inoff. do. cap. cum expediat. de elect. in 6.* & licet Dd. non aduertant, ita variando videtur concludere gloss. sibi contraria, *in d. l. arboribus, verbo, vel donec, ad fin. ibi, posset etiam.* Restat tamen scrupulus ex *dict. l. si vsusfruct.* in illis verbis, *nihil ad eum transire.* Sed statim satisfaciam simul cum responsione ad similia verba *d. §. finitur, & l. 9. C. de vsufru.*

Ita

Ita enim ratio ordinis postulat, vt hæc
40 res magis enucleetur. Quamuis autem prædicta iura permittant fructuario alienare suum vsumfructum: non obscure significant, ita cum transire, vt duraturus erat apud fructuarium cedentem: id enim suadet iuris reg. ne plus iuris quis transferat, quam habet, & hoc sentit IC. *in l. si legatum 4. ff. quibus modis vsusfruct. amit.* & ibi Fulgo. notat, dicens, † quod longo tempore dubitauerat: quod colligitur ex eo tex. quia specialiter vult vsumfructum durare, & censeri ex persona secundi, quia ad eum à primo legatario fuit translatum ex voluntate domini, seu testatoris, & ita IC. *in l. si quis vsumfru. 19. ff. de vsufru. legat.* Idem suadetur ex regu. & decisione text. *in l. lex vectigali, ff. de pign.* aperte probat tex. *in c. nuper. de donat. int. vir & vxor.* qui ad hoc à nostris adduci non solet, ad idem facit tex. in hoc articulo celebris *in d. l. necessario. 8. §. fin. ff. de peri. & commod. rei vend.* quem notat & declarat Paul. *in l. si domina. C. de vsufructu.* idem Paul. *in l. cotem. §. final. col. 2. versicu. primus casus, ff. de public. & vectig.* post Barto. ibi. & Iason *in dict. l. cum filio. num. 157. ff. de legat.* primo notabat etiam (sed non bene) Aretin. *in d. l. filius à patre, vt supra.* Ex hoc necessario intelliguntur dicta iura probantia, quod vsufructuarius alienare potest suũ vsumfructum, vt scilicet non plus transferat, quam ipse habet, nec vsusfructus amplius extet penes eum, in quem fructuarius alienat, quam extaret penes alienantem, & hoc volunt omnes Scrib. *in locis allegatis.* Inde secunda infertur respõsio & intellectus ad verba *d. §. finitur, & d. l. si vsusfru.* dum habent, nihil transferri in eũ, in quem vsufructuarius alienat, quia intelliguntur quoad effectum cõstituendi in eo nouum vsumfructum, qui ex persona eius durare & censeri debeat: verum enim est, quod ex persona primi fructuarij attendi debet ius & vita (vt ita loquar) ipsius vsusfructus: nec alienatio in hoc nocere debet proprietario, quod principaliter ea iura respiciunt, & ad id refertur talis nullitas, vt alibi in simili intelligebat Bald. *in l. ea lege 5. oppos. num. 4. in fin. C. de condit. ob caus.* † & ibi Salycet. Inde simul 3. debet intelligi, quod inquit tex. *in d. l. 9. C. de vsufr.* & est necessaria interpretatio ex *dict. legib.* quibus alias ea lex ex diametro aduersaretur, vt scilicet dicatur ibi, vsumfructum in aliam personam alienari non posse, quia effectus & tempus, quo vsusfructus durare debet, non attenditur, nisi ex persona fructuarij alienantis, & ita negocium & ius manet, ac si alienatio non fieret. Inde infertur 4. contra gl. & Dd. quod vsufructuarius quibuscunque verbis alienans suum vsumfructum, siue nomine *vsusfructus*, siue *commoditatis*, non amittat vsumfructum: nec consolidetur cum proprietate, nec alienatio sit inualida. Et ita amplientur & intelligantur *d. l. arboribus, & d. l. cui vsusfru. ff. de vsufruct.* Infertur etiam 5. verus sensus ad *d. § finitur*, vbi text. non posuit talem pœnam vsufructuario alienanti, cum ibi exprofesso agatur de explicando, *quibus mod. vsusfru. finiatur:* similiter apparet, cur id non fuerit scriptũ in tit. *ff. qui. mod. vsusfructus amittatur*, quia scilicet non erat iuridicum: nec iura illa id omisissent, si iuris fuisset, non enim omitti solent, nec debent, quæ notabilia sunt, *l. item apud Labeonem, 15 §. ait Prætor. ff. de iniur. vers. ea enim*: nec Dd. debuerunt pœnam addere, vbi expressim & aperte ius eam non irrogabat, secundum gloss. *cap. fina. de iure patronat.* & text notab. *in l. at si quis, §. Diuus ff. de relig. & sumpt. fun.* cum multis quæ omitto. Inde infertur 6. non esse verum, quod Bal. & alij, vbi *supra*, dicebant, mitius agi cum vsufructuario alienante rem totam, quam cum eo alienante solum vsumfructum, quod erat absurdum, vt probaui. Infertur 7. inanem esse illam æquitatem qua nonnulli *supra* relati fingebant, fructuarium releuandum à pœna alienationis sui vsusfructus, intelligendo, quod videatur tãtum alienare commoditatẽ: par enim ratio & par effectus est hoc casu, siue alienetur vsusfructus, siue commoditas, vt probauimus, licet quoad alia differant, vt *supra*. Infertur 8. verus intellectus ad text. (quo nostra hęc valde comprobantur) *in d. c. nuper à nobis de donatio. int. vir. & vxo.* (vbi Panor. & Præpos. & alij non satis expendunt vim illius responsi) ibi enim data erat terra viro ad fruendũ in vita, & sic constitutus fuit vsusfructus: vir autem eam terram vxori dedit. respondet text. eam concessionem in vxorem factam valere, & durare tantum in vita mariti, eoque mortuo, terram reuersuram ad proprietarium. Vides ibi

virum

virum vsufructuarium potuisse ius suum transferre in alium, sed vsumfructum tamdiu durare penes cessionarium, quãdiu durare debuit penes cedentem: & sic potest ille text. citari simul cum *d. l. ex vectigali* & notari ad *d. §. si l. necessariò.* simulq; inde confundi illam inanem distinctionem Dd. distinguentium, per quæ verba fructuarius cedat suum ius. Infertur 9. contra Loaz. vbi *sup.* ad peculiarem tractatum huius l. circa patrem alienantem suum vsumfructum, vt alienatio valeat, nec vsusfructus consolidetur cum proprietate, licet doctiss. Couar. hoc non satis explicet. Et hinc tollitur restrictio & argum. Loaz. ad tex. *in d. l. cum oportet. §. non autem.* qui ex his ampliatur, vt pater alienare possit vsumfructum, non tantum quod ex fructibus acquirit. Infertur 10. & necessario ex *d. iurib. ff. de vsufruct.* differentia inter vsumfruct. & emphyteu. Hæc enim (vt est notissimum) distrahi non potest sine licẽtia domini directi. *l. fi. C. de iur. emphy.* & ratio differentiæ potest considerari, quia fructuarius omnes fructus percipit, & durante suo vsufructu non recognoscit dominum; cum in emphyteusi diuersum sit aliam rationem differentiæ tradit Salyc. *in d. l. fin.* vbi Iason refert *num.* 106. Sed *d. cap. nuper. & d. §. fin. l. necessario.* & receptã opinio, quæ bene habet vsumfructum finiri tunc ex persona fructuarij cedentis; intelliguntur necessario ex *l.* 4. & ibi notant Bart. & Paul. *ff. de nouatio.* nisi proprietarius concedat, vt vsusfructus alienetur: tũc enim alius nouus vsusfructus constituitur in eo, in quẽ alienatur: & consequenter non finitur mortuo primo fructuario, sed durat ex persona secundi, in quem alienatur. Et æque procedit secundum eos in vsufructu iam constituto, siue in eo, qui nõdum traditus erat, sed tantum competebat actio ad eum primo cedenti. & ita Fab. & Angel. *in d. §. finitur.* contra gloss. ibi male distinguentem inter vsumfructum & actionem, imo subtilius expendatur *d. l.* 4. *probabit*, quæ *supra* deduximus. Ideo enim ibi consensus domini in cessione vsusfructus operatur, vt cessionarius fiat vere vsufructuarius, & vsusfructus duret ad vitam eiusdem non cedentis, quia quo ad translationem commoditatis, vtque vsusfr. durare deberet ad vitam cedentis, non erat necessarius cõsensus proprietarij, secundum ea quæ ex dictis iurib. vere deduximus: facit trita reg. *l. si quando* 112. secundum Bart. & communem allegationem. *ff. ae legat.* 1. & sic potest esse 11. illatio. Ex eisdem iuribus & aliis *supr.* adductis infertur 12. quæ dicta sunt de alienatione vsusfructus, procedere tam in venditione, quam in donatione, & sic tam ex causa onerosa, quam lucratiua, vt patet ex *d. l. arboribus, ibi. vendere vel concedere, & ibi, vel donet.* & in omnibus par ratio est: ex quo sequitur nullatenus tenendam esse futilem distinctionem glo. *in d. l. arboribus, & in d. l. si vsufr.* quæ distinguebat inter concessionem & cessionem (miranda nouitas) & putabat gl. admittendam concessionem, non cessionem. Et huic ineptæ distinctioni subscripserunt Ang. *in d. l. arboribus.* Fulgos. & Iacob. *in d. l. si vsufr.* Ad hoc autem confugerat gloss. ob iura, quibus videbat fructuario permitti concessionem, vt ita euaderet difficultatem, qua premebatur ex *d. l. si vsusfr.* negante cessionem: quæ iura aliter conciliantur, vt *supra.* Nec talis distinctio gloss. erat probabilis, cum idem sit in effectu cedere, quod concedere: nam cessio aut erat ex causa onerosa, & censetur venditio aut ex causa lucratiua, & censeretur donatio, iuxta notata *in l. per diuersas. C. mandati.* & sic de cessione etiam loquitur necessario *d. l. arboribus.* cum similibus *supr.* citatis, & verbum *alienationis* omnia ea comprehendit, iuxta *l. fin. C. de rebus alienis non alien.* quod videtur magis de mente Scrib. communiter, licet non reprobent specifice illam distinctionem, vel differentiam glo. inter cessionem & concessionem. Ex prædictis ad *d. l.* 4. *ff. de noua.* 13. infertur cauendum fore à Baldui. qui circa eã incaute labitur *in d. §. finitur.* tradens eũ qui habet actionem ad vsumfructum, posse eam transferre in alium; ita vt faciat illum verum vsufructuarium: vtque duret vsusfructus in vita eiusdem, non cedentis: hoc enim absurdum esset, & contra iuris principia, vt probat Bartol. quem alij bene sequuntur *in d. l.* 4. Fab. & alij *in d. §. finitur*, idque ostenditur, quia habens actionẽ ad vsumfructum cederet eam alij, qui verisimiliter longius viuere sperarentur, quod esset in fraudem proprietarij: item esset iniquum, vt quis inuitus co-

geretur alium habere fructuarium, quod iura non admittunt, aperteque id confutatur per text. *in d. c. nuper.* & reg. *d. l. lex vectigali.* & tandem iuris ratio non patiebatur, vt habens actionem solam plus posset transferre, quã habens vsumfructum iam constitutum contra *l. minus* 205 *ff. de reg. iur.* quod inuoluit Imol. (nisi litera corrupta sit) *in d. l. 2. ad fin. ff. de nouat.* Ex eisdem infertur 14 quod is, in quem vsufructuarius transfert, vel cedit vsumfructum, vel commoditatem, non teneatur cauere proprietario: nec in eo militet reg. *tit. ff. vsufr. quemadm. caue.* vt inquit Hisp. Ant. Gome. *c. 15. num. 15. in fi. in Tomo de contrac.* sed prius Bald. (quem non allegat) *in d. §. fina. l. necessario.* Tandem & 15. inferunt aliqui, & specifice infert Hispa. Ant. *d. loco, versicu. secundus effectus,* quod is, in quem vsufructuarius transfert ius suum, non habebit vllum remedium possessorium, quia cum non sit vsufructurius, non possidet. Sed hoc indistincte dictum periculosum est, nec omnino verum, nam & detinenti rem ex causa iusta, nec vere possidenti, datur remediũ possessorium, si spolietur vel turbetur iniuste, vt probat text. *in l. Aquilius. ff. de dona.* implorato iudicis officio, vt in illo text. ibi, *quod si expulsus ad iudicem veniat, ad exẽplum interdicti, quod fructuario proponitur, defendendus erit.* & ibi bene notat Paul. Castr. idẽ notabiliter *in l. manifestissimi. §. sed cum secundam. Cod. de fur.* Bar. *in l. rem quæ nobis. num. 1. ff. de acquir. possess.* bene Panor. *in cap. contingit, col. fin. de dol. & contum.* Cæpol. *de seruitu. vrba. cap. 2. num. 11. ad fin.* Dec. *ad illam l. cons* 355. Et in materia remedij possessorij bene id tradit idem Hispan. *in Comment. l. Tauri, 45. num.* 12. ex quibus constat articulus à Scrib. hucusque non explicatus: simulque habetur verus sensus multorum iurium contra gloss. & Dd. Hæc lex, vt *supra,* ad restringendam potestatem patris in aduẽtitiis, negat ei alienandi potestatẽ, & sic docemur minus iuris habere eum, cui alienatio interdicitur (quod patet ad sensum.) Vnde ex hoc & ex dictis in superiori articulo infertur ad ea, quæ Dd. hucusque scripta reliquerunt, per *l. Proculus, ff. de vsufruct* quem text. putant omnes decidere expressim: quod si testator legat vsumfructum domus, cum onere, ne legatarius altius tollat: vel legat aliam rem cum onere, vt legatarius in ea cõstituat seruitutem alteri, tunc per vsumfructum intelligi proprietatem. & ita Bart. Bal. & Alb. Ang. Fulg ibi, extollẽtes eam l. & ita etiã Bar. *in l. ex hac, n. 3. ff. de don.* Cum. *in d. l. donationes, §. species, n. 4. ff. eod.* & ibi Rom. & ita Alex. *in l. si constante, n. 2. ff. solut. matri.* Alciat. *in l. recte dicimus, ff. de verb. signif.* Claud. Marme. *in §. nihil commune, col. 11. n. 48.* Ias. *in l. si mihi & tibi, §. in legatis, 1. lectu. n. 10. ff. de legat. 1.* Galiau. *in l. Centurio, n. 465. ff. de vulg.* & ita prædicti Dd. & alij consulendo respõderunt, vt *proxime* referemus, eumque sensum probat gl. ibi, & *in d. §. species, l. donationes.* nihilq; receptius est apud Scrib. & ad hoc eam extollunt Bal. & Fulg. ibi: dicitque mirabilem Cum. *d. §. species. n. 4.* & Alij *infra.* Cum autem gl. & Dd. id decisum putent *in d. l. Proculus.* prorationis colore dicunt id procedere ex eo, quia de iure vsufructuarius non potest altius tollere, nec rem alienare, iuxta *l. vsufructuarius, 1 & 2. & l nisi, ff. de vsufr. l. interest, Co. eod.* Quapropter aiunt, necessum non esse interdicere vsufructuario, ne altius tollat, nec in eo adaptari constitutionem seruitutis: vnde colligunt, ne verba testatoris sine effectu maneant, intelligẽdum fore, quod nomine *vsusfructus* legare voluit proprietatẽ, in qua cõgruit cõstitutio seruitutis, quæ à plene domino, non à fructuario constitui potest. Hoc est, quod pro ratione illius putatiuæ, seu imaginariæ decisionis glo. & Dd. afferunt. Et inde quasi necessarium consequens infert Bald. *in d. l. Proculus.* & extollunt omnes: si quis leget vsumfructũ, eo adiecto, ne legatarius rem alienet, censeri legatam proprietatem, quia in simplici vsufructu superflua esset ea prohibitio, per *supra* dicta, idemque probant & extollunt Ang. & Fulgo. ibi Alex. & Ias. vbi *supra.* Marme. *in d. loco.* Brunus *in tract. de diminu. 6 conclus. nume. 15.* Cuma. *in d. §. species, nu 4.* & ità cũ Bal. respondetur in praxi. Cuma. & Fulgos. quorũ consilia citantur à Ferrar. & Paris. statim allegandis. & ita Picus *in §. Titia cum nuberet. num. 171. ff. de legat. 2.* & Bauer. *in repet. l. cum filio, n. 48. ff. de legat. 1.* & ita secure Matthæ. de Afflict. *in prælud. feud. num. 128.* & ita Riminal. Sen. & alij, quos refert Riminal. Iun. *in prin. Institut. de donat. num. 357.* & Hispan. à

41

Castel-

Castello. *l.* 10. *Tauri. col. pen.* & Thom. Ferrar. *caute* 2 *col.* 1 Crem. *notab.* 28 Hippol. *singul.* 651. & ita consuluit vterque Raph. vt *supra.* & Corn. quem refert & sequitur Loaz. *in repet.* §. *Diui. nu.* 15. ita Socin. *consil.* 131. *nu.* 15. *lib.* 1. Bar. *cons.* 64. *col. fin. lib.* 2. Curt. Sen. *cons.* 51. *num.* 23. idem consuluit Card. Paris. *cons.* 71 *per totum, lib.* 2. & Hieronym. Grat. *cons.* 29 *nu.* 13. *lib.* 2. idem tradit Bellon *cons.* 6. *num.* 8 *& num.* 1. Curt. Iun. *cons.* 14. *col.* 1. Roman. *cons.* 206. *nume.* 4. Cor. *cons.* 64. *num.* 2. *lib.* 4. & Caro Ruy. *cons.* 29. *num.* 3. *lib.* 2. & idem sentit Dec. *cons.* 41. *num.* 2. Apparet igitur rem hanc in vsu forensi frequentissimam esse, ideoque magis doleo, videre hoc scriptum à Dd. grauissimis, tam legendo, quam consulendo, cum id longe iniquū, iuri contrarium, & Reip. pernicioſum
42 esse nō dubitem. Vt autem aperte, quod in hoc verissimum puto, contra gloss. & omnes, ponenda ob oculos sunt verba text. *in d. l. Proculus.* (quæ in aliquibus libris est 19. in aliis 23.) & ita se habent: *Proculus putat insulam ita posse legari, vt ei seruitus imponatur, quæ alteri insulæ hæreditariæ debeatur, hoc modo: Si ille hæredi meo promiserit, per se non fore, quo altius ea ædificia tollantur; tum ei eorum ædificiorum vsumfructum do, lego. Vel sic: Aedium illarum, quo ad altius, quam vti nunc sunt, ædificatæ non erunt; illi vsumfructum do, lego.* nihil habet vlterius litera illius l. qua inspecta, nemo ex ea euincet, quod gloss. & omnes putant ibi decisum. Nullum enim verbum ibi est, quo IC. significet in ea specie comprehendi proprietatem. Et cum ab hinc 15. annis in hac inclyta Academia Conimbricensi aliquando incideret allegatio illius l. mirabar tot viros grauiss. iuris vertices, tam inique, tamque absurde l. illam intellexisse; quod nouissime bene sentit Conna. *lib.* 4. *cap.* 3. *ad fin.* & pro hac sententia contra gloss. & Dd. non sunt necessariæ argumentationes, cum lex illa nullo modo probet communem errorem. Dd. autem ingenue fatentur ex iuris regulis contrarium esse dicendum, & Fulgo ibi inquit, se contrarium responsurum lege illa non visa: ideoque Bald. ibi eam l. miratur. & Cuman. mirabilē appellat *in d.* §. *species.* Ego autem semper suspecta habeo hæc mirabilia Dd contra quos (vt ipsi fatentur) sunt in hoc iuris regulæ, à quibus facile recedē-

dum non est: contra eos etiam vrget cōsideratio ex verbis eiusdem *l. & tit.* quæ vsumfructum, non proprietatem designat. Vrget magis alia consideratio, quia illa adiectio, *vel onus seruitutis, vel iussus non ædificandi, vel non alienādi,* verba sunt manifeste adiecta, causa restringendi, ideoque nō debent augere legatū, iuxta vulgarē reg. *l. legata inutiliter, ff. de lega.* 1. cum similibus, facit etiam, quia si talem dispositionem consideres, vere comperies ea verba adiecta in fauorem hæredis, vel proprietarij, contra legatariū vel aliū, cui vsusfructus donatur, prohibitio enim ædificandi, vel alienandi nō potest esse fauor, cum sit onus cōtrarium libertati, & potestati, quam quilibet dominus regulariter habet in re prōpria, vt patet ad sensum, & colligitur ex Bar. in definitione dominij. *in l. si quis vi. §. differētia, ff. de acq. pos.* Ergo absurdum & iuri contrarium esset, verba adiecta fauore hæredis vel proprietarij, contra eos retorqueri: & è contra, adiecta contra legatarium, vel donatarium, in eorum fauorem intelligi, contra iur. reg. & contra ea quæ tradit notanter Dec. *cons.* 232. *n.* 8. *ad fi.* Item contra gloss. & Dd. facit decis. IC. *in l. cum tale,* 71. § *fi. ff. de cond. & demonst. ibi, non plus assequetur.* facit etiam à fortiori elegans responsum *l. Titia.* §. *vltim. ff. de manu. test. ibi, his verbis potius adimi, quam dari,* facit etiam tex. *facto,* 19. *ff. de hæred. instit.* & tandē cum relicto vsufructu simpliciter, non veniat proprietas, non est cur magis venire debeat adiectis verbis, ne res alienetur, vel ne in ea ædificetur, per *sup.* dicta, & quia talia verba hec necessario nec verosimiliter proprietatem dari significant, præcedens autem dispositio principalis tantum concedit vsumfructum, & sic interpretari tunc concessam proprietatem, esset cōtra reg. *l. non aliter, ff. de legat.* 3. *l. interest. Cod. de solu. ibi, tantum quantum lectio probat in scriptura, & l.* 1. §. *si is, qui nauem, ff. de exercit. ibi, verbis seruire.* Nec obstat puerile motiuum glo. & Scrib. dum arguebant, quod in talī specie erat superflua prohibitio fructuario imposita, cum sine ea fructuarius nō possit nouum opus facere, nec rem alienare, nisi volēte proprietario: quod fundamentum ideo puerile appello, quia virili ætate indignum est: quis enim nō videt quotidie testatores & contrahen-

tes ea in suis actibus adiicere, quæ de iure inerant: ideoque talem adiectionem censeri tantum appositam pro maiori declaratione etiam in legibus ipsis, vt probat *l.1.vers. ego puto, ff. de ædil.edic.* non vero ad mutandam iuris dispositionem, iuxta *l.3. ff. de legat.1.l. non recte, C. de fide-iuss. l. qui mutuan. ff. mand.* text. notab. *in l. si conuenerit*, 14. *ff. pro soc.* Quis etiam ignorat sæpius testatores & contrahentes esse iuris ignaros? vt inquit IC. *in d.l. non aliter*, 67. §. 1. *ff. de legat.* 2. quid mirum igitur, si relicto vel dato vsufructu, testator vel donans iuris ignarus adiiciat, ne fructuarius faciat in re aliquid à iure prohibitum? Non est igitur inde colligendum, plus concessum, quam verba sonent. Quod magis probatur ex *l. quod in rerum.* 24. §. 1. *ff. de lega.1.* vbi relicto vsufructu, non venit proprietas, etiamsi relictum maneat inutile (quod est fortius.) Igitur talis adiectio, de qua *in d.l. Proculus.* (licet de iure necessaria non sit) intelligi debet scripta, vel ad maiorem declarationem, vel ex imperitia iuris, vt *alibi* dicit Papini. *in l. qui fructus*, 25. *ff. de vsufr. lega.* Ex quibus euidenter conuincitur error gloss. & communis interpretationis. Quod si aliquis curiose nimis insistat quærens, quid nobis afferat deci. IC. *in d. l. Proculus.* respondebo cum litera, cui nō est addendum (cōtra iuris regulas) quod in ea non habetur: nec etiam multum curabo, si quis obiiciat carere eam probabili ratione dubitandi. Id enim frequentissime in ll. Pandect. & Cod. videmus, vt prudenter notat Bart. *in l. vbicunque, col. 4. num. 10. versic. vltim. ff. de interrog. actio.* Et tandem potest dici voluisse forsan IC. ibi declarare, & limitare, quod in multis legib. eiusdem titu. scribitur, vt scilicet ex iussu testatoris, & concedentis vsumfructum, possit fructuarius rei seruitutem imponere, cum regulariter nequeat, vt *superius in sec. parte* late deduximus. mihi autem satis est IC. non dicere, quod gloss. & Scrib. colligunt. Credo igitur, neminem deinceps probaturum, quod gl. & Scrib. hucusque ex ea lege colligebant, & inferebāt: qua in re certissima veritas nos coegit contra morē nostrū aduersus Scrib. liberius loqui. Infertur ex his verius esse, quod diximus, relicto vsufructu cum onere, vt legatarius constituat seruitutem in re, non ideo augeri relictum, nec cōprehendi proprietatem, contra gloss. & omnes. Infertur similiter contra Bal. & innumeros *supra* citatos, relicto vsufructu cum prohibitione, ne legatarius rem alienet, non venire proprietatem, quod aliquando tentauerat fragiliter Rom. *in d. §. species.* sequens tamen communem errorē *ad d.l. Proculus.* Ex prædictis infertur etiā 43
cessare iniquam illam cautelā, & Christiano homini execrabilem, qua aliqui in hoc articulo scribunt, posse à testatore extorqueri proprietatem rei contra eius mentem, vt tradebat Tho. Fer. *d. caute. 2.* Quid enim iniquius, quam volenti legare solum vsumfructum imponere, vt adiiciat illa verba, *ne legatarius ædificet, vel quod seruitutem constituat, vel ne rem alienet*: quæ omnia testator recte potuit sentire, magis esse contra legatarium, quam vt ex his verbis colligatur legatum proprietatis? Quod absurdum, & iniquum resultans necessario ex traditione glo. & Scrib. sufficit ad iustificādam nostram sententiam. Ex his etiam cessat aliud absurdum, quod Dd. admittebant in sua erronea interpretatione, & quo non immerito laborabāt Bal. Angel. Fulg. *in d. l. Proculus*, putantes ex ea lege, verba conditionalia ibi disponere, & inducta ad vnum effectū, operari cōtrarium, aduersus iuris regulas: quo etiā laborant Bart. Cum. & alij *in d.l. donationes, §. species.* & Galiau. *in l. Centur., n.* 456. quia aliqua friuola comminiscuntur, contra stimulum calcitrantes. Infertur etiam ad id quod tradit Barb. *d. cons.* 64. *col. fina.* dicens: Quod si testator legat vsumfructum, & permittit, vt legatarius possit bona distrahere, tunc cēsetur legata proprietas, arguendo à fortiori ex *d. l. Proculus*, & Bal. ibi secundum communē intellectum. Quod tamen improbat Soci. *d. cons.* 131. *n.* 15. *lib.* 1. dicens Barba. more suo paralogisare, & retorquens præpostera subtilitate dicta Bald. & aliorū. Ego aduerto vtrumque niti falso fundamento (nempe ex communi intellectu *d.l. Proculus.* quem probauimus sustinerī non posse.) Aduerto etiā minus iniquā esse opinionem Barb. in suis terminis. Si enim mature consideres, comperies, ex ea adiectione (*vt legatarius alienare possit*) verosimilius posse præsumi, quod testator legat proprietatē, cū ea potestas nō conueniat fructuario. Quo casu, ex qualitate à disponente ex presa recedi potest

test à verbis, iuxtà *l. si vno*, 18. *ff. locati*, & *l. vbi ita, ff. de do. cau. mor.* cum multis aliis. At in casu *d. l. Proculus*, & in his quæ Dd. communiter colligunt & inferunt (quæ nos reprobamus) adiectio minuit & restringit legatum. Ideoq; absurdum esset ex talibus verbis relictum ampliare, atque ita non absurde Barbat. à maiori arguere potuit. Nec omitto, quod Cuma. *cons.* 121. idem consuluit ante Barbat. & ita arguit à fortiori *num.* 3. cuius nec Soci. nec Barba. meminerunt. Et hoc sequitur Cardi. Paris. *d. cons.* 71. *num.* 3. qui cum eis concludit, relicto vsufructu cũ potestate, vt legatarius de re disponere possit (maxime post tempus mortis) cõprehendi proprietatem, quia alias repugnaret iur. reg. quæ habet: vsumfructum morte finiri, idque iuuari potest ex reg. *l. illud, ff. de acquir. hæred. & l. ad legatum, & l. ad rem mobilem, ff. de proc.* Tandem aduerto contrà Cuma. Barbat. & Paris. non semper ex tali adiectione vsusfructus intelligendo proprietatem. Obstant enim ea, quæ *superius* adduximus de obseruanda proprietate verborum, ac non facile admittenda extẽsione concessionis: & in tali specie intelligi, quod testator, vel donans vsumfructum, concedendo simul potestatem alienandi, non id exp resserit, quasi proprietatem legare velit, sed magis ad tollendam dubitationem & pœnam, quæ contra fructuarium alienantem, à multis traditur in iure nostro, vt *in præced. art.* deduximus, circa §. *finitur, Instit. de vsufru.* Et in eisdem terminis esset caute aduertendum, an verba testatoris, seu concedentis vsumfructum, tribuant potestatem alienandi in causam forte necessariam, & reseruato in fauorem alicuius, quod ex bonis supererit: tunc enim constat, tantum relinqui vsumfructum, eamque alienandi facultatem ad aliud concedi, non vt proprietas dari censeatur. Vltimo circa *d. l. Proculus*, & *supra* adducta, ostenditur veritas nostræ interpretationis, quia Dd. in sua non sibi constant: fere enim omnes *supra* citati intelligunt d. l. & quæ ex ea colliguntur, in omni concessione. Bartol. autem & Cuman. *in d. §. species*: eam legem, & communem opinionem specialiter intelligunt in vltimis voluntatibus, diuersumque dicendum fore in concessione inter viuos. Quod etiam sequitur Fulg. *in d. l. Proculus*. quæ confirmari posset ex congestis ab Ias. *in l. quæ de legat. ff. de leg.* 1. ab Alciat. *lib. 3. de verb. signif.* Sed contrarium sentiunt communiter Dd in locis *supra* citatis, indistincte loquentes de qualibet concessione vsusfructus per talia verba, licet ex facti contingentia frequentius id tractent in verbis testatoris. Et rationes, argumentaque Scrib. ad communem interpretationem d. l. tam militant in contractibus, quam in vltimis voluntatibus, dum arguunt, ne verba sine effectu adiecta videantur. Quod ipsi Scrib. vbique ad omne genus dispositionis trahunt, sæpe extollentes periculosam doctrinam Bald. *in Rub. Co. de contrahen. empt. nu.* 9. *q.* 10. Illud tamen huic restrictioni Bar. Cum Fulg. debeamus, vt communis error inductus ex *d. l. Procul.* minus noceat, saltemq; ad actus inter viuos non trahatur. Hæc sunt, quæ ad l. illam, & hunc articulum vtilissimum afferre potuimus, sed forsan non deerunt superstitiosi, qui repertis & exhibitis frugibus, glandibus vesci malint.

Hic oportune duo discutiemus, quæ 44
omissa fuere *supra in sec. parte, an pater circa bona aduentitia filiorum possit transigere, vel compromittere.* Qua in re ex traditionibus Scribent. videretur dicendum, quod cum pater prohibeatur alienare (vt habet hæc vltima pars) non possit compromittere. Pro regula enim traditur à nostris, vt qui non potest alienare, non possit compromittere, per text. vbi notant Panor. Imol. & alij *in c. cum tempore, versic. cum & si sponte de arbitr.* per quem text. generaliter id vt receptum scribit Iason *in l. fin. num.* 119. Bald. *de iure emphyt.* Dec. *cons.* 44. *per totum, & cons.* 465. *in fin. & cons.* 39. *nu.* 4. & quam plures eandem reg. probant, vt copiose tradit Tiraq. *in lib. de iure marita. gloss. 5. num.* 202 *cum seq.* & Anton. Capyc. *decis.* 93. *num.* 3. & Matth. Afflict. *lib. 3. constit. Neap. Rubr. 5. num.* 52. *& seq.* & Soci. Nep. *cons.* 67. *nu.* 77. *li.* 1. & Marc. Blan. *de compromiss. 4. quæst. num.* 28. Rip. *lib. 2. respons. de rescrip. ca. 7. num.* 12. Idem posset quis dicere in transactione (de qua breuissime agunt Bal. & Alberic. hic.) Eodem enim fundamento videretur dicendum, non posse patrem transigere, sicuti non potest alienare. Id vt receptum tradunt Scribent. *in l. 1. C. si aduers. transact, & alibi sæpe.* vt per Ias. *in l. fina.*

*num.*122. *qu.*10. *C. de iure emph.* & plures, quos citat Tiraqu. *in d.libr. gloss.*5. *num.* 205. *qu.*20. & latius *in libr. de retract. lign.* §. 1. *gloss.*14. *ex num.*60. *cum multis seqq.* & generaliter id probat Panorm.per tex.*ibi in cap contingit de transact.* Pro qua regula adduci solet text. *in l.non solum, C. de præd. mino. ibi, sed nec transactionis ratione.* Quem tex. debuit citare Paul.Castr.hoc tradens *in l. cum ij, §.transactiones, num.*4.*ff. de transact.* Quod comprobari etiam posset, quia cõpromissum & transactio æquiparantur, vt colligitur ex Ias.*in d.l. fin.* & Tiraqu vbi *supra*, & ita hæc duo æquiparat Hostien. & alij, quos citat Lanfran.*de arbit.*3.*par. n.*3.*fol.*5.*in* 3 *volu.tract.* & Bapt.Cacialup. *in eo.vol. tract.de transact.quæst.*7. *num.*5. eandemque æquiparationem trãsactionis & compromissi probat Bartol. *in l. Prætor, ff. de tut.& curat.dat.* Bald.*in l.de re,* 1.*lect. ff. de transact.* Alex. *cons.* 22.*num.* 3.*lib.*1.*& consil.*119. *num.*3. *lib.*2. estque receptum, vt tradit Alcia. *in l. cum te. n.* 4.*C.de transac.* vbi id declarat. Hæc non leuiter vrgere videbantur, possentque plures ex his indistincte putare, negandam patri facultatem cõpromittendi & transigendi, quasi hæc sint species alienationis : in idque posset induci tex. *in l.prima, ff. de offi. procu. Cæsa. ibi, venditionis vel transactionis causa. & ibi, non enim alienare ei commissum est.* Sed hæc maturius sunt aduertenda. Nec enim tam stricte cum patre legitimo administratore agendum est, vt late deduximus *supra in sec. part.* Ex proxime autem citatis videtur mihi regulariter vera æquiparatio, quam Scrib. faciunt de compromisso & transactione : & ita Bar. *in l. mandato. ff. de procurat.* distinguens inter procuratorem quantumcumque generalem, & inter administratorem R. P. æquiparans tamen compromissum & trãsactionem, & eius doctrinã probat Alex. *in l. transactionis, & in l. de fideic.num.*3. *Cod.de transact.* Ias. *in l.Imperatores, ff. de pact.* vide Iason *in d. l.transactionis.* Antequam vero agamus de transactione, illud memineris in cõpromisso, vt scilicet præcedentia dicta non procedãt in compromisso necessaria ex vigore legis vel statuti, iubentis compromittere. Tunc enim pater sine dubio aduentitiis compromittere posset, cum id tunc voluntarie non faciat, vt in minore & eius tutore vel curatore notant Alb. Bal. Salyc. Paul. Alex. *in l.fi.C.de in integ.rest.* Pan *cons.*31.*lib.*2. Are. *in l.more, col.fin. ff.de acq hæred* Pau.*in l. si plures, n.*5. *ff. de pactis,* & ibi Ias.*sub.* §.*fin. l.iuris gent.n.*14.& hoc generaliter intelligunt Dd. etiamsi alias ratione rei vel personæ prohiberetur alienatio, & cõpromissum, vt bene tradit Robe. Mara. *de ordi.iud.*6 *part.in tract. de compromiss. n.* 8. *cum duobus seq.* Vnde cauendum est à Decij *d.cons.*44. vbi videtur male respondisse circa simile statutũ, dicens: illud nõ procedere in rebus alienari prohibitis, arguensq; ex generali illa traditione, de qua *sup.* Sed debuit aduertere, quod tũc compromissum vitari non potest, cum fiat ex necessitate legis, & consequenter cessat argumentatio à prohibita alienatione, iuxta eà quæ *supra* diximus ex *l. alienationes, ff. famil. erciscund. & l.* 1. *ff. de fund.do.* cum aliis. Et ita contra Dec. melius aduertit Marc.Blanc. *in d.tract. de cõpromiss.*4.*q.n.*28.*ad fin.* Et ita in terminis notat Bald. quem illi non citant, *in l. de re,* 2.*lectu. ff.de transaction.* facit *l.* 3. *versic. hæ enim, ff de rebus eor. ibi, non ex tutoris voluntate, sed ex magistratuum authoritate.* In transactione autẽ (vt iam articulum nostrum resoluamus) dicit Alber. *hic, col.*2. *n.*4 *versic.puto etiam.* quod pater poterit transigere in aduentitiis, vt tutor in reb. pupilli, per *l. præses. C. de transact.* Bald. autem *hic n.* 2. citat eandem l. sed addit, quod pater retinendo poterit transigere, non autem rem dando, vel transferẽdo. subdit etiam Bal. posse patrem trãsigendo promittere in aduẽtitiis, quod rẽ non petet, eamq; promissionem valere (scil. ad excludendum filium) quãdo causa est dubia, arg.*d. l. præses*; & hanc resolutionem Bal probat Alex. *cons.*161. *ad fi. lib.*2. Aym. Crau. *cons.*154.*n.*1. Steph. Bertran. *col.*18.*nu* 6.*li.*1. Qua in re debuerunt Albe. & Bal. meminisse gl. *in d.l.de re, ff. de transact.* quam ibi probant Bart. & alij; quæ dicit posse patrem transigere in aduentitiis, citatque hanc *l. & d.l. præses,* ex qua alienatione colligitur glos. sensisse idem, quod Bald. & Alb. & illam gl. dicit communiter receptam Cacialup. *in d.tract. de transact. q.*7. *nu.* 4. doctrinam autem Bald. in primo membro sequitur & extollit Iason *in l. nulli, in fin. ff. de transact.* Qui omnes æquiparant in hoc patrem & tutorem, alios-que admi-

administratores, præterquam quoad solennitatē decreti, quod in patre necessarium non esse, communiter tradunt cum Azo. vt *superius* diximus, & in transactione, de qua agimus, aperte id notat Bald. *in d.l. de re. ff de transact.* Cacialup. vbi *sup.* Alex. & alij *in d.l. præses.* Sed ego in his plus semper patri tribuerē, quam alij administratori, ex iuribus & rationibus, de quib *superius* egimus in hac lege. Nec negari potest illa differentia inter ius clarum & ambiguum, cum id aperte decidat *d.l. præses*, & idem in simili probat glos. notab. *in l. contra iuris*, 29. § *fin. in glo. vlt. ff. de pact.* de qua tamen videndus est Alex. *cons.* 22. *nu.* 7. *lib.* 1. & Tiraq. *in l. si vnquam, verb. donatione, n.* 159. *C. de reuoc. dona.* vbi plures citat. Sed exemplum glos. non est omnino tutum, dum loquitur de probationis defectu, vt per Ias. *ibi, ad fi.* Alex. *d. cons.* Dec. *in l. pactum*
46 *curat. n.* 3. *C. de pact.* Aduerto etiam, communem dicendam esse resolutionem Bal. in primo membro, quatenus habet posse patrem transigere retinendo rem, non autē eam dando. Idem enim in aliis administratorib. simulq; in patre vt receptū tradit Iason *in d.l. nulli.* & ita ibi distinguit Barto. ita etiam Ias. *in d.l. fina. n.* 122. *C. de iure emphyt.* & Alciat. *in d.l. præses. n.* 1. Et Anton. Capy. *d. decis.* 93. *n.* 4. Et ita distinguit Panor. *in d. cap. cum tempore, in fin. de arbitr.* Et Ioan. Nico. *in l. generaliter. num.* 142. *C. de secund. nupt.* & in simili plures citat Tiraqu. *de retract. ligna. §.* 1. *glos.* 14. *num.* 62. *& num.* 65. Exemplum autem & praxis est, quando pater conuenitur in aduentitiis, & transigit retinendo rem, aliquid autem dando actori, vt à lite recedat, quod sæpe faciunt prudentes viri ob dubium litis euentum, & alia litium mala. Facit bonus text. *in l. 4. versicul. non tamen, ff. de alienatio. iud. ibi, non est vituperanda cogitatio eius, qui lites execratur.* In quo circa alios administratores acerbe contrarium etiam in hac specie dicebat Panor. *in cap. contingit, de transact.* à quo cauendum est, licet † alij Scriben. id non aduertant. Sed dum Bald. hic (quem sequuntur tot insignes viri *supra* citati) inquit, patrem è contrario non possidentem, sed agentem pro filio, transigendo posse remittere litem, id ego verum non puto, quia licet fundamentum Bald. admittatur, vt taliter remittens nihil donare videatur, ex notatis *in l. si profundo. C. de transact.* id tamen non concludit, quia ius filio inutile maneret, cum semper repelli posset ex transactione, quæ efficaciſſimam exceptionē præstat conuento, iuxta *l. non minorem. C. de transact. & cap.* 1. *de lit. contestat. lib.* 11. & sic per talem transactionē pater adimeret dominium, vel ius, seu dominij, vel iuris exercitium ipsi filio, & consequenter esset alienatio contra hanc l. & contra text. quem *supra* expendimus *in l.* 1. *ff. de offic. procur. Cæsar.* Quod valide confirmari potest ex multis, quæ fere in terminis docte tradit Tiraq. *in d.li. de retrac. lign. §.* 1. *glos.* 14. *n.* 66. *in fin. & num.* 69. *cum seq.* idque in proposito colligo ex Bartol. (ad quem alij non satis aduertunt) *in d. l. nulli. versicul. & hoc est verum, ff de transac.* & ibi Ias. vbi non admittit transactionem, vel remissionē ex ea, nisi res maneat penes Ecclesiam, vel minorem, & similiter penes filium in nostro tractatu, & cum Bartol. Cacialup. *d. q.* 7. *nu.* 8. & Curt. *de feud.* 4. *part. qu.* 7. *nu.* 96. Facit glos. *in d. l. non solū*, 4. *verb. dedisti. ibi, imo idem. C. de præd. minor.* Et ita saluabitur Panor. *in d. cap. contingit, de transact.* & limitabuntur quæ tradit Molyn. *in consuetud. Paris. §.* 22. *num.* 67. Igitur contra Bal. & alios hoc casu puto † nihil referre, an renuncietur liti, vel actioni, seu iuri competenti, licet Bald. sequatur Ias. *in d.l. si profundo, num.* 10. *C. de transact.* in effectu enim paria sunt actione carere, vel eam perpetuo inutilē reddi, arg. *l.* 3. *ff. de fideiusso.* optimus tex. *in l. is cui*, 41 *ff. de action. & oblig. ibi, sic tamen ne exceptione repellantur.* Et ex his confirmabitur, quod in transactione circa bona maioratus notanter tradit Hisp. Ant. Gomet. *l. Tauri* 40. *nu.* 86. cui adde Isern. & Affli. *in cap. si vasallus, num.* 47. *si de feud. fuerit controuers.* Nec ijs oberit tex. *in l.* 3. *versic. item quæri potest, ff. de reb. eor.* qui ad hæc adduci non solet, de quo *alibi* latius ago. In praxi autem si contra transactionem patris filius postea agat, considerandum à Iudice puto, an transactio vtiliter prudenterve facta fuerit, vt ita lis cesset, cum patris arbitrio hæc administratio concedatur in iudicialibus, & extra, dummodo pater vtiliter gerat, vt probat text. *in l. generaliter, versic. negocia. C. de sec. nupt.* Ex prædictis infer- 47
tur ad text. *in l. ait Prætor. ff. de iur. delib.* de quo opponit gl. *hic, verb. vel ignorans.*

opponunt etiam Barto & alij. Hic enim pater actiones exercet, agēdo & defendendo, cum alienare prohibeatur. Ibi autem Vlpian. contrariā reg. tradere videtur, dum inquit: *est enim absurdum ei, cui alienatio interdicitur, permitti actiones exercere*, gloss non soluit. Bart. autem respondet d.l. procedere in eo, qui agit nomine suo, hanc in agente nomine alieno. Et ita Bal. *hic num.* 4. & alij communiter, vt tradit Corn. *n.*4. & ita Bart. *in d.l. ait Prætor.* & idem ibi videtur probare Alber. & aperte Pau. Sed hæc resolutio non videtur concludens, si ad prædicta verba illius l. aduertamus: indistincte enim IC. illationem facit, vt qui alienare nequit, nec actiones exerceat. Nec verum semper est, quod Bartol. & alij in patre præsupponunt ad vitandam difficultatem, dicentes, patrem agere nomine alieno in aduētitiis. Sæpe enim nomine proprio in his agere potest, vt probauimus *in sec. parte huius l.* Vnde ad eam l. aliter respondere tentant Bald. & Cuman. ibi, sed fere in idem recidunt. Aliter etiam variando respondet Albe. *hic, num.*3. concludens, hanc l. loqui de eo, qui non indistincte alienare prohibetur, cum aliquando patri alienatio permittatur ex *l. fin. §. sin autem ex alien. cum seq. inf. tit.* I. & diximus *superius.* Illam autem l. loqui de eo, qui simpliciter & omnino alienare prohibetur. Sed hæc solutio Alb. deterior videtur, cum lex nostra ponat regulam, ne pater alienare possit, quæ attendenda est, nō autē casus specialis *d §. sin autē.* Maxime, cum *in d.l. ait Prætor*, etiam permittatur alienatio ex iustis causis, vt patri permittitur, prout manifeste subdit l. illa *inferius*, ad quam Albe. male aduertit. Aliter ad illam l. respondet Panor. *in c. doceri, col.* 3. *nu.* 6. *de rescript.* cuius secunda solutio corruit: vt superiores, in quas reincidit; ideoque eam non refero. Prima autem solutio Panorm. est, quod lex illa contineat casum specialem in eo, qui petit ius deliberandi ad adeundam, vel repudiandam hæreditatem, & idem scribit Ioan. Imol. *ibi* 2. *col. num.*5. Nec hi patres verentur opprobrium illud glo. vulga. *in l. filium quem habentem, C. fam. ercisc.* Ibidem autem Felyn. *num.*2. tantum refert aliam solutionem Bal. superioribus non dissimilem. Ego autem difficilia puto verba illius l. accepta indistincte, (vt iacent) licet ita indistincte sæpe allegentur, vt constat ex allegatione Tiraq. *lib. de iure marit. gloss.* 5. *n.*207. & ex allegatione glo. 1. *in d.c. edoceri, & in ca. contingit, gloss.* 1. *de transact.* obstat enim argumentum huius l. in patre, & aliorum iurium, in tutore, aliisque administratoribus. Item aduersus verba illius l. videmus è contrario posse quē agere nomine proprio, sed nō alienare, vt *in l.* 3. *C. de his qui ven. ætat. impetr.* Similiter emphyteuta feudatarius, & fructuarius agere possunt, sed nō rem ipsam alienare. Quapropter tutius videtur intelligenda l. illa, vt expræditis verbis non constituatur regula, quia esset iuri contraria, atque ita verba illa, *ei, cui*, non accipiantur generaliter, sed restricte, quod fieri potest sine impropriatione, vt dicamus *ei*, de quo scilicet ibi agitur, & ita accipiatur verbum sequens, *cui*: ratioque illius decisionis non videtur constituere specialitatem, vel exceptionem ab aliqua regula: imo cum iuris scientia sæpius versetur circa particularia & indiuidua, iuridicum fuit in casu illo deliberantis circa hæreditatem, negare ei facultatem agendi & alienādi. Quodāmodo enim videretur repugnās, nō adire hæreditatē, exercere actiones hæreditarias cōtra *l. pro hærede, & l. gerit. ff. de acquir. hæred.* Et sic verificatur quod ad illam l. alias dixit Bald. *in Authent. hoc ius, col. fin. num.* 10. *in fin. C. de sacros. eccles.* vbi inquit, quod in casu illius l. eadem est ratio prohibendi vtrumque. patet igitur ex d.l. non esse sumendam regulam, ad quam frequenter male citatur, vt melius sentit Spec. *de actor. num.*79. *ad fin. versic. quid de clericis*, quem sequitur quidam *ad Bart. in l. fin. §. vbi autem, ad fin. infr. tit. seq.* Necessaria fuit proxima 48
inuestigatio circa intellectū *d.l. ait Prætor.* solet enim adduci à Dd. magni nominis, ad decisionem causarum inter nobiles, in negocijs maximi momenti. Doctiss. enim Philip. Deci. *consi* 445. *n.*29. in causa ardua, ex illo tex. arguit, eumq; summe expedit, vt in feudis & bonis similibus restitutioni subiectis (vt sunt apud Hispanos bona maioratus) sententia lata contra aliquem non noceat successori descendenti, vel alij, cui successio erat deferenda post mortem succumbentis; eamque dicit bis communem opinionem Dec. ibi, præcipuumque eius fundamentum est ex d. l. quā inducit ex

verbis

verbis *supra* examinatis, vt scilicet qui non potest alienare, non possit actiones exercere. Certum autem est talia bona vinculata regulariter alienare nō posse. Et eodem argumento in eadem re vtitur Soc. Nep. probans opinionem Dec. eamque communem asserēs *cons.*131. *nu.* 83. *lib.*2. & cum Dec. Aymon. *cons.* 197. *n.* 7. Deciumque sequitur idem Aymon, ex eodem fundamento *cons.* 60. *num.* 1. Tiraq. *de iure marit. glo.* 5. *nu.* 207. eumque referendo sequi videtur Cagnol. *in l. res iudicata, n.* 5 *ff. de reg. iur.* Eandem opinionem videntur probare Feudistæ, Isern. Aluar. & latius Matth. de Afflict. *in ca.* 1. *§. si vasallus, antepen. si de feud. content. sit inter domin. & agna.* idemq; est de mente Bald. ibi, quem ibidem sequitur Præpos. dum volunt sententiam in his causis non nocere alij, nisi scienti & patiēti, secundum materiam *l. sæpe, ff. de re iudica.* Et eandem opinionem referens Isern. videtur probare Felin. *in cap. fin. num.* 5. *de maior. & obed.* & Ant. Capy. *decis.* 20. *num.* 23. & magis probare videtur Curt. *de feud.* 7. *part. qu.* 11. *num.* 29 & Zas *de feud. alien. num.* 21. Pro hac sententia adducitur autoritas Bar. *in l. filiusfamil. §. Diui. num.* 9 *ff. de legat.* 1. *in* 1. *quæst. ibi, forsan non præiudicaret talis sententia, nisi ille fuisset citatus.* Alia fundamenta fragilia sunt ex illo vulgari, ne sententia inter alios noceat, vel prosit. Sed contraria opinio verior & receptior est, vt scilicet sententia lata contra aliquem in bonis feudalibus, & maioratus, noceat descendenti, vel alij, qui post succumbentem successurus esset, vt colligitur ex Old. *consil.* 94. *num.* 19. cuius sententiam, vt receptam in iure primogenituræ, probat Tiraq. *in tract. de primogen. q.* 35. *num.* 17. & Mart. Laud. ibi relatus, & Alber. *in l. pen. col.* 4. *C. de donatio. int. vir. & vx. ibi, primogenito obstare debet, etiamsi hæres non sit. & ibi, sententia contra prædecessores lata.* Et ita Boer. *decis.* 255. *col. pen. in fin.* vbi aliquos refert, & ita Iacob. à S. Georg. *de feudis, verbo, & dicti vasalli. num.* 23. & in terminis Hisp. Ant. Gome. *l.* 40. *Tauri. num.* 73. citans plures, immemor tamen Dec. & aliorum, quos in contrarium hic citamus, & hoc sequi videtur Hisp. Xuar. *alleg.* 27. *post princ. ibi, sed quod in bonis subiectis restitutioni.* & alibi consilium illud Oldra. sequi videtur Dec. *in l. pactum dotali. nu.* 17. *versi. in contrarium. C. de collat.* Eademque opinio satis colligitur ex Bar. *in l. in diem, nu.* 1. *versic. quæro, ff. de aqua pluuarcend.* & ibi Paul. de Castr. *nu.* 2. & cum plures ex *supra* citatis pro & contra, fateantur resolutionem huius puncti pendere à qu. Bar. *in d. §. Diui.* (quæ vere eandem opinionem habet) crebrius in eodem §. contra Bar. tenent reliqui ibi, inter quos Ang. Ioan. Imol. & Alex. *num.* 9. idem Alex. *in d. l. sæpe, col.* 41. *nu.* 109. *& seq.* Et hoc contra Bart. ibi receptum dicit Ias. *in d. §. Diui.* 1. *lect. num.* 47. *cum eod.* Bart. *in d. l. in diem,* idem Ias. *in* 2. *lectu. num.* 91. adducens Cuma & alios, ita Rip. *ibi nu.* 50. dicens hanc opinionem communem, quod etiam ibi asserit Ferdi. Loaz. *num.* 126. & ibi Crot. *num.* 38. & ita Alex. *consil.* 123. *num.* 3. *lib.* 1. Felin. *in cap. quamuis, col. fin. in princ. de re iud.* vbi reprobat opinionem Isern. Pro hac sententia facit quod in iure habetur, sententiam latam contra Rectorem, vel Prælatum nocere successori, vt tradit Panor. *consi.* 62. *lib.* 1. quem sequitur Aymon *consil.* 10. *num.* 8. Sed pro hac parte, omissis alijs, stringunt verba tex. *in l.* 1. *§. denunciari, ff. de ventre inspi.* dum habet IC. *denunciari autem oportet iis, quos proxima spes successionis contingit, & ibi, hæredi instituto, non etiam substituto, & ibi, qui primum locum tenent,* quem tex. recte citat Bar. *in d. l. in diem,* & alij *supra* citati, eumque multis ornat Iason *in d. §. Diui.* 1. *lectu. ex num.* 47. idem Iason *in d. l. dictantibus, nu.* 2. *C. de testamen.* Alex. *cons.* 156. *lib.* 2. Dec. *consi.* 342. *colum. fin.* Anto. Capy *decis.* 107. Et si mature attenderis, comperies Iserniam & alios pro prima opinione adductos, non satisfacere argumentationi, & fundamento d. §. In quo IC. aperte significat satis esse iudiciū tractari cum primo possidente, seu cum eo, cui prima successio defertur. Pro hac vera & recepta sententia magis vrget tex. à Bart. non citatus, ab Alex. tamen, & alijs vbi *sup.* adductus, *in l. ex contractu* 44 *ff. de re iudic.* quem ibi extollunt Ias. & alij. Idem Ias. *in l. decem, num.* 38. *&* 40 *ff. de verb. oblig.* & Alexan. *in d. consi.* 123. *n.* 3. *lib.* 1. extollit Hisp. Xuar. *d. alleg.* 27. *& in l. post rem iudicatam, fol* 123. *col.* 3. Ias *in d. §. Diui.* 2. *lect. num.* 92. In quo tex. patet, sententiam latam contra institutum nocere substituto: & sic ab idēntitate rationis probat tex. sententiam latam contra eum qui priorem locū habet, nocere ei, cui post illum ius defertur. 49

Nec

Nec Deci. nec alij prius allegati huic l. satisfaciunt. De qua ad aliud agit Stella *in repet. §. Augerius. l. qui Romæ, num.* 101. Nec sustineri potest responsio Decij *d. consil.* 445. *num.* 30 (quam etiam tentabant alij, vt tradit Alex. *in d. §. Diui*) dum inquit, intelligendum esse in ea l. citatum fuisse substitutum, quod est diuinare, & cauillari, cum IC. ibi tatum referat iudicium agitatum fuisse cum instituto, & ita gloss Barto. & omnes ibi colligentes, etiam ex tali sententia dari ius executiuum, contra substitutum, vel successorem, nec illius l. meminit Felin. *in d. cap. pen. col. fin. in princ. de re iudi.* quod colligitur ex Barto *in l. cum filius*, & ibi notat Paul. *in fin. ff. de verbor. obliga. & ex d. l. ex contractu.* in terminis confirmatur resolutio Alex. (eam non citantis) *in l. si patroni, §. fin. num.* 2. *ff. ad Treb.* & ibi Paul. *num.* 5. His autem fundamentis, vt vides, nullatenus satisfaciunt, tenentes priorem opinionem: quæ autem ipsi adducunt, nihil vrgent. Illud enim vulgare (res inter alios) non recte hic applicatur, quia necessario & consequenter agitatum iudicium censetur cum successore, si solenniter actum fuit cum antecessore, secundum iura *supra* adducta, & quæ copiose congerit Ias. *in d. locis*, & Hippo. *in nota* 259. & Niconit. *in cap. quoniam contra, fol.* 96. & in simili tradit Matth. Afflict. *decisio.* 396 *num.* 4. *& num.* 7. Nec valet, quod respondent aliqui ex tenentibus priorem minus veram opinionem, dum fatentur valere iudicium agitatum cum instituto; vel habente priorem locum, non citatis substitutis, vel alijs, quibus postea successio defertur, sed tamen his non nocere sententiam, vel iudicium, cum citati non fuerint. Quod videtur probare Felin. *in d. cap. fin. de maio. & obed. num.* 5 & in proposito Curt. *de feud.* & Soc. Nep. vbi *sup.* post Dec. *in d. cons.* Id enim ridiculum est, cum nemo dubitare possit, an sententia & iudiciũ noceret ei, cum quo actum est, & tandem hæc cauillatio manifeste confutatur *ex d. l. ex contractu*, & doctrina *d. §. denunciari*, quæ iura inductione non egent, cum nihil aliud dicant. Vnde cauendum est à Bald. *alibi*, quem sequitur Paul. *in l. si patroni, § fin. in fin. ff. ad Treb.* quod melius aduertit Ias. *in d. §. Diui 2. lectu. num.* 93. Minusque obstat illud argumentum Dec. & Socin. *ex d. l. ait Prætor*, à qua hæc omnia manarunt: quo argum. etiam vtitur Matth. *in d. cap. si vasallus, num.* 27 *versic. tertio.* Fallitur enim Deci. cum alijs ex sono & cortice verborum dict. l. quia iam *supra* ostendimus falsum esse dicere, quod qui non potest alienare, nequeat iudicium subire, vt ex multis in iure manifestum est. Et fundamentum à prohibita alienatione (quo vtuntur Dec. & sequaces) contra eos retorquetur. Notum enim est in iure prohibita alienatione non interdici alienationem ex sententia, & re iudicata, iuxta vulg. *l. 1. ff. de fund. dot.* Et hic melius, quam alibi congruit, quod Scrib. omnes tradunt de alienatione ex causa necessaria, ne prohibita censeatur, quamuis alienatio generaliter prohibeatur: & hoc satis probatur ex IC. *in l. 3. versic. hæ enim, & §. item quari potest. & versicul. idemque. ff. de rebus eor. ibi, ex Magistratuum autoritate, & ibi, non sponte tutorum, & melius ibi, valebit alienatio propter rei iudicatæ autoritatem.* Ex quibus resultat declaratio ad *d. l. ait Prætor.* Declaratur etiam *d. l. ex contract. ad d. §. denunciari.* limitaturque reg. *l. de vnoquoque, ff. de rei iud.* limitatur etiam regu. illa: *Res inter alios acta.* Resultat iuridica differentia inter alienationem voluntariam, & necessariam, ex sententia scilicet; quæ fertur in inuitum. Tunc enim succumbens non dicitur alienare, & sic incaute argumentabatur insignis Dec. *in d. cons.* Est enim in proposito constituenda differentia inter actum voluntarium, & necessarium iudicij. Primus enim non nocet successori, & ita procedunt adducta à Dec. Secundus autem ex iudicio & re iudicata successori nocet, vt eleganter docet Bart. *in d. l. in diem, num.* 1. *ff. de aqua plu. arcen.* & Pau. ibi sub *l. in concedendo, num.* 2. idem Pau. *in l. facta, §. si hæres, num.* 4. *ff. ad Treb.* & Socin. *in l. Gallus, §. & quid si tantum, col. fin.* facit *l. si dictum, 56. §. si compromisero, ff. de euict. ibi, nulla necessitate cogente.* colligitur ex alijs citatis à Felin. *in cap. pen. nu.* 13 *versic. vbi sententia. de re iudic.* Videtur igitur decisionem & distinctionem vtilissimæ quæstionis sæpe contingentis non in paruis negocijs, sed in maximis, & inter nobiles, vt scilicet alienatio ex conuentione, vel alius actus voluntarius non noceat successori in rebus maioratus, vel aliter restitutioni subiectis, noceat autem res iudicata, in qua cessat culpa & volun-

voluntas succumbentis. De præscriptione autem, an noceat successori in his bonis, agemus, Deo duce, *in Auth. nisi tricennale, infr. eod.* Et tandem in sententia pro hac parte contra Dec. & alios stat fortissima ratio publicæ vtilitatis: numquam enim daretur quies, nec litium finis, si post sententiam solenniter latam in maioratu vel feudo, admitteretur filius vel consanguineus, qui succedere nō poterat, nisi post eum, in quem sententia lata est. In infinitum enim id allegare possent omnes successores cōtra doctrinam tex. *in l. singulis, 6. ff. de except. rei iudicat. ibi, vnum iudicati finem sufficere, ne aliter modus litium multiplicatus inexplicabilem faciat difficultatem.* Ex quibus etiam & ex ratione proxime adducta, infertur, quod sententia solenniter lata in his terminis nocebit consanguineis vel successoribus ignorantibus: obstabit etiam postea natis, cum ius faciat quo ad omnes contra Isern. & alios, maxime Afflic. *in d. cap. si vasallus, num. 29.* Infertur etiam quod in his terminis nō erit necesse citare alios generaliter per proclama. contra Crot. *in d. §. Diui. num. 39. versic. limitatur.* & Loaz. *num. 128.* quicquid sit in aliis articulis, vt ex Io. Imol. notat docte Alex. *in d. l. sæpe, num. 82.* idque patet, attento quod sententia tunc obstat postea natis. Ex prædictis etiam infertur, cauendum esse à sal. consulente, quem male sequitur Soci. Nep. *d. consi. 181. num. 89. & seq.* qui scribunt sententiam non nocere substituto non citato: contra iura clara *in d. §. denunciari, & d. l. ex contract.* Infertur etiam ad q renunciationis primogenituræ, de qua omnino vide Tiraq. *de primog. qu. 29.* quod renunciatio primogeniti, cum sit voluntaria, licet nocere possit ipse renuncianti, non tamen noceat eius successoribus, in feudo vel maioratu à maioribus proueniēte, siue renunciatio fiat viuente & consentiente patre vel auo: quicquid contra sonent verba las. alios referentis *in l. pactum dotal. num. 4. ad fin. C. de collat.* magisque cauendum à Dec. *ibi num. 17.* contra quos stant iura & rationes, de quibus *supra* in alienatione voluntaria: stat etiam decisio & ratio tex. *in cap. 1. de alien. paterni feud.* ne in feudo aliquo possessor noceat successoribus, notat Curt. *de feud. 4. part. qu. 7. & qu. 9.* Gozad. *cons. 65.* Dec. *consi 193. num. 4. & cons. 263. num. 3. & cons. 269 num 5.* Iason *cons. 64. libr. 3.* Alex. *cons. 15. nu. 8. lib. 5.* vbi id eleganter ampliat, & *cons 106. libr. 4.* & in simili Iason *in l. 2. ex nu 208. C. de iur. emphyt.* vbi in fortioribus terminis id late tractat in emphyteusi. & notanter Alexand. vbi Molyn. *cons. 8. num. 15. libr. 3.* Bolog. *cons. 48.* & late Tiraquel. *de retract. ligna. §. 11. gloss. 6. nu. 23.* contra eos etiam stat ratio iuris, quod tunc descendens vel successor non capit ius maioratus vel feudi à renunciante, sed à primo instituente vel concedente, iuxta *l. cohæredi. §. cum filiæ, ff. de vulg.* vbi Iason. *num. 7.* bonus text. *in cap. 1. de feud.* March. *ibi, per inuestituram patris & aui,* ideoque in his bonis grauari non potest ab antecessore, etiam habente potestatem eligendi, iuxta tex. notabil. *in l vnum ex familia, §. 1. ff. de legat. 2.* facit ratio tex. *in l. si arrogator, ff. de adopt. ibi, non iudicio eius, sed principali prouidentia,* & quæ notat Molyn. *in consue. Paris. §. 22. num. 82.* facit magis tota *l. 3. ff. de interd. & releg.* quam iudicio meo non vere, nec recte notabat Oldr. *d. cons. 94. nu. 20.* licet eum sequantur plures, per Tiraqu. *de primogen. qu. 35.* Retenta autem hac 50
sententia, quam veriorem & receptiorem dicimus, eam vtiliter aliquot modis limitamus. Et primo vt procedat, quando is, contra quem sententia lata est, erat tunc primus & principalis, ad quem spectare posset successio, quam sequentes postea prætendunt. Et eodem modo debet esse persona, cuius maxime interesset obtinere, vt est de mente Bart. & omnium *in d. l. in diem, & in d. §. Diui.* & in omnibus locis *supra* adductis, text. cum glo. *in l. cum non iusto. ff. de collus. detег.* tunc enim stat iuris præsumptio, quod ille ob interesse proprium, fideliter & attente litigabit, vt notat Socin. *in l. Gallus, §. & quid si tantum, col. fin. versicu. considera.* secus igitur si alius esset æqualis in gradu & iure litigandi, secundum Bald. *in l. 2. nu. 6. C. quibus res iud. non noc. ibi, non cum ipso fonte generationis,* & plures citat Tiraq. *de nobilit. ca. 37 n. 7.* Alexand. *in d. l. sæpe, n. 57. ibi, ius æque principale.* Limito 2. vt hæc conclusio non procedat, quando sententia lata esset contra aliquē ex renunciatione, quā fecit. Tūc enim ea sententia non magis obstabit successoribus in feudo, vel maioratu antiquo, quā obstaret ipsa renunciatio, in qua iudicatum fundatur, iuxta reg. vulgarem causę limitatæ

tatæ effectum limitatum producentis. Pro quo facit text.notabil. *in l.1. §.si quis sub condit.ff. vt lega seu fideicom nom.cau. ibi, eosdem causas & conditiones ineſſe*, de quo tex. *alibi* plura ſcribimus: idque probatur ex cauſa talis ſententiæ fundatæ in renunciatione, non in alio iure litigantis. Vnde non parit exceptionem rei iudicatæ cõtra agentem ex diuerſa cauſa, iuxta *l.cum quæritur 12. & ſequen. ff. de except.rei iudic.* Et in his terminis ſuſtinetur, quod conſuluit Card. Pariſ. *conſ.5. num.37.lib.1* & probatur ex verbis Bald. *in l.2.num 5.C.quib.res iud.non noc ibi, talis ſit natura cauſæ, vt omnibus præiudicet*, & ita eleganter amplia. quod ibi notat Bald. *num.8.ibi, renunciatio*. Limito 3. vt quamuis ſententia tunc obſtet ſucceſſoribus, aliisve conſanguineis, non tamen eis adimatur facultas appellandi. Receptum enim eſt, vt tunc appellare poſſint, & in cauſa appellationis ius ſuum proſequi, vt tradit Alexand. *in d.§.Diui.num.9.ad fin.* & ibidem Cro. *num.39. verſicu.2.* & Rip. *num.62.* & Loaz. *num.128.* & alij quos allegat Felin. *in cap.eum ſuper, num.11.de re iud.* qui alios citant. Sed hæc eorum declaratio non ſatis ab eis explicatur: melius igitur ex mente Alex. *in d. l. ſæpe, num.83.verſic.9.* dicas, quod cum Scrib. appellationem admittant, neceſſario ſignificant non fuiſſe latam ſententiam in maiori tribunali: alias enim non eſſet tractandum de appellatione, & conſequenter hæc declaratio applicatur tantum, quando ſuccumbens non proſecutus fuit cauſam vſque ad maius tribunal, in quibus terminis hæc recepta declaratio, vera & neceſſaria videtur, nec ſucceſſoribus &aliis citatis, noceat quælibet ſententia inferioris, ſed tantum ea, in qua ſuccumbens nihil omiſit, vt in ſimili colligi poteſt ex tex. *l. euictus 35.ff. de euictio. ibi, cum ſpes habendi abſciſſa eſt.* Sic videmus in emptore, qui appellare debet, & appellationem proſequi, vt de euictione agere poſſit. Nec enim prima ſententia noceret venditori: ſed hoc non indiſtincte, vt not. gloſſ. Bar. Alb. Fulg. *in l.Herennius, 63.ff. de euictio.* & ita inquit Matt. Affli. *in ca.1.§.rurſus, n.15. quibus mod.feud.amit.* & melius reſoluit Hiſi. Ant. Gom. *in lib.de contract.c.2.chart.20. col.1.& ſeq.* & hanc ſententiam apud Luſitanos probat *Ordin.li.3.tit.30.§.5.ibi, eda apelacaon a qual ſera obrigado proſeguir.* quæ lex regni videtur hoc indiſtincte probare, cum gloſſ. & Dd. vbi *ſupra* varie diſtinguant. Limitatur 4. prædicta concluſio, niſi ſucceſſor velit probare ſententiam, quæ ſibi obijcitur, latam fuiſſe ob culpam, dolum, vel negligentiam eius, contra quem lata eſt, vt tradunt omnes *in d.§. Diui*, numeris & locis *ſupra* citatis. Socin. *in d.§. & quid ſi tantum, col fina.* Molyn. *in conſuetu. Pariſ. §.22. num.14.* probatur ex doctrina *l.ſi perluſorio, & l à ſententia.* vbi Barto & Imol. *ff. de appella.* & in terminis probatur *in d.l. ex contract. ff. de re iudi. ibi, niſi culpa tutoris.* notant glo. & Dd. alibi, vt tradit Tiraqu. *d cap.37. de nobil. num 1.* vbi tamen non loquitur de negligẽtia. Limitatur 5. in pulchro caſu, de quo conſuluit Sigiſ. Neap. *in volu. conſ. feud.conſ.10.nu.7.* vbi notabiliter reſpondet, quod ſi vnus poſſideret, aliuſq; eum conueniret, petens, vt declaretur, mortuo conuento, ad ipſum agentem pertinere feudum, vel maioratum, & ita pronuncietur: tunc ea ſententia non obſtabit liberis, vel ſucceſſoribus eius, contra quem lata eſt. Ratioque eſt, quia agens non prætendebat excludere conuẽtum videntem, ideo non cenſetur tam principale eius intereſſe, & mihi placet hæc opinio, quamuis videretur dicendum, quod pater conuentus ita vigilabit pro liberis futuris ſucceſſoribus, ſicut pro ſe ipſo, arg. *l.nihil, ff. de bon.lib, ibi, omnia liberis noſtris ex voto paremus.* Sed hæc opinio nititur æquitate, & fouetur ex iuris reg. vtque veritas magis elucidetur, argu. *l.1.* & ibi Pau. & Iaſ. *ff. ſi quis cau.* iuuatur etiam ex *ſupr.* traditis, quia tunc conuentus non videtur principalis contradictor, attento præiudicio, cum ei viuenti nihil veniat auferendum: & tandem non videtur fraude carere iudicium illud agitatum principaliter contra futuros ſucceſſores, eis non ſpectatis, contra reg. *l.non quemadm. ff. de iudic.* nec videretur de iure admittenda talis petitio, ſecundum ea, quæ *infra* trademus. Limito 6. vtiliter, quando ſententia ex aliquo defectu poſſet oſtendi nulla, quia tunc ſemper videtur admittendus ſucceſſor ſuccumbentis, cum talis ſententia ob nullitatem careat nomine rei iudicatæ, *l.4.§.condemn. ff. de re iud. l.1. ad fin. ff. quod quiſque iur.* gloſ. *ſi pater, C. ne de ſtatu defun. l.1. & ſeq. C. quando prouo. non eſt neceſſ.* Sed dicet aliquis, quod data tali nullitate, idem

erit

erit in principali, contra quem sententia lata fuit per illa iura, & receptas sententias. ego autē pro vtilitate huius limitationis considero, quod si post sententiā quantumcunque nullam transierint 30. anni, non audietur condemnatus obijciens nullitatem, tanto enim tempore præscribitur ius obijciendi nullitatem, saltem agendo, vt tradit Matth. Afflict. *decis.* 278 *num.* 5. & ex multis probat Tiraq. *de retract. ligr.* § 36. *glos.* 2. *num.* 37. ea tamen præscriptio non nocebit liberis vel successoribus succumbentis, quia tunc non datur vigor rei iudicatæ ex sententia, sed ex præscriptione, quę non ita nocet successoribus, secundum communem opinionem, vt tradimus *in Authen. seq* & militat ratio negligentiæ, de qua *supr.* videturque aliqualiter tunc alienatio voluntaria ex *l. alienationis verbum*, *ff. de verb. signif.* facit doctrina Bald. *in d. l.* 2. *C. quibus res iud.* de qua diximus *sup. in sec. limit.* Septima limitatio colligitur ex superioribus, & ex Scribentibus in locis *supra* allegatis, vt conclusio hæc non procedat, quando sentētia lata fuit ex probatione non perfecta: omnes enim exigunt in proposito, vt nihil omittatur in causa, nec succumbēs aliquid voluntarie concesserit victori, vt per Bald *in d. l.* 2. *C. quibus res iud. non noc.* Alexand. *in d. l. sæpe. nu.* 78. *cum præceden. & sequen.* Felin. *in d. cap. penult. nu.* 14. *versicul. vbi sententia.* Vnde videtur dicendum, quod sententia lata ex iuramento victoris non nocet successoribus succumbentis: & hoc in simili probant Innocent. Anton. Panorm. quos citat Felin. vbi *supr.* videturque verior opinio, etiamsi iuramentum sit litis decisiuum, contra Alexand. *in d. l. sæpe*, *n.* 131. quem videtur sequi Felin. *in dict. cap. penult. num.* 14. In quo notabili articulo miror eos non allegasse gloss. *in l. ingenuum*, *ff. de stat. hom.* dum ampliat text. ibi, *de sententia & re iudicata ad iuramentum*, & sic vult, quod ea l. (quæ communiter intelligitur, vt sententia super statu personæ faciat ius quo ad omnes) procedat etiam vbi causa iuramento partis deciditur, & ita cum gloss. transeunt Bart. Bald. Angel. ibi, eamque expressim videtur probare Alberic ibi, *n.* 4. & eam ad hoc extollit Angel. Aret. *in §. præiudiciales*, *num.* 9. & ibi Iaſ. *nu.* 31. *Institut. de actio.* sed de illa gloss. dubitat Fulg. ibi, qui tandem eam sequitur. Ego † veriorem puto regulariter opinionem Innoc. Panormit. contra Alexan. Felin. vt sic sententia lata ex iuramento non noceat successoribus succumbentis in feudo, vel maioratu, aliisve bonis familiæ relictis: tunc enim non potest dici probatio perfecta, vt *supra*. Quod confirmo magis, quia si iuramētum erat necessarium in supplementum probationis, receptum est, vt talis probatio dicatur priuilegiata, & ideo sententia retractari possit ex nouis documentis, etiam ad petitionem succumbentis, secundum communem intellectum ad *l. admonendi*, *in* 1. *parte*, *ff. de iureiur.* nec tale iuramentum causis grauibus applicari potest, secundum communem doctrinam, vt per Scriben. *in l.* 2. *C. de reb. cred.* & late Iaſon *in repet. l. admonendi. ex num.* 271. *& nu.* 294. si autem iuramentum delatum fuit voluntarie, non potest nocere aliis, non habentibus causam à deferente, secundum *supra* tradita. Quod si delatum fuit non omnino voluntarie, sed quia aduersarius illud deferebat, iuxta *l. manifestæ. ff. de iureiur.* adhuc militat ratio, ne sententia lata ex tali iuramento aliis noceat: licet enim Felin. *in d. c. pen. num.* 14. *de re iud.* dicat tunc iuramentum non esse voluntarium, sed necessarium, tamen est aduertendum, quod tunc necessitas non est præcisa: potuit enim iurare is, qui aliis iuramentum detulit: ac proinde deferendo illud, videtur voluntarie facere. Iuuatur hæc sententia, quia communiter traditur, probationem vere legitimam non dici ex iuramento, gloss. celebris *in l. cum de indebito*, *verb. legitim. ff. de proba.* quam extollunt Scrib. vt per Corſ. in notab. *verb. mandatum. fol.* 168. & Iaſ. *in* §. *quadrupli*, *num.* 4. *Instit. de action.* Felin. *in Rub. de proba. col.* 3. & in praxi commendat Alexand. *cons.* 119. *numer.* 9. *lib.* 2. Nec fert ratio, vt quis proprio iuramento obtineat, non solum contra eum, cum quo tunc litigabat, sed etiam contra alios, nec tunc merita causæ applicātur contra alios: nec est tuta argumentatio à sententia ad iuramentum, vt per gl. & Dd. *in l.* 2. *ff. de iureiuran.* quę differentia maxime iuuatur ex text. ad ad hoc notab. *in l. si iurauero*, *ff. de iure patron.* Iuuatur satis ex aliis in simili quæ tradit Iaſ. *in l. si quando*, *n.* 38. *C. vnde vi.* vbi cum Bar. & multis resoluit, probationē

ex iuramento (etiam permittente statuto) non nocere tertio seu alij, præterquam ei, contra quem iuratum est. Facit tex & ibi not. Bar. *in l. 1. ff. quando ex fac. tuto.* tradit Matth. Affli. *lib. 1. constit. Neap. Rub. 24. nu. 35.* & in simili multa tradit Hisp. Xuar. *in l. post rem iudicatam, fol. 128.* secundum priorem editionem Concludo igitur, vt tunc sententia faciat ius quo ad alios, quando lata fuit ex legitima probatione omnino necessaria, non quãdo ex iuramento partis obtinentis, maxime in iis, de quibus agimus circa feudum vel maioratũ, similesve causas graues, in quibus cautius est agẽdum. Ex quibus infertur *d. l. ingentiũ*, non ita procedere in causa decisa iuramento victoris, contra gloss. & Dd. vbi *supra.* Quod confirmatur ex traditis à Bald. *d. l. 2. nu. 5. C. quibus res iudi. non noc.* Alex. *in l. sæpe, num. 76* Felin. *in d. cap. pen. num. 9 & in fin. 17. de re iudic* Lec. *consil. 342. col. fin. Præpos. in c. causam. 2. qui filij sint legitim* dum scribunt requisita vt sententia alij noceat, & melius per Tiraq. *de nobil. d. c. 37. ex nu. 2.* Octaua limitatio colligitur ex prioribus, vt quamuis sententia & res iudicata noceat successoribus in bonis feudalibus vel maioratus, non ita noceat transactio, ex sententia eorum, quos probaui *supra, hac parte, n. 46. versic. igitur.* Quibus addo in terminis Paul. post Innocent. *in cap. auditis, n. 21. de præscri.* faciunt quæ *superius* tradidimus de transactione & cõpromisso non admittendis in iis, in quibus alienatio prohibetur: quod etiã tradit Card. Paris. *cons. 85. n. 12. lib. 3.* & sic est differentia inter rem iudicatam & transactionem. Ex quo eleganter limitatur æquiparatio, quam de his facit text. *in l. non minorem, C. de transact. & cap. 1. de litis conteſt. in 6.* Quam differentiam confirmo autoritate Alb. & Cuman. *in l. 3. §. item quæri, ff. de reb. eor. in fin. super gl. ibi, opponente de l. cumij. ff. de transact.* Sed hoc de transactione sublimitãdum puto, nisi transactio à Rege, vel supremo prouinciæ domino cõfirmaretur (vt sæpe vidimus in similibus causis arduis inter magnates prudenter transigentes.) quod iuuatur fauore pacis, & publicæ vtilitatis, vt in simili dixit Angel. quem sequitur Ias. *in l. contra iuris, §. fi. num. 7. versic. sexto, ff. de pact.* iuuaturque magis autoritate regia confirmante transactionem, vt in simili tradit Paris. *cons. 16. n. 35. & seq. lib. 1.* facit text. *in cap. 1. in fin. de transact. ibi, vires plenissimæ notionis ex nostra autoritate suscipiat.* & ibi gl. & Dd. notant, & Matthæ. Afflict. *in cap. 1. nu. 110. quæ sint regal.* vbi multa ad hoc conducentia cumulat, & Chass. *in Catal. glor. 5. part 24. consider. à n. 1. vsque ad n. 208* quod etiam satis iuuatur ex IC. *in l. adoptio, 38 ff. de adopt.* Iuuatur etiam *ex l 2. ibi, imperiali ben ficto, ff. de rebus eor.* Nona limitatio inferri videtur ex superioribus, maxime ex duabus proximis, vt non procedat conclusio superius firmata, quando sententia lata est ex confessione succumbentis: licet enim ea dicatur optima probatio contra confitentem, non tamen nocere debet aliis, in quorum fraudem fieri possit, arg. *l. qui testamentum, 27. in fin. ff. de probat.* & ibi Barto. facit etiam *l. cum quis decedens, §. codicillis, & §. fin.* & vtrobique Bart. *ff. de legat. 3.* Conducunt etiam quæ notat Ias. *in l. si quando, num. 38. C. vnde vi.* Sed magis in terminis hoc comprobatur ex doctrina Bald. *in c. fin. col. 2. num. 7. de confes. ibi, ex confessione surgeret alienatio proprietatis.* vbi sentit ineffícacem esse confessionem eius, qui alienare prohibetur. quod maxime intelligi debet, vbi talis prohibitio est in fauorem alterius, vt plene & vtiliter tradit Tiraq. (quem sæpius allegare non piget) *in lib. de iure marit. gloss 5. q. 10. numer. 114. & 116. & 118.* Ita tandem resoluo grauem illam, vtilemque q. vt sententia in feudo, & maioratu solenniter lata obstet successoribus regulariter, maxime liberis ipsius succumbentis, exceptis casibus *superius* notatis. & ita iudicatum vidimus coram sereniſſimo Rege nostro, cuius æquitate & prudentia incõparabili, maior huic sententiæ autoritas accedit. Aliter etiã limitanda videtur reg. huius l. dum patri interdicit alienationem aduentitiorũ, vt non procedat quando filius haberet rem, quam is, vel pater ei emisset cum pacto reuendendi. Tunc enim secure dicẽdum videtur, posse patrem rẽtradere primo venditori, vigore pacti, cum ea alienatio nõ nouã, nec voluntariã causam habeat, sed veterẽ & necessariam, arg. eorum quæ diximus *supra n. 24. & seq. ex l. 3. §. item quæri. & l. magis puto, §. si pupillus, ff. de rebus eor. l. fistulas, §. fundum, ff. de contrab. empt.* facit tex. *in l. voluntate, in fin. ff. quib. mod. pig. vel hypot. sol. ibi, in pristinã causam res redit soluta vẽditio-*

ditione, de quo tex. vtiliter agit Iaſ. *conſ.* 128. *lib.* 4. & in ſpecie ibi eum expendit *num.* 4. *col.* 3. Probatur hæc noſtra declaratio ex verbis Aret. *in l. ſi ita quis*, §. *ea lege*, *ff. de verb. oblig. col.* 2. *in fin.* vbi inquit quod contrahens ex neceſſitate præcedentis obligationis non dicitur proprie contrahere, ſed magis fidem abſoluere, & obligationem implere, per tex. *in l. ſi tibi pecuniam*, 20. *ff. ſi cert. pet. ibi*, *ex ſoluendi cauſa magis*, *quam alterius obligandi.* ad idem ſatis in ſimili facit quod notat Soc. *conſ.* 48. *n* 4. *lib.* 1. cuius ſententiam referendo probat Dec. *in d. l. ſi tibi pecuniam num.* 2. *in fin* Idem Dec. *in l. ſi. n.* 5. *C. de pact.* de quo inferius. Ad idē conducunt multa, quæ vtiliter cūmulat Tiraq *lib. de iure marit. gl.* 8. *q.* 23. *n.* 184. *vſque ad n.* 204. Ad idem facit quod de neceſſitate ex iuſſu teſtatoris, vel alterius obligationis, ad remittendam iuris ſolennitatem, tradit Alex. *conſ.* 27. *lib.* 3. *& conſ* 62. *lib.* 2. *& conſ* 215. *lib.* 6. & quæ in ſimili tradit vtiliter Crot. *in l. filius fam.* §. *Diui. ex n.* 74. *ff. de leg.* 1. Quæ iura & Scridicta, ſi recte attendas, tutius procedunt in patre legitimo adminiſtratore, in quo ſufficit cauſa ſine decreto Iudicis, vt *ſuperius* tradidimus. Et ita in patre ceſſabunt aliqua, quæ ex ſcriptis Dd. in aliis adminiſtratoribus obiici poſſent. Ad patrem enim legitimum adminiſtratorem trahenda non ſunt, cum lex multo plus ei tribuat, vt probauimus *ſupr. in* 2. *part.* Ceſſabunt etiam alia quæ obiici poſſent, ſi intelligas hanc declarationem (vt eā ſcribimus) quando tale pactū apponitur in principio contractus. Tunc enim obligatio eſt magis neceſſaria idq; vrgentiſſime probatur ex multis; quæ vtiliter congerit Tiraq. videndus *in lib. de retract. conuent. in fin. n.* 1. *cum multis ſeq.*

52 Ex hac autē vera declaratione ad l. noſtrā tollitur obiectio, quæ fieri poſſet ex tex. notab. & difficili. *in l.* 1. §. *fin. ff. de reb. eor.* ad quem apte infertur, cuius verba ſunt, *Si minor viginti quinque annis emerit prædia, vt quo ad precium ſolueret, eſſent pignori obligata venditori: non puto pignus valere, nam vbi dominium quæſitum eſt minori, cœpit non poſſe obligari.* Vides in illo §. rem minori venditam precio non ſoluto, conuentumque, vt res obligata eſſet, quamdiu precium non ſolueretur: & tamen IC. inquit, pignus vel hypothecā nō valere, quia cū ſemel res facta eſt minoris, impeditur obligatio ex prohibitione legis generaliter interdicentis alienationem rerum minoris, ſine cauſa & decreto. In primis autē adducā aliqua, ex quibus patebit difficultas & rigor illius text. contrarium enim dicendum videretur ex *ſup.* citatis, & quia pactum illud pignoris, dum precium non ſolueretur, erat legi conſentaneum, iuxta tex. *in §. offerri. l. Iulianus. ff. de act. emp.* & pactū iuri conſonum magis ſeruatur. *l. non impoſſibile*, 51. *ff. de pact.* gloſſ. Bart. & omnes *in l. ea l. C. de condi. ob cau.* Bar. *in l. legitima. ff. de pact.* Iaſ. *in §. Diui. 1. lectu. ff. de le.* 1. *n.* 31. *& præc.* Videbaturq; eo caſu minor id facere, quod faceret prudētiſſimus paterf. & cōſequenter iure cōmuni vti. nec circumſcriptum vllo modo tūc dici poſſe, augeturque ratio dubitandi: quia venditor veriſimiliter aliter venditurus nō fuiſſet: quę ratio contrariam deciſionem exigebat, vt colligi poſſet ex deciſione tex. *in l. ſi quis aliam*, 46. *ff. de ſolu. ibi*, *non accepiſſet rem integrā*, & tex. *in l. cum eiusdē* 34. *ff. de ædil. edict. ibi*, *non niſi omnes venditurum fuiſſe.* Nec erit leuis ratio dubitandi ex eo, quod ibi tota conuentio vnica videbatur, vt ſic minor aut totam probare, aut tota recedere deberet, iuxta text. *in l. cum quæritur*, 17. *ibi*, *adoleſcenti aut in totum*, *ff. de admin. tuto. & in l. Caius*, 23. *ff. de manumiſſ.* Nec minus aduerſabatur ratio iuris, qua illud pactum vel obligatio rei venditæ pro precio ſoluendo cenſebatur pars ipſius venditionis, *l. fundi partem.* 79. *ff. de contra. emp. ibi*, *nam hoc ipſum fundi precium videtur*, *quod eo pacto venditus fuerat.* Et ſic vna eademque res in caſu d. §. nō debuit diuerſo iure cenſeri, contra reg. *l. eum qui ædes*, *ff. de vſucap.* Contra deciſionem illius §. facit etiā iuris ratio, nē quis locupletetur cū iactura aliena, quod ibi inique concedi videtur minori, contra tex. *in cap. ex tenore*, *verſic. nos igitur. de foro compete.* Nec leuis ratio dubitandi inſurgit ex decretis Pontificū, arguēdo de eccleſia ad minorē. Videretur enim omnino ſeruandū pactum obligationis, ſicut in eccleſia in pacto reſolutiuo fortius reſpōdet tex. *in verum de cond. appoſ.* obligatio autē erat leuior, ideoque facilius admittenda, *l. ſi. C. quæres pign. oblig.* Bar. *in l. ſi ita. nu.* 1. *& nu.* 3. *ff. de aur. & arg. leg.* Non immeritō igitur ſubtilis Cuma ibi mirabilem dicit deciſionem illius §. & Fab. *de emp. & vēd.*

7.q.princ.nu.1. adeo, vt Tiraq *de retr. conuen.in fin n.*13 putare se dicat esse mendum in litera illius §.sentiens, verosimilius esse, quod IC. contrarium voluerit, idque confirmant ex allegatione Bald. *cons.*415. *lib.*2. vbi Bald.d. §. citare videtur ad contrarium eius, quod habetur in litera communi: idemque potuit Tiraq, aduertere apud Bar. *in l. item quia, in fin. princip. ff. de pact.* vbi eundem §. citat, quasi ibi obligatio minoris tenuerit, quod est contra literam illius tex. Sed communis litera verissima est, tum quia ita habetur in libris Florentinis, quorũ exempla circũferuntur: tũ magis inspecta litera, quæ habet decisionẽ negatiuam, cui annectitur ratio, quæ nullo modo cõgrueret decisioni affirmatiuæ: ostenditur etiam ex *l. seq.* in qua IC. manifeste indicat præcedentem decisionem d.§. negatiuam esse, vt communiter habetur, ideoque eam commendat, & limitat, vt non procedat fisco vendẽte, quia tunc dicit valere eam obligationem, quæ non valeret, quando priuatus venderet. Veritas etiam literæ communis ostenditur ex eadem *l.*2. *ad fin.* dum inquit, in priuato venditore opus esse imperiali rescripto ad validandam obligationem rei emptæ à minore cum prędicto pacto, vt obligata sit, quousq; precium soluatur. Verba autem *d. l.* ad exẽplar Floren. & literam communem ita se habent: *Sed hic videtur illud mouere, quod cum dominio pignus quæsitum est, & ab initio obligatio inhæsit. Quod (si à fisco emerit, nec dubitatio est, quin ius pignoris saluũ sit. Si igitur talis species in priuato venditore inciderit, imperiali beneficio opus est, vt ex rescripto pignus cõfirmetur.* Patet igitur verã esse literam, vt in dicto §. obligatio non teneat, licet ea decisio (vt dixi) rigore nõ careat, multisque iuris rationibus aduersari videatur. Nec teneri potest, quod ad vitandas difficultates variando scribit Cuman. *in d.§. ad fin. & n.*1 vt eius decisio procedat, quando talis obligatio contraheretur post venditionem perfectam, & sic ex interuallo, quasi contrarium foret, si à principio venditionis res obligaretur. Quę Cum. declaratio æquitate non caret, iuuaturque maxime ex his, quæ *superius* adduximus pro ratione dubitandi ad decisionem d. §. Sed quid hæc prosunt? loquitur enim Cuma. contra literam §. vt ex ea patet, *ibi, si emerit prædia, vt quo ad precium solueret, essent obligata.* & sic significat tex. euidenter, venditionem ab initio fuisse cum pacto obligationis, nec aliter intelligi potest, cum non separet tempus pignoris à vẽditione. Idq; magis cõstat ex *d.l.*2. cuius verba proxime retulimus, *ibi, ab initio obligatio inhæsit.* quæ verba consulendo expendit Ludouic. Gozad. *infra* citandus & Alciat *in l. si tibi pecuniam ad fin. n.*21. *vers. nec ego, ff. si cert. petet*, licet nullus eorum Cuma. alleget, & eodem modo patet, stare non posse declarationem Matth. de Afflict. *in c.*1. *n.*10. *de feud. dat. in vic, leg. commis.* qui etiam pressus difficultate d. §. (de quo agimus) intelligebat, pactum obligationis ibi adiectum fuisse ex interuallo, quod est manifeste contra literam tex. vt *proxime* ponderauimus contra Cuman. & ita labi etiam videtur Neg. *de pign.*4. *par. princip. nu.*37. qui eodem modo respondebat. Vides igitur acerbum rigorem Vlpi *in d* §. cum eius decisioni obstent plures iuris rationes *superius* adductæ, quibus recte contrarium responderi possit, vt sic excusetur Ang. Perus. qui immemor illius tex. indistincte scribit *in l. sin autem, ff. de pac.* posse tutorẽ vel curatorẽ minoris emere & cõtrahere eius nomine, adiecto pacto resolutiuo cõtractus. & ita ibi Iaco. *nu.*3. Paul. *nu.*4. & Ias. *nu.*11. *in* §. *si pluie, l. contra iuris, ibi præced.* Excusandus etiã Paul. Castr. qui consulendo immemor fuit illius §. contra quem respondere videtur *cons.*318. *col. fin. lib.*1. Sic etiam contra eundem tex. respondere videtur Bald. *consil.*415. *lib.*2. Sic etiam contra illum text. eius immemor loqui videtur Gozad. *in l.*2. *n.*144. *C. de pact. inter empt. & vend.* similiter eiusdem text. immemor fuit Cagn. *in ead. l.*2. *nu* 56. *& seq.* Et denique eiusdem §. immemores fuerunt doctissimi antiquiores, dum in minore & ecclesia cum rigore respondebant, non valere obligationem, vel pactum resolutiuũ circa rem emptam, cum debuissent opinionem suam probare ex decisione d. §. quo nihil melius adducere poterant: & mirum est eos oblitos illius tex. in qua obliuione fuerunt Fran. Accurs. & Ioa. And. eũ referens: & Alb. meminit tamẽ Pau. sibi cõtrarius *alio cõs. vt inf.* probãt ex illo tex. opinionem Ioan. And. quã reprobat *in d. cons.*318. *n.*4. Excusandus etiã est Cur. Iu. *cons.*146. *& seq.*

quĩ

qui non immemor illius text. & (cauillando) contra eum respondet, execratus (vt puto) nimium rigorem illius §. Sic etiam excusandus est Isern. *in d. cap. 1. §. de feud. dat. in vic. leg. commis.* qui in simili q. Ioan. And. & antiquorum (quos non citat, sicut nec ipse ab aliis citatur) contrarium scribit, memor tamen d. §. quem arguendo allegat, nec ei respondet: Matth. autem Afflict. ibi respondebat, contra literam, vt *supra*. Vnde quilibet peritus satis comperiet, quantus sit rigor illius text. quantaque sit huius articuli difficultas. Ego ingenue fateor (si † contra IC. loqui liceret) contrarium in specie illius §. æquius & verius videri. Considero enim iuridica & vrgentissima esse ea, quæ *superius* pro ratione dubitadi ad illum text. adduximus. Aduerto etiam minorem ementem, ibi venditoris rem consequi precio non soluto, hypothecamque eiusdem rei fuisse, non alterius, quam pupillus antea haberet: & sic nullum erat incommodum minoris ex obligatione rei, sed potius venditoris: obligatio etiam tendebat ad soluendum precium, quod necessario soluendum est, si minor vult rem obtinere. & consequenter videbatur obligatio in causam necessariam, quæ nullo modo vitari potest: quo respectu solet à iure permitti alienatio rei minoris, vt *super.* deduximus. & sic contra iuris principia videtur ibi Vlpianus respondere, approbãdo emptionem, & irritando obligationem eiusdem rei emptę. Minus enim durum fuisset totam conuentionem irritare, sed dandæ sunt manus responso IC. Vlpiani, cuius rigorem notare videtur IC. Paul ibi. *l. seq. in illis verb. sed hic illud mouere videtur. & ibi, pignus ab initio inhæsit.* quod aduertit Neguzan. *de pignor. d. 4. part. princ. num. 35.* cui addes, quod Paul. videtur etiam sugillare rationem traditam ab Vlpiano, eo quod in illa specie nunquam fuisse videtur dominium quæsitum minori, sine vinculo obligationis, quæ ab initio inhæsit. Sic contra d. §. (vltra iam adducta) vrget text. eiusdem Vlpiani *in l. 4. §. pen. vers. sed & si minor. ff. de manumiss. ibi, nam & si pupillus emat, æquum est, eum fidem implere, cum sine damno eius hoc sit futurum.* Quem textum ibi vtiliter inducunt Bart. & Alberic. *sub §. fina.* plenius Benedict. Plumbi. *in cad. l. §. pen. num. 4* notat etiam Bald. *in l. vna. q. 10. num. 20. C. si seruus extero.* Constat igitur ex æquitate & iuris rationibus, iudicioque Cumani, magisque autoritate IC. Pauli *in d. l. 2. ff. de reb. eo.* summum esse rigorem decisionis Vlpiani *in d. §. fin. l. 1.* (de quo agimus) qui text ad patrem legitimum administratorem trahi non potest, vt *superius* probaui *num. præced.* & colligitur ex *inf.* dicendis. Et inde inferendo eleganter significat IC. *in dict. leg. 2.* petendam esse in ea specie confirmationem obligationis à principe, quasi dicat, tunc sine dubio Principem confirmaturum obligationẽ, idque à IC. dictum puto, quia sentiebat iuste facturum principem, confirmando obligationem, quæ iure ipso valere debuisset, vt alias habetur *in cap. 1. de transa.* Et diximus *supra in hac parte in p. n. 50.* & † ex hoc notabiliter colliges sentire IC. ibi non censeri difficilia, quæ iure & æquitate à Principe peti possunt, licet ab inferioribus obtineri nequeant: licet etiam in cõcessione derogandum sit iuris rigori, quod in simili ex grauibus Dd. tradit Socin. *in l. quidam relegatus, colum. 3. vers. secundo infertur. ff. de rebus dub.* Tiraqu. *de retract. lign. §. 32. gloss. 1. num. 63* cui adde in simili Pau. *in l. omnimodo. §. imputari, C. de inoff. testa.* adde quod circa iustitiã multa à solo Principe impetrari possunt, quæ nec valde difficilia censentur, *l. Diui. 27. ff. de fæn. l. 1. §. vlt. ff. de quæstionib. l. 2. §. fi. ff. si liber. inge. esse dic.* Sic gratia adoptionis vel legitimationis, *l. 2. ff. de adoptio. l. quæris, ff. de nat. resti.* Sic ex causa permittitur, vt à iuris regulis recedatur. *l. si hominem, 30. ff. manda.* quam Bar. ibi dicit singul. & Felin. *in cap. 1. nu. 49. de const.* Iason *in l. nemo potest, 1. col. ff. de lega. 1.* Ias. *in l. non solum. §. morte, n. 37. ff. de nou. oper nuncia.* Hispa. Xuar. *alleg. 14. pag. 2.* Infertur 2. cum decisio di. §. summo rigore procedat, recte Cuman. *ibi n. 1.* sentire text. illum omnino restringendum ad suos terminos, nec ad alios trahendum, facit *l. quod vero contra, ff. de legib.* & quæ notant Scrib. *in Authent. quas actiones, C. de sacr. eccl.* Infertur 3. quod cum tex. loquatur de minore emente, & sic de causa onerosa non extendetur ad causam lucratiuam, secundum Cum. notabiliter ibi, *n. 1.* & exemplum huius restrictionis est, quando aliquis donaret rem minori, aliquo pacto rem ipsam efficiente, quod *infer.* vltra Cum. expressis

iuribus probabitur illatione 21. infertur tamen ex *superius* adductis, non esse veram rationem differentiæ, quam tradit † ipse Cuma ibi dicens, pactum, de quo in eo §. non censeri partem contractus, vt censentur alia pacta, quia illud erat ad securitatem conuentionis, quod ratione caret, & satis corruit ex doctrina IC. *in d. l. fundi partem, ff. de contrah emp.* teneo igitur restrictionem Cum. ob summum rigorem illius §. ex quo restringitur, ne ad alia pacta trahatur: improbo tamen rationem differentiæ Cumæ. Infertur 5. quod cum decisio illius text. trahenda non sit extra terminos suos, iam facilius sustinebitur, quod æquius & verius tradunt Iser. vbi *sup. in d. c. 1. de feu. dat. in vic. l. com.* vt minore vel ecclesia emente rem aliquam, valeat conditio vel pactum addictionis in diem, & legis commissoriæ, quibus emptio ipsa resolui potest, & res à minore vel ecclesia auferri, licet aliqui male contradixerint, & sententiam Iserniæ eo non relato satis probat Plumb. *in d. §. 4. §. per. nu. 4. ff. de manumiss.* Nec admittenda esset, iniqua restrictio ad hæc pacta in venditionib. approbata, vt constat ex *titulis. ff. de in diem addic. & de leg. commiss.* minor enim & ecclesia tunc iure cõmuni vtuntur, nec ex illis pactis circũscribuntur, ideoq; personæ in aliis, priuilegiatę sub regula illorũ iurium cõprehenduntur, iuxta notãter tradita à Dec. *consi. 5.* idque satis probatur ex *ca. verum de cond. appos.* & in terminis ex *l. si in emptio. 36. ff. de minor.* vbi tunc ex causa lęsionis minori cõceditur restitutio, & cõsequenter præsupponitur valere contractũ, vt docet Imperator *in l. 2. & l. siquidẽ, C. de præd. min.* quod latius vide *inf. illatione 13. ad fi. versic. idẽ autẽ, & vers. iam igitur.* Infertur 6. ex vera declaratione & restrictione d. §. iam eius decisionem non obstare veræ traditioni Ang. Iacob. Paul. *in d. l. sin autẽ, & l. contra iuris, §. si filius. ff. de pact.* quos *sup.* retuli, vt scil. tutor, vel curator minoris, administratorq; ecclesiæ, possint illis emere cum similib. pactis & condictionibus: quicquid respondendo inuoluat Gozad. *cons. 15. ad fin. versic. ad quartum.* Infertur 7. decisionem illius §. iam non obstaturam ei, quod tradit Tiraq. *in lib. de iure marit. glos. 8. num. 204.* dicens se consuluisse, quod cum mulier ante matrimonium emisset rem aliquã cum pacto reuendendi, possit postea, cõtractis nuptiis, ex vi pacti rem restituere, non expectato consensu mariti, sine quo ex lege, statuto, vel consuetudine facultatem contrahendi non habeat. Quod apte confirmatur (vt ipse inquit) ex multis, quę ibi tradit: confirmatur etiam ex iis, quæ hic adduximus *num. 15. & nu. 42.* Infertur à maiori, quod hodie apud Lusitanos, quamuis maritus immobilia alienare nequeat sine consensu vxoris, *l. reg. lib. 4. titul. 6.* poterit tamen libere tradere ei, à quo ante matrimonium emerat cum pacto reuendendi, cum ea alienatio non voluntaria, sed necessaria sit, originemque habeat à tẽpore ante matrimoniũ. Infertur 9. vt nõ obstante decisione d. §. sustineri possit opinio Dec. *in l. si tibi pecu. n. 5. ff. si cert. pe.* ampliantis eleganter tex. ibi, limitantisque text. *præced. §. si pupillus, l. non omnis, eod. tit.* tradentisque vt minor ex causa mutui transferat dominium pecuniæ sibi donatæ eo pacto, vt eam mutuo daret. Multa enim iuuant opinionem Dec. cui obstare videretur text. *in d. §. fin.* de quo agimus, cuius immemor fuit Dec. eiusdem tamen memor ibi Alciat. *num. 21.* opinionem Decij ex illo tex. improbat, nec sine colore, si literam respicias, cui tamẽ respõderi potest ex *su.* dictis, quod nullo modo extra suos terminos trahi debet. & pro Dec. elegãter inducas decisionem, & rationẽ tex. *d. l. 4. §. ante pen. versic. nã & si pupillus. ff. de manumiss.* Infertur 10. ex declaratione & restrictione illius § non obstare, eius decisionem ei, quod in facto respondit Soci. *consil. 48. colum. 1. & 2. lib. 1.* quem sequitur Dec. *in l. si tibi pecun. nu. 5. ad fin. & in l. fin. nu. 5. C. de pact.* vbi tradunt, quod mulier ex statuto prohibita alienare, vel dare marito vltra certam quantitatem, poterit libere id facere de iis, quæ sibi donantur eo pacto, vt de illis libere disponat: quod tamen ita indistincte scriptum non est verum, debetque intelligi, vt resoluo *in Authenti. excipitur, infr. tit. seq.* interim tamen ex *supra* dictis tollitur obiectio, quæ ex dict. §. fieri posset contra Socin. & Deci. videretur enim ex verbis illius tex. quod cum semel res peruenit ad personã alienare prohibitã, nõ valeret pactio adiecta in contrariũ, sed (vt dixi) decisio illius §. nõ est trahẽda extra suos terminos, habetq; diuersam

ſam rationem, vt conſtat ex *ſupra* dictis. Infertur 11. ex vera declaratione dict. §. eius deciſionem non obſtare doctrinæ gl. receptæ *in l. ſeruus. Cod. de pact.* & traditioni glo. etiam receptæ *in l. 2. in fin. C. de inuti. ſtipu.* ſic non obſtabit gloſ. *in l. Titio centũ. §. 2 glo. vlt. ibi, tempore manumiſſionis, ff. de cond. & demonſtr.* in quibus locis & multis ſimilibus nemo videtur meminiſſe illius duri §. nec Boer. *in ſimili deciſ. 182. num. 34. & ſeq.* Infertur 12. non eſſe verum, quod ex rigore illius §. ſcribunt quam plures viri doctiſs. in locis *inf* proxime citandis, trahentes deciſionem illius §. ad alia pacta reſolutiua vel conditionalia in conuentionibus minorum vel eccleſiæ, quod eſſet contra P. V. & contra iuris rationes, vt *ſupra*. Hæc inferuntur ex reſtrictione Cumani ad d. § probata vltra eum ex multis iuribus & rationibus: nunc autem ſubiiciam alias illationes ex rigore, expreſſaque deciſione illius §. Infertur igitur 13. ex deciſione rigoreq; illus §. ibi eſſe caſum notabilem, in quo vnica conuentio ſcinditur, & pro parte approbatur, pro parte irritatur, ad limitationem *d. l. Caius, ff. de manum.* cum ibi notatis à Plumbin. & Boe ad eum: ad limitationem etiam tex. *in d. l. cum quæritur. 17. ibi, aut in totum, ff. de adminiſtr. tutor.* vtque ita limitentur, quæ ſæpe tradunt Scrib. quod actus in totum debet acceptari vel omitti, vt late Iaſon in *d. l. contra iuris, §. ſi filius, ex num* 10. *& ſeq ff de pact.* Infertur 14. notabilis limitatio ad regulam & rationem *d. l. fundi partem, ff. de contrah. empt.* dum probat, quod talia pacta cenſentur pars precij in venditione, de quo copioſe agit Tiraqu. *d. libr. de retract. conuen. in Præfat. ex num. 20. cum ſeq.* text. notab. *in l. 5. §. melior, ff. de in diem addict.* Bart. Iaſ. Rip. *in l. 1. §. ſi heres, ff. ad Treb.* Scrib. *in l. 2. C. de reſcinden. vend.* Infertur 15. ex deciſio. *d. §. nouum exemplum*, ad doctrinam quam Bart & alij colligunt ex tex. *in l. Iulianus, §. ſi quis colludente, de action. empt.* vt ſuccurratur tunc ei, qui cum minore contraxit, vt agere poſſit, an minor velit ſtare contractui: idque iuſtius fieri tunc poterit, quam in ſpecie *d. §. ſi quis colludente*, cum hic non ſit minor circumuentus, & ita magis militat ratio eorum, quæ Dd. tradunt, de quibus *ſupra* dixi, *nu.* 63. Infertur 16. ex deciſione illius §. limitatio ad id quod Scrib in variis locis notant, dicentes, non cenſeri damnum, amittere id quod erat acquiſitum, ſi reuertatur ad eum, à quo proceſſit, glo. & Dd. *in l. eam quæ 58. ad fin. ff. de donat. int. vir. & vxor.* gloſſ. Bar. & alij *in l. ſi ita. 19 ff. de verb. obli.* vbi melius Ferret late Tiraqu. *in l. ſi vnquam, verb. donatione, ex num. 156.* notat Hiſp. Couarruu. *libr. de ſponſ. 2 part. cap. 3. §. 3. num. 8.* Vides autem in d. §. (de quo agimus) rem ad minorem venire à manu venditoris, non tamen ei obligari, ne minor lædatur. Infertur 17 à Matthæ. de Afflict vnum notatu dignum, *lib. 3. conſti. Neapol. Rub. 5. num. 16.* vbi ex d. §. abſque alio fundamento tradit; quod ſi habens feudum impetret à Rege, vt illud alienare poſſit, & vendat adiecto pacto pignoris, ſeu hypothecæ ipſius feudi, quouſque precium ſoluatur, venditio valebit, non autem obligatio, cum ex natura feudi nec obligatio, nec alienatio valeat abſque conſenſu domini. Quod extollit idem Afflict. *in ca. 1. 12. not. qu. 24. n. 107. de prohib. feud. alien.* per Feder. Sed hæc vera opinio Afflict. magis iuuatur vltra eum alia conſideratione, quia ſcilicet in ea ſpecie conſenſus regius limitatus eſt ad vnam alienationem faciendam à primo feudatario, ideoque extendi non poteſt ad aliam, alteriuſque feudatarij, cum reſcripta non extendantur de caſu ad caſum, minuſque de perſona ad perſonam, iuxta reg *ca. cum dilecta, cum ibi notatis de reſcrip. cap. ex parte, de offic. deleg.* notat Bar. *in l. 1. §. interdum, uu. 4. ff. à quib. appell. non lic.* Iuuatur magis, quia permiſſio vnius alienationis non extenditur ad aliam maiorem vel minorem, ex tex. notab. *in l. ſi pupillorum, §. ſi Prætor, ff. de reb. eor. ibi, qui aliud fecit, quam quod à Prætore decretum eſt, nihil egiſſe.* Quod notant Alber. & Cuman. & Bartol. *in l. ſicut, §. ſi permiſerit, ff. quib. modis pigno. vel hypo. ſolui.* & Alex. *in l. in actionib. num. 2. ff. de in lit. iurand.* & ibi Iaſon *num.* 13. Idem Iaſon *in l. in ſuis num. 28. ff. de liber & poſth.* & Anton. Burg. *in Rub. extra. de emptio. & vend. col. vlt.* vbi illum tex. extollunt. Ex quo vrgenter iuuatur opinio illa Afflict. quæ apud Luſitanos vtilis erit, in habentibus terram coronæ Regiæ, quæ ſine aſſenſu Regis nullo modo alienari, vel obligari poteſt, ex *l. reg. li. 2. tit. 17. & ex d. §. ſi Prætor* apte comprobabis, quod notabiliter inquit Pau. Caſt. *in l. quicunque, §. 1. n. 2. ff. de*

institor.act Inferri potest 18 ad identitatem rationis, vt proxima illatio Matth. de Afflict. habeat locum, non solum in pacto, quo feudum ipsum obligatur ab emente, iuxta terminos, in quibus loquitur Afflict. sed etiam in pacto reuendendi, quando scilicet feudatarius impetrata à Rege vendendi licentia, venderet adiecto hoc pacto reemendi. Ad hoc enim necessarius etiam esset Regis consensus, cum sit diuersa alienatio, ad quam non extenditur simplex licentia priori feudatario concessa. Faciunt quæ notat Barto *in l.1.num.5 ff. ad l. Iul. maiest.* sed tunc putarem attendendum, cuius fauore concedatur ea licentia, an feudatarij vendentis, an ementis, vt priori casu extendatur concessio ad pactum reemendi, quam alienationem vidimus inter virum nobilem, & Comitem illu-
53 strissimum. Infertur 19. vtilius & aptius ad q. antiquorum, quæ frequentissimâ est, *an in venditione facta minori vel ecclesiæ, valeat pactum reuendendi, seu reemendi.* In qua Franc. Accurs. tenuit tale pactum ecclesiæ vel minore emente pro non scripto haberi, venditionemque puram censeri, & ita Ioan. Andr. ad Specul. *tit. de pact. in princ.* (vt *supra* retuli.) Et Alber. dicens ita decisum fuisse *in l. si ad resoluendam, C. de præd. minor.* & Fabian. *de emptio. & vendi 7. qu. princip. num.* 1. citans solum Ioan. And. eiusque opinionem probans ex dict. §. de quo agimus, & ex eodem tex. eandem opinionem probauit Paul. Castrens. *cons.* 112. *ad fin. libr.* 1. refert Tiraq. *in lib. de retract. conuent in fin. nu.* 10. idemque Tiraqu. retulerat *in libr. de iure marit. fol.* 250. secundum antiquam editionem. Nam post 30 plus minus annos, eundem librum reformauit, & in nouo hanc quæst. tantum tangit *gloss.* 8. *num.* 90. remittens se ad *lib. de retract. & in d. lib. de iure marit.* vbi *supra* dicebat Tiraqu. non videre, quid responderi possit ad tex. in d. §. postea autem *in dict. li. de retract. n.* 13. idem repetit, subdens tandem sibi persuasum, esse mendum in litera d. §. quod *supra* confirmauit, & eandem partem ex dict. §. secure probat Gozad. *cons.* 15. *& seq.* Vides igitur in hac quotidiana q. autoritatem Franc. Accur. Ioan. And. Alb. Paul. Cast. Fab. Gozad. vt pactum de retrouendendo non valeat, quando minor vel ecclesia emit. Vides etiam confessionem Tiraq. dicentis, non posse responderi ad tex. d. §. deinde ipse Tiraq. *d. loco de retra. num.* 11. ad corroborandam eam opinionem apte adducebat sententiam Innoc. *in cap. verum, de foro cõpetent.* quã aliqui sequuntur, vt per eum ibi, cui adde Paul. Castr. *in Authent. multo magis, C. de sacros. eccles.* vbi extense refert Inno. & in fine citat Ioan. Andr. *ad Specul. vbi supra.* Notabis tamen quod Tiraq. *d. n* 10. non bene citat in hac quæst. Ludou. Gozad. in duobus locis. Magis enim contrarium dicit eius, ad quod eum citat, vt statim videbis. Idem autem Tiraqu. vir doctus & mire diligens in eodem loco, *num.* 2. *in fin.* refert Iacob. Butri. contrarium volentem: imo quod tale pactũ de retrouendendo valeat, & obseruari debeat, ecclesia vel minore emente, ad idemque refert Paul. qui consulendo (sibi contrarius) hoc asseruit *cons.* 318. *col. vlt. lib.* 1. Bene etiam ad hanc partem citat Bal. *cons.* 415. *lib.* 2. aliqua etiam notanter adducit in confirmationem huius sententiæ, cui adde pro hac stare aperte Gozad. sibi contrarium, *in repet. l. 2. nu.* 144. *C. de pact. interempt. & vend.* vbi male allegat Ioan. And. qui contradixit, vt *supra.* Hanc partem etiam aperte quasi sine dubio sequitur Neguz. *de pignor. 4. par. princ. num.* 37. immemor eorum, qui contradixere. hanc partem etiam magis videntur probare, licet generalibus verbis, Angel. & Iacobi. *in l. sin autem, ff. de pact.* & specifice Paul. *num.* 4. & Iason *num.* 11. *in d. §. si filius, l. contra iuris, eod. tit.* quamuis videantur tandem remittere ad Ioan. And. contradicentem, ideoque Gozad. *in d. cons.* contendit, Paul. & Ias. *in d. §.* adduci magis debere pro contraria parte, in quo cum Gozad. digladiatur Curt. Iun. *cons.* 146. *cons. seq.* Ambo enim in hac quæst. consulti contraria responderunt, & vterque conatur in suam partem adducere Paul. & Ias. *in d. loco.* Addo etiam pro hac parte Boe. *decis.* 182. *num.* 35. vbi ita intelligit, citatque Paul. & Ias. *in d. §. si filius,* vt etiam facit Neguzan. *d. loco,* & sic contra allegationem Goza. *in d. cons.* Vt autem prius liqueat de numero, aduertas hanc partem magis placere Tiraq. *in d. loco, num.* 3. cum ob id putet corruptam esse literam dict. §. Similiter hanc partem videntur magis probare Dd. dum communiter reprehendunt opinionem Innocen. *in d. c. verum,* concludentes valere pactum expressum

resolu-

resolutiuum contractus contra ecclesiam, vel minorem tali pacto ementem, vel ex causa donationis recipientem, vt copiose refert Tiraq. *in d. loco, nu.* 14. & vltra eum Ancha. *cons.* 218. *num.* 2. Ilsern. & Afflict. *n.* 10. *in d. c.* 1. *de feud. dat. in vic. leg. commiss.* & secure Socin. *cons.* 48 *num.* 5. *lib.* 1. & Hispan. Couarruu. *libr.* 1. *resolut. c.* 14. *num.* 6. *vers. qui omnes*, & colligitur ex Præpos. *in c. verum, de condi appos.* ex qua relatione vides Dd. variare, sed hanc receptiorem opinionem videri, contra quam forsan putauerit ipse Tiraqu. hoc ex professo tractans. Curt. autem Iun. *d. cons.* 147. *num.* 1. *& cons. præced.* tenens opinionem Ioan. Andr. & decisionem *d. §. fin. l.* 1. *ff. de rebus eor.* (de quo agimus) excogitauit in minore emente nouam differentiam, distinguendo, an minor emat, an eius tutor vel curator. In priori casu intelligit procedere tex. *in d. §. fin.* & similiter opinionem Ioan. Andr. vt tunc nec obligatio, nec pactum valeat. In secundo autem, quando tutor vel curator nomine minoris emit, intelligit contrariam opinionem, vt scilicet obligatio & pactum teneat. Quam distinctionem probat etiam succincte Cagnol. *in l.* 2. *n u.* 57. *C. de pact. inter empt.* Sed eam differentiam futilem censet Tiraqu. *in d. loco, num.* 10. & prius Gozad. *d. cons.* 15. *ad fin.* quem in hoc male cum Curt. iungebat Tiraqu. Antequam vero aperiam, quid verius putem in hoc articulo, non dubito recte Tiraq. & Gozad. improbasse differentiam illam Curtij & Cagn. nec eam stare posse ad tex. in d. §. de quo agimus: cum enim loquitur de minore emente, intelligitur per se, vel per curatorem, quia eadem ratio est, & vtroque casu pariter militat prohibitio legis, quam IC. ibi respexit, & ita sentiunt communiter Dd. si eos attente legas, maxime dum æquiparant minorem & ecclesiam, iuxta *cap.* 1. *de in integr. restit.* licet quoad alia, facilius præsumatur fraus, & læsio minoris per se contrahentis, quam per curatorem. Ang. & Cuma. *in l. apud Iulianum, §. contractum, ff. quibus ex caus. in possess. ea.* tradit Cardin. Paris. *cons.* 98. *num.* 2. *& cons. seq. lib.* 1. Iam igitur reiecta distinctione & differentia Curtij & Cagnol. omissaque Scrib. varietate, æquiorem, verioremque censeo secundam opinionem contra Ioan. Andr. & Albe. vt si minor, vel ecclesia emat cũ pacto reuendendi, quia venditor aliter alienare noluit, pactum valeat, omninoque seruari debeat, quia contrarium esset longe iniquum, & Reipub. perniciosum: auferret enim res suas hominibus contra fidem conuentionis, quod dici non debet, iuxta *l.* 1 *§. si conueniat, ff. depos.* & contra doctrinam tex. *in l. in commodato* 17. *§. sicut, ff. commod. ibi, non decipi beneficio oportet.* Probatur etiam, quia pacta resolutiua contractus licita censentur, & indistincte à iure approbantur, vt deduximus *supra in 5. illatione.* Sed vrgentius probatur hæc sententia, & iudicio meo euidenter, quia videmus summos Pontifices sacris Canonibus admittere talia pacta resolutiua contractus, & in specie pactum reuendendi, si non habet labem vsuræ, *ca. ad nostram, de empt. & vend. ca. illo vos de pign.* & vtrobiq; Scrib. *& in ca. conquestus, de vsur.* notat Chass. *decis.* 1. *de vsur.* & *alibi* sæpe Scrib. Ergo approbatio Iuris Canonici non potest non comprehendere ecclesiam, personasque ecclesiasticas, & eadem ratione minorem, similemve personam priuilegiatam: quod mihi probatur ex doctrina IC. *in l. verum,* 12. *§. sciendum, ff. de min. ibi, causa cognita si capti esse probentur, & ibi, sobrie rem suam administrans:* & ibi, *nec enim euentus, sed inconsulta facilitas:* & *inferius. Nec enim captus est emendo rem necessariam, licet maritalem.* Facit etiam doctrina tex. *in l. quod si minor. §. non semper, eod. titul. ibi, nisi manifesta circumscriptio sit.* Facit *l.* 1. *C. si aduers. dona.* Nec talem restrictionem patitur decisio, ratioque *l.* 2. *C. de pact. inter empt.* quæ ratio magis militat in ecclesia emente, quæ nulli laqueum iniicere vult, nec in actibus suis fraudem admittere, *cap. per tuas,* vbi gloss. & Dd. *de donat.* Probabitur etiam hæc sententia ex traditis in sequenti illatione, in qua respondebimus d. §. quo contradicentes fundant suam opinionem. Infertur 20. 54
vtiliter ad intellectum tex. *in l. si ad resoluendam, C. de præd. minor.* cuius verba hæc sunt: *Si ad resoluendam donationem, quam in emancipatum te pater cõtulerat, minor 25. annis, cautionem ei emisisti, cũ huiusmodi scriptura contra Senatusconsulti autoritatem data sit, non obest iuri tuo.* Namque ex decisione illius l. inquit Alberic. ibi fundari opinionem Francisc. Accur. quam *proxime* improbauimus, & eãdem l. pro ea opinione adducit Tiraqu. *in d. lib. de*

lib. de iure marit fol. 250. secundum antiquam editionem, idem autem Tiraqu. *d. libr. de retract. conuent. in fin. num.* 12. inclinans in contrariam partem, respondet ad eam l. cum expositione glo. *ibi, in verb. emisisti*, videlicet quod ibi resolutio donationis fiebat ex interuallo, quam expositionem probat etiam Cuman. *in d. §. fin. l.* 1. *ff. de rebus eor. num.* 1. Paul. *cons.* 318. *colum fin. lib.* 1. & aperte Salycet. *in d. l. si ad resoluendam*, & sic expositio gloss. recepta videtur, secundum quam cessat argumentatio Alberi. Ioan. Andr. & aliorum, quia quæstio, de qua agimus, procedit, quando pactum resolutiuum contractus vel donationis ponitur à principio: nec est diuinatoria expositio gloss quia si attendas ad verba illius l. aperte videbis, donationem fuisse perfectam: ac proinde minor non poterat amplius rem distrahere, nec ea translatio poterat dici in continenti fieri, sed ex interuallo, vt in simili notabiliter tradit Neguz. *de pign. 4. part. n. 35. vers. nihilominus, cum seq.* Suadetur hoc ex his verbis d. l. ibi, *contulerat*, significat enim perfectam donationem, suadetur etiam ex verbo, *emisisti*, nec enim poterat mitti cautio resolutiua donationis nisi ex interuallo. Nec videtur lex illa recte à Dd. adduci in proposito ad pactum in conuentione appositum à principio, vel ex interuallo: ibi enim (si bene aduertas) non agitur de pacto vel conditione, sed de reuocatione simplici & pura, eius quod actum erat: atque ideo sicut donãs non poterat reuocare, quod dederat, iuxta *l. perfecta, C. de dona. quæ sub mod. d. ca. verum, de condi. appo.* ita donatarius minor, vel ecclesia, quibus iura interdicunt facultatem alienandi, non potuit refutare donatum, *l. magis puto, §. fundum, ff. de reb. eorum*, allegatur sæpissime dict. l. ad illud vulgare, quod solennitas requisita in contractu, debet interuenire in distractu: de quo plene Tiraqu. *d. lib. de iure marit. gloss. 5. ex nu.* 12. In eadem l. cauendum est à gloss. 1. dum exponit, *tradendo*, videtur enim exigere traditionem, vt sit locus decisioni illius l. Sed contrariũ dicendum est, vt sufficiat donationem factam esse, ex qua competeret actio ad rem donatam: sicut enim in rebus minorum prohibetur alienatio post dominium quæsitum, ita quando actio competit ad rem immobilem, secundum gl. receptam *in l.* 1. *C. si aduers. transf.* & dixi latissime *supr. in Rub. in* 12. *concl.* Et ibi traditis adde Beroum *in cap. nulli. nu.* 73. *de re eccles. non alie.* notat in simili Alex. *cons* 27. *lib.* 3. quem sequitur Tiraq. *de retract. conuentio. in fi. num.* 108. Infertur 12. ex proxime deductis, quod si à principio, cum fit donatio minori vel ecclesiæ, adiiciatur pactum, modus, vel conditio etiam ad resolutionem donationis, vt res reuertatur ad donantem, vel ad aliũ, absque dubio seruabitur, quod conuentum erit: quicquid ex Innocent. dubitasse videatur Paul. Castrens. *in Authen. multo magis, C. de sacrosc. eccles.* hoc enim receptius est per tex. *in d. cap. verum, de cond. appos. cap. pontifices*, 12. *quæst.* 3. notant Dd. in varijs locis, vt tradit Tiraq. *de retract. conuen. in fin. num.* 14. Hispanus Couar. *d. lib.* 1 *resol. c.* 14. *n.* 6 Anch. & Soci. in locis *sup.* citatis. Quod etiam in minore, cui res donatur eo pacto vel onere, probat tex. *in l. causam. 20 ff. de manumis. l. si rogatus, ff. de manu. vin.* quibus iuribus & auctoritatibus probatur differentia & limitatio, quam tentabat Cuman. *in d. §. fin.* distinguens inter causam lucratiuam & onerosam: sed non ideo putes similia pacta in venditione vel emptione minoris non esse seruanda: esset enim contra veriorem & receptiorem sententiam, vt *supra*: planius autem seruantur in donatione, in qua minor vel ecclesia agit tantum de lucro. Dictis autem in hac illatione, & præced. negare non possum non parum obstare tex. *in d. §. final.* sæpe sæpiusque adducto, vtque facilius admittatur quælibet responsio, aduertat lector, nos hic defendere principaliter duo vtilissima huius illationis & præcedentis, non solum vera, sed magis communia. Igitur quoad casum donationis, satisfacit responsio Cuman. quod tex. ibi loquitur de venditione & causa onerosa, vt extendi non debeat ad donationem, causamque lucratiuam, quod proxime vltra cum iuribus & autoritatibus probauimus, idque suadet ratio, cum minor semper agat de lucro in donatione, non ita in emptione. Facit *l. ad res donatas, ff. de ædil. edict. l. Diuus Pius, ff. de reg. iur.* Magis obstat durus ille §. veriori receptiorique opinioni in pacto reuendendi, quam defendimus in præcedenti illatione: ratio enim *d. §. ibi, Nam vbi dominium*, omnino congruere videtur

videtur emptioni minoris cum pacto reuendendi. Nec sustineri potest responsio Matth. Afili & Neguz. & aliorum dicentium, quod in eo tex. pactum erat ex interuallo, est enim aperte contra literã, vt *supra* deduxi. Vnde confugiẽdum videtur ad ea, quæ cum Cuman. *superius* probauimus de summo rigore illius tex. nullo modo trahendi extra casum suum, nec ab eius ratione arguendum esse: tum quia in contrarium sunt plures iuris rationes, tum quia in specie eandem rationem dict. §. impugnat *l. C. in l. seq.* & *alibi.* idem Vlpian. secum quoddammodo pugnans, vt suo loco *supra* ostendimus. Posset etiam aliquo colore considerari ratio differentiæ inter obligationem (de qua agit ille §.) & pactum reuendendi (de quo est q. nostra) ibi enim hypotheca rei emptæ præsupponit rem stare penes emptorem: ideoque si is minor est, exigit ibi tex. solennitatem in alienationibus necessariam. At pactum reuendendi ab initio afficit emptionem, iudicans rem firmiter non existiturã penes emptorem, vt etiã minor emẽs non habeat postea, de quo conqueratur, nec cur recuset restitutionem rei, secundum legem conuentionis, argum. tex. notab. *in d. cap. pontifices, & in l. vtique* 16. §. 1. *ff. de rei vendicat. ibi, licet ea perierit, & l. arboribus*, 12. §. *nauis, ff. de vsufruct. ibi, etenim ad hoc paratur.* & tandem quæcunque euasio à rigore d. § admittenda est. Inferebat ex d. §. (& sic 22.) Bald. *in l. fina. C. commod. nume.* 2. quod res vendita non censetur obligata venditori pro precio soluendo, vt ita limitetur tex. *in l. Iulianus, §. offerri, ff. de act. empt. ibi, quasi pignus retineri potest.* Loquitur enim tex. de iure retinendi tantum, antequam tradatur à venditore, non ad effectum agendi, postquam traditur. Ex quo vtiliter infert Bald. *in d. l. final.* quod venditor (apparentibus alijs creditoribus) non poterit præferri, quia hypothecam non habet, nec priuilegium in re ipsa vendita & tradita. Quod extollit idem Bald. *in l. eum cui, C. de actio. & oblig.* Alex. *in l. 2. cum dotem, §. fina. column. fina. ff. solu. matrim.* Neguzan. *de pignor. 4. par. princi. numer.* 35. Rip. *in l. si venti, §. in bonis, num. 6. ff. de priuil. cred.* de quo tamen videnda est resolutio Paul. *in l. procuratoris, §, si plures, ff. de tributo. actio.* Iaſ. *in l. creditor. 1. ff. si cert. pet.* Sed optarem, vt Alex. & Neguzan. nobis explicarent, qualiter Bald. colligit ex illo tex. hoc, quod modo retulimus. Ego autem puto Bald pro ingenio & eruditione id collegisse ex *d. § iuncta, l. seq.* in qua habetur, quod si minor emat à fisco, tunc valeat obligatio rei emptæ, eo quod secundum gloss. Bar. Bald & omnes ibi, bona minoris tunc obligantur à lege, sicut aliorum, qui cum fisco contrahunt: (de quo agemus forsan *in Authen. sequ.* ne locus hic plus satis oneretur) quo præsupposito patet inductio d. §. Si enim res vendita de iure cẽseretur obligata venditori pro precio, non diceret tex. ibi nullam esse obligationem, sed magis eam plane validam affereret, quia conuentio esset iuri conformis: quæ inductio necessaria est, & ex ea cum Bald. eleganter declaratur tex. *in d. §. offerri, in verbis supra citatis*, vbi glo. verb. *retinere*, idem sentire videtur, & vltra Alexand. & Neguz. ita ad *d. §. offerri.* notant Bar. & Alber. *in l. creditoris, §. dominus, ff. de furtis*, de quo tex. alibi plura scribimus: hæc ad d. §. prolixius tractata, doctis fortasse non displicebunt, continent enim multa vtilia, nec vulgaria. Tractatu dignum est, an tex. hic prohibens alienationem & donationem, procedat in patre, filioque nobilibus: videmus enim procuratorem vel administratorem, quantumcunq; liberam potestatem habentem non posse donare ex bonis commissis, *l. contra iuris* 29. §. *fin. ff. de pact. l. creditor* 60. §. *Lucius, ff. manda* quem extollit Bal. *in l. 1. ff. de milit. testam. l. si quis vxori*, 53. § *si seruus meus, ff. de furt.* melius probatur *in l. si fi. iusfamil.* 7. *in princ. ff. de donat.* quæ nihil aliud dicit. Et in procuratore Reipub. ne donare possit, est bonus tex. *in l.* 3. §. *plane, ff. quod vi aut clam.* quem notat Bal. *in cap. ex literis, nu.* 2. *de proba.* facit tex. *in l. 1. versic. denique, ff. de offic. procur. Cæs.* vbi vltra alios nouissime eleganter scribit egregius Doctor Hisp. Ioannes Oroscius. quæ iura manifeste loquuntur in habente mãdatum etiam cum libera, tam à lege, quam ab homine. Et sic quoad donandum, non est differentia inter habentem potestatẽ à lege, vel ab homine: vtriquẽ enim facultas donandi pariter negatur. Vnde cauendũ est à Pala. seu Ioan. Lup *in rep. Rub* §. 6. *nu.* 29. qui contra iura illa, & receptas sententias in donatione distinguebat mandatum legis à mãdato hominis,

nis, male citans Bal qui verius contradicit *in d.l.1.§ 1.ff de off.procur. Cæs* vbi glo. & Bartol. ita verius sentiunt in casu donationis, licet aliqualiter distinguant in alio genere alienationis, vt per Iaſ. & Nouiores ibi, & ita aperte Paul. *in dict.l. filius fam* Bartol. & Pau. *in l.procurator cui generaliter, ff.de procu.* Scrib. *in l.præses, C. de transact.* & alibi sæpe Dd. vt per Iaſ. *in*
57 *dict. l. contra iuris, §. filius, ex num.* 2. In patre autem filioque nobilibus (vt dixi) videretur permittendum, vt saltem cum moderamine pater legitimus administrator donare possit. Sic enim *dict.l. filius, ff.de donat.versi.nonnunquam*, ex causa nobilitatis id permittere videtur, ibi, *filium senatoris vel alterius dignitatis*, & ibi notant Scriben. ad limitationem prædictorum iurium: notat etiam gloss. *in d.l. contra iuris, §. fin.verb.non habere.* pro quo etiam adducitur melior text. *in l.cum plures* 14. *§.final.ff.de admin.tuto. ibi, pro facultate patrimonij, pro dignitate natalium constituet alimenta seruis, liberisque, nonnunquam & exteris, si hoc pupillo expediat, præstabit: solennia munera parentibus cognatisque mittet.* Quo loco IC. tutori aliqualiter donare permittit ob nobilitatem pupilli, quod ex Innoc. extollit Rom. immemor illius tex. *in dict.l.filius, num.* 3. & ibid. Cuman. *num* 7. nec meminit nouissimus doctus & diligens Riminald. *in §.1.num.* 111. *Institut. quibus alien. lic.* Sed cum text. ad hoc commendauit Barba. *in cap.1. de donat.* & cum eo Pala. *in dict. Rubr.§.9.num.5.* Alex. *in l.pactum curatoris, num.* 3. *C.de pact.* & ibi Iaſ. & Nouiores. Iaſ. *in d.§. filius famil. l. contra iuris, numer.* 7. Curtius *in l.præses, num.*10. *C.de transact.* & alibi sæpe Scribent. vt per Tiraquel. *de nobilit.cap.*37. *ex num.*35. & Felin. *conſ.* 16. *num.* 18. Ego autem puto Scriben. in locis proxime citatis incaute talem potestatem donandi permittere procuratori, vel administratori, vel tutori respectu solius nobilitatis eius, cuius negocia gerit, bonave administrat. Priora enim iura distincte loquuntur, nec esset æquum, eam prærogatiuam concedere gerentibus negocia nobilium. Posset enim fraus fieri, cui obuiandum est: idque magis probo ex *dicto §. final l. cum plures.* quem Scriben. male citant, vbi *supra.* & Aretin. *conſt.*24. *col.fin.num.*13 *& seq.* Iaſ. *in l.si sortem. §. libertus. colu.*4. *ff.de cond. indeb.* Loquitur enim text. ibi tantum in expensis necessariis, *ibi, mercedes præceptoribus, & ibi, alimenta seruis.* sic etiam procedit quod ibi subdit IC. circa munera solēnia, vt statim explicabo. Nec obstat, si replicetur ex eodem tex. *ibi, & exteris.* qui casus non continet necessitatē. Respondeo enim, & retorqueo literā, quia IC. id simpliciter non permittit, sed quādo ita suaserit maior vtilitas minoris, vt patet ex litera ibi, *si hoc pupillo expediat*, probatur magis ex eodem tex. vbi etiam stante dignitate natalium, subdit *inferius*, non licere tutori dotem præstare sorori pupilli ex alio patre, & ratione assignat, quæ nostram considerationem contra Scriben probat, *ibi, nam etsi honeste, ex liberalitate tamen fit.* Nec obstat tex. *in d.l. filius fa.versic.nonnunquam*, loquitur enim tantum in mandato patris de filio confidētis, adiecta libera potestate post alia verba pleniſſima: nec ea lex donationē indistincte permittit, sed ex causa: nec tex. ille exorbitans, recte ad diuersos terminos extenditur à Bal. & alijs, quos citat Tiraq *d.c.*37. *n.* 35. *de nobilit.* cum ibi mandatum expressum verbisque plenissimis, & qualitas filij copulatiue concurrant, non ita in alijs casibus. Nec omitto aliud notatu dignum circa intellectum tex. *in d.§ fin.l.cum plures, ff. de adminiſtr. tut. ibi, solennia munera*, circa quæ verba video Dd. latenter variare. Alber. enim ibi exponit *solennia* pro consuetis à patre pupilli præstari, & ita gl. *in §. fina.l. ibi seq.verb.nuptiale.* Bar. autem *in d.§. fina* simpliciter intelligit *solennia munera*, pro soliris præstari, nec addit à patre minoris: & non citato Bar. ita intelligit Zaſ *in l.2. versic. deinde ex his, verb. solennes, ff. de orig.iur.* cui accedit Spieg. *in Lexic.iur.* & vltra eos Bald. *in l.2.n.2.C.de iure dot.* Pala. *in Rub.§.6.n.3 & §.45.nu.*10. Addo in alio proposito circa verbum, *solennia*, autoritatem Connani, *li.8.c.*11. *pag.*645. elegantter tractantis sensum Vlpiani *in l. si stipulata*, 33. *vel* 34 *ff de don. inter vir. & vxor.* vbi tamen in libris cōmunibus & emendatioribus verbum, *solenne*, diuersam signification habet. Mihi autem placet interpretatio Bar. à Nouioribus non citati, & cōsequenter Zaſ. licet cōtradicat minus bene Aldobran. *in § adcertū Inſti. qui testam. tuto. ad fin.* vbi contra fidem omnium Codicum iungit nomen *solennia*, verbo *præstabit:* & nomen, *munera*, verbo *mittet*, cū verbum *præstabit* referatur ad

tur ad *præsentia*, vtrumque autem nomen, *solennia munera*, refertur ad verbum, *mittet* quod sequitur: & Aldobrād. interpretatio deterior esset pupillis, & minoribus, quia nomen, *munera*, per se latius patet, quam iunctum verbo, *solennia*, vt constat ad sensum: & sic resoluendo intelligo text. in illis verbis permittere tutori, vt mittat consueta munera parentibus, coniunctisque pupilli. quod iuuatur vltra omnes ex vigore cōsuetudinis id certis temporibus admittentis: vnde *solennia* appellantur, quæ certa cōsuetudo alibi minores astringit. *l. si sine.* 33. & ibi Barto. *ff. de adminisſt. tut.* not. in simili glo. *in d. l. 3. §. plane. verb. municipales. ff. quod vi aut clā.* Iuuatur etiam, quia tunc cōsuetudo ipsa reciproca est, vt ita mittantur munera minori, sicut tutor pro eo mittit. facit text. celebris *in l. de fideico.* vbi Alexand. *C. de transact.* tunc etiam militat ratio pudoris, qui violaretur eundo contra talem consuetudinem, argumēt. *l. Quintus.* 48. *ff. mand. ibi, propter suam existimationem. & ibi, pudori suo,* & text. *in l. in eadem causa* 10. *ibi, sine dedecore. ff. ex quibus caus. maio.* tex. *in l. pecuniæ.* 8. *ff. de alim. & cib. leg. ibi, verecundiam quoque* & ibi notat Bartol. Bald. etiam *in cap. sciscitatus. num. 4. de rescript.* Ias. *in l. ad egregias. num.* 8. *& in repe. l. admonendi. num.* 174. *ff. de iureiur. & in l. non solum. §. morte. num.* 36 *ff. de noui ope. nunc.* Exea. *de pact. num.* 403. videtur enim tunc causa pudoris necessitatem inducere per illa iura & Dd. in ijs locis, notatque Afflict. *dec.* 315. *num.* 9. Displicet autem expositio Alberic. & glo. de qua *supra* proxime. Nec enim tutori vel minori permittendum est donare, eo quod pater solitus esset donare. Talis enim particularis voluntariaque consuetudo absque præcepto non afficit filium, vel alium successorem, vt patet ad sensum, & colligitur à fortiori ex Bar. *in l. ambitiosa. n.* 4. *ff. de decret. ab ord. fac.* ideoq; sanior est interpretatio, vt *solennia munera* intelligantur ex generali & mutua consuetudine loci. Sed tunc obstare videtur text. *in l. seq.* 14. *§. in soluēdis. ff. eod.* vbi IC. inquit, nec nuptiale munus sorori pupilli mitti posse: cui difficultati nullo pacto satisfaciunt responsiones gl. ibi, quarum prima iniqua & inepta est: secundam vero modo reprobauimus. Nec satisfacit solutio Bart. in d. §. intelligētis solennia munera tunc permitti, quando consueta sunt, nec secundum honestatem omitti possunt, tex. vero *in d. §. in soluendis.* loqui de muneribus non consuetis, & quæ sine offensione honestatis omitti possent. Contra Bart. enim † aduerto, quod eius interpretatio stare posset in exemplo matris nubentis, cuius nuptiæ tristes sunt filijs prioris matrimonij. At in exemplo sororis nubentis (de quo etiam loquitur text. in d. §.) nihil magis consuetum, nec magis honestum ex hominum moribus constat, quam fratres munera mittere, sororumque dotem iuuare. Vnde alia interpretatio inuestiganda est, videturque dici posse, quod text. *in d. §. fin. l. cum plures.* non constituit regulam, sed tantum loquitur de nobilibus, secundum communem allegationem, quorum tutoribus solennia munera permittit. Text. autem *in d. §. in soluendis.* intelligatur regulariter in pupillis non nobilibus, nec tam amplo patrimonio abundantibus, vt in simili distinguit IC. *in d. l. filiusfamil. ff. de donat.* vbi casus nobilium pro exceptione ponitur. In patre autem (quæ nostra quæstio fuit) resoluo ex *supra* dictis, vt regulariter, nec si nobilis sit, donare queat aduentitia filiorum, nec ad eum extendatur decisio text. *in d. l. filiusfamil. versicu. nonnunquam.* cum loquatur de commissione expressa ab homine, vt in simili notat glo. *in d. l. 3. §. plane. verb. data. ff. quod vi aut clam.* Dd. *in d. l. 1. ff. de offic. procur. Cæs.* nec lex in his admittit donationes ex affectu, vel delicijs: sed ex iustis causis, vt eleganter inquit Vlpian. *in l. illud. 16. ff. de manu. vindic.* nec patri libera potestas cum dispendio, sed cum vtilitate liberorum committitur. *l. generaliter. C. de iurisd. iudic.* Bal. *hic ad fin.* & denique commissa administratione non venit donatio. *l. final ff. de curat. furio.* Circa eandem prohibitionem huius text. dubitari potest, an procedat, quando pater alienare velit, transferendo rem in eum, à quo filius eam habuit. Aliqui enim non sine colore putabunt, facilius tunc alienationem permitti, quod suaderi posset ex eo, quod consuluit Paul. quem refert Iason *in l. cum filiusfam. num.* 168. *ff. de lega.* 1. dicens, quod statutum exigens autoritatem cōsanguineorum in contractibus mulierum, non habeat locum, si mulier do- 58

net rem ei qui sibi donauerat, idque magis probat Bauer. *in repet. l. cum filio. numer.* 146. Posset etiam pro hoc adduci gloss. *in l. ea quæ. 58. verb. conuersa, ff. de donatio. inter vir. & vx.* & gloss. similis, vbi Bartol. & Scribent. communiter *in l. si ita stipulatio. 19. ff. de verbor. obligat.* quibus habetur non censeri damnum, si quis amittat lucrum iam quæsitum, quando illud reuertitur ad eum, à quo prouenerat, & ita Iason & plures alij, vt retuli *supra hac parte, num. 52. illat. 6.* Sed contrarium puto verius, imo quod pater administrans bona aduentitia filij non magis possit donare vel alienare in eum, à quo bona prouenerant. Nec enim sustētabilis est opinio Pau. *in d. cons.* vbi nec ipse satis eam asserit, cōtrariumque magis probat Iason *in d. l. cum filio. numer.* 170. quem sequitur Tiraq. *in l. si vnquam. verb. donatione. num* 158. licet in hac re dubitasse videatur. sic etiam idem Tiraq. dubitans *lib. de iure marit. glos. 5. num.* 54. in simili consuetudine citat consilium Paul. Sed tandem *num. 6. in fin.* magis probat contrarium, vt sic solennitas legis vel statuti in alienatione mulieris vel minoris necessaria sit, etiamsi alienatio fiat in eum, à quo res obuenerat: quod suadetur vrgenter ex *l. 2. C. si aduers. donat. & l. si ad resoluendam. C. de præd. mino.* Sed vltra Dd. magis probatur ex text. & eius ratione *in l. 1. §. vlt. ff. de rebus eor.* de quo *superius* latissime diximus. Maxime, quia in hac specie cessant ea, quæ contra decisionem illius text. adducebamus, eius enim rigor tantum notari potest, quatenus loquitur de pacto adiecto in initio cōtractus. hic autem loquimur, quando res libere tradita est filio vel mulieri: & sic dominium perfecte transijt, re nullo modo affecta, aliquo onere obligationis vel reuersionis, facit gloss. *l. 2 in fin. C. de inutil. stipulat. ibi, incipit.* & gloss. *l. seruus. C. de pact.* Ex quo infertur ampliatio ad prohibitionem huius l. Infertur etiam ampliatio ad gl. *in l. 1. §. si quis propter, verb. per in integrū. ff. de itiner. actuque priua. ibi, iam fuerat lucratus.* Iason *in l. non amplius. §. 1. numer. 6. ff de legat. primo.* Rip. *in l. damnum, ad fin. ff. de damn. infect.* vt scilicet etiam in his terminis dicatur damnum, amissio lucri iam radicati, contra plures Scrib. qui glo. illam limitant, vbi lucrum reuertitur ad eum, à quo prouenerat, contra Iason. *in d. l. si ita stipulatio.* contra Tiraq. *d. l. si vnquam, d. verb. donatione, numer.* 156. *& in d. gloss. 5. de iure marit. numer.* 55. & contra alios, quos citat Hisp. Couarru. *lib. de sponsa. 2. part. c. 3. num. 8.* Infertur etiam ampliatio ad *l. regiam, lib 4 tit. 6* & ad similem consuetudinem, quæ viget in multis prouincijs, vt consensus coniugis vel consanguinei, necessarius in alienatione non possit omitti, etiamsi alienetur in eum, à quo res processit: quod confirmatur ex traditis *supra* circa *d. §. fin. l. 1. ff. de reb. eo.* Infertur igitur cauendū esse à generalibus verbis Signo. *cons. 210 num. 7.* magisque à nouissimo Siluano *cons. 56. num. 31.* Non tamen negamus fauorabiliorem esse donationem, vel restitutionem, per quam res reuertitur ad eum, cuius fuit, vt eleganter inquit Lucas de Pen. *in l. 2. col. fina. C. de bon. vac.* & colligetur ex proxime dicendis. Contra glo. vero & communem solutionem *in d. l. ea quæ, ff. de donatio. int. vir. & vx.* melius aduertit Æmil. Ferre. *in d. l. si ita stipulatio.* & ibidem Zas. nec his cōtradicit, quod docte tradit Lusit. Cost. *in repet. §. si arbitratu, pag 57. cum præced.* Ex his infertur apte ad q donationis, 59
quam nostri remuneratoriam appellant, cui innumera specialia tribuunt: quam etiam frequentius separant à nomine puræ donationis. Quæstionis enim esset, an causa remunerandi, pater donare possit de aduentitijs filiorum. Notissimum autem est Ias. de priuilegijs remunerationis latissime scripsisse *in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. & in l. si non sortem. § libertus. ff. de condi indeb.* à quo transscripsit addi. Felin. *in cap. nouit. de iud.* & plenissime tractat Tiraq. *in l. si vnquam. verb. donatione, ex n. 11. cum multis sequent.* Quod autem pater causa remunerandi moderate donare possit, non omnino negauerim, si meritā erga filium vrgeat, maxime iuuante nobilitate & facultatibus filij, arg *d. l. cum plures. §. fin. ff. de adm. tut.* cuius argumento in administratoribus Reipub. id probat Barto. *in l. ambitiosa. num. 3 ff. de admin. rer.* Aretin. *cons. 24. col. fin.* & Ias. *in d. l. ex hoc iure. num. 60. in fin.* & Paul. Castr. *in l. iubemus. §. 2. num. 5. & seq. C. de sacros. eccles.* conducunt quæ tradit Gigas *de pensionib. q. 67.* & Cardi. Paris. *cons. 11. num. 46. lib. 1.* Sed iudicio meo regula negatiua constituenda est,

vt nec

vt nec remunerandi causa pater ex aduentitijs filiorum aliquid donare possit, maxime immobilia, ob fraudem quę committi posset, licet in patre regulariter præsumi non debeat. Quod iuuatur ex litera huius l. indistincte prohibentis donationem, & alienationem: iuuatur etiam, quia regulariter (vt infra patebit) etiam in remuneratione inest liberalitas, quæ patri non permittitur in aduentitijs. facit etiam text. & Bar. *in l. si is cui.* 94 §. *fin. ff. de solu. ibi, quia non est verisimile.* vbi mandatum de soluendis debitis intelligitur de efficacibus, & quæ exigi ab inuito possint. Bar. & Soci. *in l. quib. diebus,* §. *dominus. ff. de cond. & demonst.* Pala. *in Rubr.* §. 65. *numer.* 29. Bart. autem *in d. l. ambitiosa.* (si matu-
† re inspiciatur) tantum loquitur in seruitijs & benemeritis, quæ expensam exigebant: vnde si Respub. vel minor aliquid tunc donauerit, non censetur pauperior fieri, cum aliter de suis facultatibus expendere debuisset. argu. text. notab: *in l. in pup.* 42. *ff. de solu.* de qua l. alibi plene scribo, facit bonus tex. *in l. sed & si lege.* §. *quod autem. ff. de pet. hæred.* Quando autem patri concederetur facultas remunerandi ex aduentitijs filiorum, præsupponi debet, beneficia collata fuisse in personam & vtilitatem filij, non ipsius patris: & tunc remuneratio debet esse moderata, & circumspecta. argumen. text. notab. *in l. illud. ff. de manum. vindic. & l. si bene collata.* 33. *ff. de vsur.* Ad id etiam iuuabunt diuitiæ & nobilitas filij, iuxta ea quæ resoluimus *numer. præced.* quibus attentis, valebit remuneratio patris quasi ex iusta ratione, vt sic obseruetur traditio IC. *in l. filius-fam. il. post princ. ff. de dona.* facit quod notatur ex *l. si hominem.* 30. *ff. mand.* licere ex causa regulam transgredi. Barto. ibi, dicens text. singu. & Iason *in l. nemo potest.* 1. *& 2 lectu. col.* 1 *ff. de legat.* 1. Felin. *in c.* 1.
60 *num.* 49. *de constit.* Extra hunc casum particularem, operæ precium duxi alia discutere circa donationem remuneratoriã: credo enim multa à Dd. nostris iniqua & Reipubl. perniciosa in hoc articulo scripta. Ias. & alij in locis *supra* adductis, maiori studio cumulandi quam discernendi, innumeros effectus tradũt remunerationis: adeo, vt eam fere in omnibus æquare videantur causis onerosis, non lucratiuis, vt etiam congerit Roman *in l. si vero.* §. *de viro. ex num.* 258. *ff. solu. matrim.* Alex & Dec. *in l. si donatione. C. de collatio.* & Hispan. Pala. seu Ioã. Lup. *in Rub.* §. 50. Hispan. Xuar. *l. regni. tit. de lucris seu acquisitis.* 3. *limit. fol.* 16. Socin. *consil.* 66. *lib.* 1. & vbique Scriben. Ne autem æquiuocemus, illud præmittendum est, quod Dd. tractantes effectum & vigorem remunerationis, non tantum loquuntur, vbi præcedunt merita obligatoria, ex quibus dari possit actio vel iudicis officium: sed etiam vbi talia merita sunt, quæ solam gratiam beneuolentiæ euincunt, nec ius aliquod agendi præstant. ita enim colliges manifeste ex Ias. & ijs, quos citat in dictis locis. & late ex Tiraquel. *d. loco.* aperte Panorm. *in Rub. de donat.* Alex. & omnes *in d. l. si donatione.* Roman. *d.* §. *de viro.* Bartol. Imol. Paul. *in l. Aquilius. ff. de donatio.* idem non obscure tradit Bar. *in princip. ff. veter. col. fin. n.* 14. & ita quam plurimi, quos citat Riminal. Iun. (vbi latius quam alibi) *in princip. Institut. de donat. ex nume.* 92. *versicul. negatiuam.* idque significant omnes alibi loquentes de remunerationis effectibus, & de seruitijs etiam filiorum erga parentes, vt omnes tradunt cum gloss. *in Authentic. vnde si parens. C. de inoff. testam.* & aperte Roma. *in d. l. Aquilius. numer* 4. Ex qua conclusione Scriben. inferunt suos illos innumeros effectus remunerationis, suamque opinionem principaliter probant ex iuribus seq. (vt colligitur ex eorum scriptis) 1. *per d. l. Aquilius. ff. de donationib.* secundo, per tex. *in l. si pater.* §. *final. ff. eod.* tertio, per text. *in l. sed & si lege.* §. *consuluit. ff. de petit. hæredit.* 4. per text. *in cap. per tuas,* vbi notat Panorm. *de donatio.* quinto, per text. *in l. idemque.* 10. § *final. & l. si vero non remunerandi.* 12. *ff. manda.* 6. per text. *in l. quod autem.* 8. §. *si vir. ff. de donatio. int. vir. & vxor.* Mihi semper placuit opinio eorum, qui à communi in hoc recedunt: nec dubito eam probãdam à peritis, qui rem hanc mature expenderint. Asserò igitur, vere & proprie donationem etiam liberalem vel gratuitam appellari, quæ fit causa remunerationis, quando seruitia vel merita non præstabant ius aliquod agendi, prout contingit in ijs, quæ fæpe faciunt homines bene morati, pro honore vel vtilitate aliorum. Quam sententiam aperte probat gloss. (cui magis

deferendum est) *in l. donari.* 83. *ff. de reg. iur.* gloss. etiam *in d. §. consuluit. verb. obligauerint.* vbi id dicit esse sine dubio, & ita Dec. & Cagnol. *in d. l. donari*, idemque videntur sensisse antiquiores relati ab Alber. *in l. donari, ff. de donat.* in expositione text. ibi in verbis illis, *nullo iure cogente.* idemque probat Fabian. *in Rubric. Institut. de donat.* & Aretin. *in princ. eiusd. tit. num.* 2. & Imol. *in Rubric. extr. de donat. numer.* 1. hoc etiam magis probare videtur Constanti. Roger. *in l.* 1. *num.* 2. *versicu ego, & in l. Modestinus. num.* 38. *ff. de donat.* & hoc videtur sequi Fulg. *in d. §. consuluit.* dum extollit gl. ibi. idemque videntur probasse in fortioribus terminis Guiliel & Albe. *in l. si tibi pecuniam. ff. si cert. petat* & ibi Bal. 2. *col. vers. quæritur si dono.* licet ibidem contradicat Ias. *ad fin.* Hæc autem sententia probatur. Primo, eo quod recte sentientes talia merita non præstantia ius agendi, resoluunt, non inducere obligationem, esseque modici effectus, vt notat Bart. *in dict. l. ex hoc iure. num.* 12. vbi etiam concludit, idque receptius est, vt proprie non dicatur tunc resultare obligatio naturalis, quam ius nostrū respicit. At si vera essent, quæ Dd. incaute coacetuant, iam non modici effectus, sed multorum, magnorumque effectuum ea obligatio diceretur. Probatur secundo ex eo, quod videmus in iure nostro, donationem regulariter non præsumi absque meritis donatarij, vt inquit Vlpia. *in l. nec adiecit. 9. ff. pro socio. ibi, non sine causa, sed ob meritum aliquod accedunt.* extollit Bald. vt refert Palat. Ru. *in Rep. c. §. 65. num.* 19. quod tamen ita præsuppositum non obstitit iuris cōditoribus, quin donationem liberalem, & gratuitam appellarent, in eaque aliquando multa solēnia exegerint. Quod argumentum mihi efficacissimū ab adolescentia cogitaui, illudque nouissime ex Cumano refert Rimin. *in d. prin. de donat. n.* 91. qui deburisset acquiescere tam solido fundamento, cum tamen postea contradicat, ei non satisfaciens, sicuti nec Cuman. qui illud perstringit *in d. l. Aquilius. numer.* 3. prius autem & clarius idem argumentum formauit Bald. *in l. illud. numer.* 8. *q.* 4. *C. de sacros. eccles.* licet postea parum constans diuersum concludat. Probatur tertio, quia cum notissimum sit, & longe frequentius, homines non donare, nisi ob merita, idque compertissimum erat iuris conditoribus, & ab eis expressum in *d. l. nec adiecit*, impossibile fuisse, viros prudentiss. regulam constituere, & integros tractatus tradere de donatione, eam liberalem & gratuitam appellantes, si sola merita beneuolentiæ contrarium euincere possent, nec fuisset aliquid absurdius vel ineptius, quam pro regula late patente tradere, quod rarissime verificari posset, contra sapientum præcepta, vt *in l.* 3. *& seq. ff. de legib.* facit elegans text. Vlpia. *in l.* 1. *ad fin. ff. si mens. fals. mod. dixe. ibi, vtique enim scit Prætor, & ob mercedem eos interuenire.* quem text. ad alia expendebat (me audiente olim Salmanticæ) rarissimus IC. nobilis D. Velasco meritissime Carolo Augusto, nec non magno Hispaniæ Angliæque Regi Philippo grauissimus, iustitiæque Consiliarius supremus. Probatur quarto, quia ea affectio vel consideratio meritorum, non est potens ad compensandum, nec ad impediendam repetitionem soluti eo respectu, secundum glos. receptam *in l. ex hoc iure, ff. de iustit. & iure. verbo, obligationes.* & Bartol. *in l. si non sortem. §. libertus, num.* 10. *ff. de condit. indeb.* & Dec. *in c. ad nostram. col. fin. de probat.* Couarruu. *in c. cum in officiis. numer.* 10. *de testa. versic. habet.* intelligendo cum Barto. per tex. *ibi in l. si testamento. §.* 1. *ff. de fideiussor.* Probatur quinto ex *d. l. donari. 29. ff. de donat. ibi, nullo iure cogente.* iuncta expositione antiquorum & Alber. ibi, cum enim agamus de meritis iure non cogentibus ad donandum, vel remunerandum, necessarium est dicere, quod donatio sequens liberalitatem continet. quod bene deducit Dec. *in d. l. donari. ff de reg. iur.* Probatur sexto ex eo, quod videmus in iure, eum, cui res aliqua donata fuit, non posse eam libere redonare primo donatori, etiam parenti: sed tunc eandem solennitatem exigi, quæ requiritur in vera donatione. text. *in l.* 2. *C. si aduers. donat.* & text. *in l. si ad resoluendam. C. de prad. minorum.* Quæ iura non parum firmant opinionem Guil. & Alber. contra Ias. & eos, quos ipse sequitur *in d. l. si tibi pecuniam. ad fin. ff. si cert. pet.* Probatur septimo hæc sententia contra communē, quia in confesso est, nec vllo modo

negari

negari potest, homines ex instinctu naturæ moueri ad donandum & benefaciendum liberis, consanguineisque suis: idque *naturale votum & commune* appellant iura, vt *in l. scripto. §. fin. ff. vnde liber. l. nihil. ff. de bon. liber.* Et tamen si parens filio donat, non ideo minus appellatur vera liberalisque donatio, vt per totum *C. & ff. de donatio. & in l. donationes quas parentes. C. de donatio. int. vir. & vx.* Et in sorore nubente dicitur liberalitas quælibet donatio, vt *in l. cum plures. §. final. & l. sequ. §. insoluendis. ff. de admin. tutor.* Ergo ille motus donandi, ex instinctu naturæ, non tollit nomen & naturam veræ simpliciſque donationis: atque ita verius retorquetur & reijcitur argumen. communis opinionis. Probatur octauo vltra omnes hæc sententia ex eo, quod videmus, patronum priuari suo iure patronatus ob ingratitudinem commissam in libertum. *l. qui cum maior. ff. de bon. libert. l. cum patronum. & l. sequent. ff. de iure patron.* Sed negari non potest, quin ius illud patronatus competeret ob maximum beneficium liberto collatum. *l. 1. ff. si quis à parent. fuer. manu.* & sic remuneratio ob merita præcedentia, non desinit regulari vt simplex donatio, & remuneratio quam lex tribuit, prout est ipsum ius patronatus (ob beneficium libertatis) non esset minoris effectus, quam remuneratio hominis, iuxta ea quæ resoluit Alex. *in l. si vir. ff. ad leg. Falcid.* De intellectu tamen text. & gloss. *in d. l. cum patronum.* latius ago *in l. in arenam. C. de inoff. testa.* Facit nono pro hac parte tex. quem Scriben. non satis expendunt (licet ad aliud extollant) *in l. si vero non remunerandi. 12. §. idem Papinia. in fin. ff. mand.* vbi si patronus aliquid donauit liberto: & is postea aliquid patrono dederit, IC. id appellat donationem vere & simpliciter, sicut non præcedentibus meritis. Iuuatur decimo, quia si benemeritus non expenderat de bonis suis, nec actio dabatur ad satisfactionem pecuniariam: necessario sequitur, quod ei postea donatur, liberale censendum, cum de re vel pecunia donata non sit comparatio ad gratiam præcedentem, *d. l. si pater. § fin. ff. de donatio.* In quo Scriben. non sibi constant, quando tandem omnes suam opinionem, & effectum remunerationis restringunt ad valorem benemeritorum, vt per eos *in d. locis.* maxime Tiraq. *d. verb. donatione, à nu. 68. vsque ad num. 74.* Si enim mature aduertas, comperies in his nullam vel difficilimam collationem dari, nec vnquam esset vlla certitudo talis æstimationis. argu. etiam *l. plane. 86. §. fin. ff. de legat. 1.* Quæ ambiguitas & confusio satis indicat, non esse veram communem traditionem, iuxta *c. erit autem lex. 4. distinctio.* Comprobata sic hac sententia 61
gl. & paucorum contra communem, nõ obstant quæ pro communi adducuntur. Et primo text. *in d. l. Aquilius. ff. de donat.* qui pro communi principaliter allegari solet, circa quam l. prius aduerte, literam varie haberi in libris antiquis. in multis, *ad Nicostratum prætorem.* in alijs, *præceptorem.* At in Pandectis Florentinis legitur *Rhetorem*, vt constat ex libris emendatis. Idemque admonuit Alciat. *lib. 2. Parerg. cap. 49.* cuius inuestigatione verior videtur ea litera, vt tamen intelligatur scriptum à Regulo ad Nicostratum Rhetorem, qui scribentis præceptor fuerat. Quo præhabito arguunt Scriben. ex verbis illius l. ibi, *non meram donationem esse, verum officium magistri, quadam mercede remuneratum.* Et inde colligunt, donationem remuneratoriam non egere insinuatione, nec proprie *donationem* appellari. Cui argum. respondet gl. *ibi, verbo, mercede.* quam ibi sequitur Roger. & prius Cuman. quod eo casu agebatur de mercede debita, ad quam competebat ius agendi, & ita Dec. *in d. l. donari. ff. de reg. iur.* Quæ interpretatio sustineri potest, sed †
mihi non omnino videtur congruere literæ, quia præsupponit mercedem suo tempore solutam non fuisse: atque ideo tempore donationis debitam extitisse, quod diuinatoriũ est. Videtur etiã repugnare litera, dum tandem IC. ibi *donationem* vocat, & Nicostratum benignitate quadam tuetur, quasi non ex obligatione efficaci. Potest tamen aliter responderi, ibi tãtum dubitari de tempore post mortem Reguli scribentis ad Nicostratum, vt glo. & Scrib. fatentur. nec tex. aperit, quis mouebat controuersiam donatario, nec fundamentum cõtrouersiæ. Vnde manet in ambiguo, cur IC. ibi prætendat causam magistri & remunerationis, possetque conijci hæredes Reguli donatoris forsan allegasse, quod

habetur *in l. Lucius. eod. tit.* de qua opponit glo. & Dd. ibi. & tunc inducitur causa remunerationis ad præsumendam mentem donantis, & ampliandam donationem, ne finiatur morte donato-
† ris, vt finitur *in d. l. Lucius.* tunc autem remuneratio non transgreditur iuris regulas, sed ex ea plenius interpretatur IC. voluntatem donantis. Nec ex causa illa meritorum præceptoris facile ad alias trahenda erat, cum præceptor parenti æquetur & patrono, secundum glo. *in l. liberto, antepen. ff. de obsequi.* tradit Cagnol. *in l. 2 §. fin. numer. 592. ff. de orig.*
† *iur.* Similiter cum IC. ibi non satis causam aperiat, posset conijci (vltra gloss. & Dd.) quod donatario obijciebatur minor ætas Reguli donantis, quem IC. iuuenem appellat, vt patet ex initio l. Sed cum Regulus videatur vt nobilis ibi nominari, & donatio præceptori bene merenti collata fuerit, eam sustinet IC. vt alibi in simili habetur *in l. cum plures. §. fin. ff. de administra. tutor.* de qua *supra.* Id autem maxime, quia ibi non dabatur res perpetuo, sed facultas habitandi ad vitam, vt constat ex litera. id etiam non in totis ædibus, sed in parte non magna: & sic multa concurrebant pro sustinenda ea donatione. Tandem contra Scriben. est aduertendum, quod IC. ibi eam donationem appellat, licet causam fauoris pro ea adducat, necvllo modo de insinuatione sentit, quia & qualitas donationis satis indicat ibi, non potuisse insinuationem exigi, præsuppo-
† nendaque erant ibi alia, quæ necessaria essent ad validitatem actus, iuxta *l. qui testam. ff. de testam. ibi, si nihil aliud eos impediret.* quod sæpe Deci. aduertit, & sic nullatenus probari potest communis interpretatio & allegatio illius l. circa insinuationem, de qua nullum verbum in litera Dum autem Alci. *d. loco* contendit, non posse stare literam *prætorem.* idem ostendit prius Cuman. *in ead. l. Non obstat, l. si pater §. fin. de donat.* quem Scribent. & ibi & vbique frequentissime citant, & intelligunt, vt donatio facta ob bene merita non reuocetur ex ingratitudine sequuta, ad quod illum §. extollunt Scrib. ibi & alibi communiter, vt per Iaſ. *in d. l. ex hoc iure. num. 54.* Pala. seu Ioan. Lup. *in Rub. de donatio. int. vir. & vx. §. 1. num. 5.* Tiraq. *d. l. si vnquam. verb. donation. num. 12.* & vltra eos Boer. *decis.* 27. Fortu. *in l. 1. §. ius naturale num. 62 ff. de iustit. & iur.* Roma. *consil. 126. num. 8.* Curt. Sen. *consil. 6. num. 2.* & Thomas Grammat. *decisio. 65. num. 24.* Gozadin. *consil. 5. num. 10.* Ad hoc etiam Scriben. omnes notant glo. eam ita intelligentes *in l. fin. verb. inuentatur. C. de reuoc. donatio.* Ego contrarium puto verius (vt *inf.*) & tex. †
in d. §. ab hinc multis annis (non viso Cuma.) intelligebam accipiendum, quando à principio conuentum fuit inter duos, vt alter à periculo alterū liberaret, is autē certā summā vel rē liberāti præstaret. tunc enim traditio rei vel summæ postea fit ex necessitate præcedētis conuentionis, non simplicis, sed ex causa, & ita ibi intelligit Cuma. cui hoc tribuit Riminal. *in §. 1. num. 478. Instit. de donat.* Sed posteā aduerti ita in eodem §. sentire glo. dum ante Cuman. pro concordanti citat casum *l. metum. 9 § sed licet. ff. quod metus caus.* & sic intelligit dict. §. iuxta terminos. & *d. §. sed licet.* At longe apertius ita intelligit gloss (quam Scriben. ample expendunt) *in d. l. fina C. de reuoc. donat.* quæ significat *in d. §. si pater.* præcessisse conuentionem mutuam, donatumque vel solutum fuisse ob causam, vt alibi *in l. hoc iure. §. fin. ff. eod.* Eaque interpretatio tunc probatur, quia in illis terminis alter factum, alter dare respectu facti promittit. & sic non est simplex donatio, iuxta iuris principia, & verba *d. §. sed licet.* vbi etiam glo. citat *d. §. d. l. si pater,* quasi vtrumque in eisdem terminis intelligat. Quod autem liceat accipere præmium ob talem causam liberandi hominem à periculo, ad illum text. tractat Deci. *in l. culpa caret. ff. de regul. iur.* idem Deci. *in cap. 1. col. 3. num. 7. de offic. de leg.* Similiter de illo text. vide Afflict. *decisio. 149.* & Dec. *cons. 691.* quorum dicta conducunt ad *l. nam & Seruus. 22. ff. de negoc gest.* de qua etiam agit Hispan. Couarru. *in lib. de spons. 2. par. cap. 3. §. 4. num. 14* Sed penitissime inspecta litera d. §. videtur repugnare interpretationi gloss. & Cuman. non enim significant verba text. præcessisse conuentionem aliquam, magisque innuere videntur, quod post periculum is, qui opera alterius euaserat, eidem remunerandi causa donauit. & forsan IC. ipse significat illud speciale ob maximum discrimen vitæ, cui se exposuit is, cui postea donatum est: rarissimum namque erat

tale

tale beneficium ad alia merita non tra-
† hendum. Quod iuuatur ex *l. etiam* 15. §. 1. *ff. de manum. vind.* facit notabile exemplum adductum ab Hispa. Palat. *in Rub.* § 32. *num* 8. & §. 1. *num.* 24. *vers. simile facinus.* Ingens etiam fundamentum huius specialitatis sumi potest ex eo, quod habetur in sacra pagina, de aqua cum periculo vitæ adducta sitienti Regi Dauid, *li.* 2. *Reg. c.* 23. in his enim exemplis, non autem in alijs meritis, congruit ratio text. *in d.* §. *ibi, merces enim laboris eximij appellanda est; quod contemplatione salutis, certo modo æstimari non placuit.* Vt sic *salutis* verbum in eodem §. non solum referatur ad salutem remunerantis, sed etiam donatarij: quocunque autem modo intelligas tex. illum, non est sustentabilis communis allegatio, dum Scriben. eum trahunt ad alia merita non eximia. Aliter etiam ad illum tex. respondebat Molyn. *infra* citandus 17. *illatione.* Nec obstat text. *in d.* §. *consuluit. l. sed & si lege.* cuius inductio pro communi opinione fit ex vltimis verbis tex. ibi, *& velut genus quoddam hoc esse permutationis.* iunctis præcedentibus, *ibi, ad remunerandum naturaliter obligauerit.* Sed gloss. ibi videns ea verba, non dubitauit dicere vere donationem censendam, quæ fit causa remunerandi, quasi ea verba text. huic sententiæ non obstent, cum Dd. illum vt expressum pro communi opinione adducant. Prog. igitur (quam Fulg. ibi extollit) puto contra Scriben. magis retorquenda verba d. §. cum in effectu IC. ibi locupletiorem dicat eum, cui causa remunerationis donatur. & ita se habet decisio tex. dum astringit eo casu possessorem hæreditatis, quasi locupletiorem: idque ex decisione deductum magis attendi debet, quam alia verba ornatus causa obiter prolata. argu. glo. *l. vnic. C. quando non peten. par.* Et denique IC. ibi aperte tradit, donatarium quantumcunque benemerentem non censeri debitum recipere, sed lucrum consequi, contra Scriben. omnes. Aduerto etiam, quod IC. in d. §. nihil generaliter tradit ad donationem remuneratoriam, nec eam separat à simplici, nec ob remunerationem frãgit aliquam iuris regulam, potiusque in specie, de qua ibi dixerat IC. bonæ fidei possessorem, hæreditatis ad alium spectantis, non teneri, nisi quatenus locupletior inuenitur: ideoque releuari ab ijs quæ alicui donasset: tunc autem subdit, *quod si is, cui possessor ex bonis hæreditarijs donauit, eidem remunerando aliquid donet, tenebitur possessor in id, quod accepit, vero hæredi*: satis enim est bonam fidem efficere, ne teneatur de iis quæ donauit, non autem lucrari debet cum alterius iactura, vt colligitur ex *l. senatusc.* 31. *ff. eod. de petit. hæredit.* & in simili inquit text. *in l. assiduis. ad fin C. qui potior. in pign. habean.* Tandem *in dict.* §. *consuluit.* non agitur de remuneratione pecuniaria alicuius meriti ex facto beneuolo, sed de compensatione alterius donationis præcedentis: & sic de re ad rem, seu de precio ad precium, non vt vulgo male citatur. Nec obstat tex. *in d. ct. l. si vero non remunerandi, &* §. *fin. l. præced.* quæ iura non sine colore pro communi opinione adducuntur: habet enim IC. *quod si fideiussor non soluit pro debitore, sed creditor ei remisit debitum, distinguatur, an id fecerit creditor principaliter gratia donationis, & non possit fideiussor à debitore petere: Si autem creditor causa remunerandi fideiussori debitum remiserit, tunc fideiussor petere posset à debitore, ac si pro eo soluisset.* Hæc distinctio IC. Scribent. decepit, non aduertentes, eam decisionem tantum respicere materiam quæ ibi tractatur, pendereque à mente creditoris debitum remittentis: non enim IC. negat veram esse donationem, quam creditor tunc fideiussori facit, sed ex ea remuneratione præstat fideiussori actionem contra debitorem, quia alias eluderetur mens creditoris, qui remunerãdo fideiussori voluit, vt ei daretur actio in debitorem, ac si ei à fideiussore solutum esset: aliter enim sine effectu maneret remuneratio creditoris: nec debitori vlla fit iniuria, fieret autem creditori, si eius voluntas in re sua frustraretur. tunc igitur in illa remissione creditoris occultatur alius actus donationis vel cessionis fideiussori in debitorem. argum. *l.* 3. § *fin. ff. de donat. int vir. & vx.* Id autem benemeritis condonabimus, vt ex ijs talis mens præsumatur in creditore remunerante, talisque resultet effectus ad commodum fideiussoris. Atque ita apparet, in ijs iuribus non esse quæstionem inter remunerantem & recipientem, quæ nostra inspectio est, sed est quæstio inter acci-

pientem causa remunerationis, quo ad diuersam personam: estque ibi alius effectus, pendens à diuerso fundamento, in quo contra Scriben. satis ostendit text. veram esse donationem, quo ad accipientem, causa etiam remunerationis. Minus obstat text. *in d. l. quod autem. 8. §. si vir. ff. de donatio. int. vir. & vx.* vbi Vlpian. inquit, compensationem donationum fieri, si vir & vxor inuicem sibi donauerint, quod responsum incaute citant sæpissime Scribent. in eodem proposito donationis remuneratoriæ, quasi ea donatio inter coniuges valeat. Et ita illum tex. not. Bart. *in l. si diuortio. numer. 4. ff. de verbor. obligat.* & plures grauiss. Dd. quos citat Iason *in dict. l. ex hoc iure num. 55.* & ita secure Pala. seu Ioan. Lup. *in rep. Rub. §. 50. numer. 1.* & Socin. *consil. 66.* maxime *num. 12. lib. 1.* vbi id ampliat. & ita Pyrrhus post consuetu. Aureli. vbi circa *d. l. quod autem.* separatim scribit: & ita cum viris magni nominis tradit Panorm. *in cap. cum in ecclesia. num. 4. de simon.* dicens, ob fidele vxoris seruitium, valere statim donationem ei viro factam: quod sequitur Palat. *in Rubr. § 32 num. 8.* & ita illum tex. citat Corras. *in d. l. frater à fratre. in princ. num. 32.* & Ioan. Hannib. *in Rub. ff. solu. matri. num. 335.* Sed prædicti viri alijque magni nominis multa in hoc pernicioſe scripta reliquerunt. Interim vero respondeo tex. illum non obstare, quia loquitur de donationibus mutuis, † in quibus terminis si recte attendas, omnia paria sunt inter coniuges ita sibi inuicem donantes, diuersaque sunt donatio remuneratoria & reciproca, vt melius ad illum text. sentire videtur Tiraquel. *in dict. l. si vnquam. verb. donatione. ex num. 94.* licet ad Dd lapsum non aduertat. Quod etiam colligitur ex Cyn. & Paul. *in l. si pater puellæ. in fin. C. de inoff. testam.* & ibi Ias. *num. 2.* Addoque manifestam esse rationem differentiæ inter eas donationes, quia opera & seruitia inter coniuges omni iure & ratione debentur, ideoque ob fidelitatem vel beneuola ministeria iure debita, non potest sustineri donatio rei vel pecuniæ coniugi facta contra iuris prohibitionem, argu. optimi tex à contrario sensu. *in l. vtrum turpem 107. ff. de verbo. oblig. & l. fin. ff. de condict. ob turp. cau.* Et mirum est in simili hoc dicere Scribe. sibi repugnantes, vt colliges ex Rip. *in d. l. si vnquam, q. 14. numer. 30. vers. 2.* Item ad eundem *§. d. l. quod autem*, responderi potest cum Ias. *in d. l. si pater puellæ. numer. 7.* vbi cum Roman. intelligit dict. §. quando simul eodemque tempore fiunt mutuæ donationes inter coniuges: & ita Tiraq. *in d. loco, numer. 100. cum seq.* ne obstent alia iura, quæ ibi citant. & secundum hoc retorquetur tex. ille contra Scribent. Similiter ad eundem text. est aduertendum, non recte eum indistincte citari ab ijs, quos *supra* retuli, & à pluribus alibi: debet enim suppleri & distingui ex eodem Vlpia. *in l. cum hic status. 33. §. quod ait, ff. eod.* vbi Fulgos. id aduertit. Et ex Nouioribus ad illa iura eleganter agit Aymon. *consil. 51.* vbi videbis etiam mutuas donationes inter coniuges non indistincte sustineri, vt magis caueas à vulgari obligatione. Tandem circa illum §. aduerto, quo vbi coniuges inuicem sibi æqualiter donant, potuit sustineri mutua donatio, quia cessat ratio prohibitionis, cum neuter coniugum tunc fiat pauperior, vt colligitur ex legibus eiusdem titul. & ex illo tex. Cauebis à pau. Castren. *in l. pupillo. ff. de solution.* qui contra eum loqui videtur. Nec obstat text. *in cap. per tuas de donatio.* quem adducunt Dd. pro communi sententia, quam specifice ex eodem textu colligit Panor. *ibi & in Rubric. eiusd. tit.* eumque ad varios remunerationis effectus incaute trahunt Scribent. in varijs locis, maxime Ias. *in d. l. ex hoc iure. numer. 60.* & Gigas *de pensio. q. 68.* Tiraq. *dict. verb. donatione. num. 25.* Palat. Paris. & aliquos citaui *supra numer. 59. & num. 60. in princ.* Respondeo enim, quod in dict. c. concurrunt duo † maxime aduertenda, parum à Dd. expensa. Primo, quod ob seruitia & benemerita res ibi non in totum donatur, nec prorsus alienatur, sed in feudum cõceditur, atque ita manet directum, maiusque dominium penes ecclesiam cum vtilitatibus, quæ ex vasallis & clientulis habentur. Secundo, ibi concessio fuit autoritate summi Pontificis, vt patet ibi, *de mandato Alex. Pap.* Et sic magis retorqueri videtur tex. ille contra Scrib. cum eo casu accesserit autoritas supremi principis, quia nimirum si actus validetur, iuxta *c. 1. de transact. l. digna vox. C. de legib.* de illo text. videndus etiam est Be-

rous

rous *in c. consensu. n. 8. & seq. de rebus eccle.* Ex prædictis satisfit iuribus pro communi opinione adductis: ad alia autem, quæ obijci possent, respondebitur ex resolutione, quam *supra* scripsi, *numer. 60. vers. mihi semper.* est enim aduertendum, an talia sint merita, ex quibus resultet ius agendi: & tunc saluaretur cõmunis opinio, vt donatio remuneratoria dicatur quædam compensatio. Sententia autem, quam defendimus contra communem, procedit (vt dixi) vbi ex bene meritis ius agendi non competebat, in quo Scriben. vbique labuntur. Et in terminis, in quibus salua communis opinionis ratio est, quia donans se ipsum liberat ab obligatione, qua tenebatur: & sic non videtur sponte, nec liberaliter dare, iuxta definitionem Papiniani *in d. l. donari. ff de don.* repetita in *l. donari. ff de reg. iur. vt supra.* Facit etiã doctrina Bart. *in l. 2. ff. de cond. & demonst.* quod quilibet censetur facere actum, respectu obligationis qua tenetur: nec dicitur voluntarie agere, qui cogi posset, text. & Bal. *in l. nouissime. ff. quod fals. tuto.* Dec. *in cap. cum M. num. 34. de constit.* quam resolutionem bene sensit Constã. Roger. *in l. Modestin. num 38 ff. de don. &* 62 *in l. 1. numer. 181. ff. eod.* Ex quibus multa vtiliter inferuntur. Primo ex hac differentia & resolutione infertur, si quis gessit negocia alterius, & de suo expendit, taliter quod de iure sibi competat actio negociorum gestorum, vel mandati: & is, quem conuenire poterat, illi donauerat pro meritis, dicetur magis compensatio, quam donatio, nec oportebit obseruare solennia donationis. Infertur secundo idem dicendum, vbi quis alteri seruitium vel operas præstitit in ijs, quæ precio vel salario fieri solent, vel ipse sine precio facere non solet, iuxta doctrinam Bald. *in l. 1. C. manda.* tunc enim remuneratio domini non censebitur iure donationis, sed mercedis solutio. Infertur tertio idem fore in ijs, qui itinera susceperũt, & seruitia operasque præstiterunt Magnatibus, Episcopis, & Monasterijs agendo eorum negocia: tales enim operæ obligant eos, quibus fiunt: & cum ex illis detur actio, non potest censeri donatio, quod pro ijs remunerandis præstatur, & ita intelligetur Barto. *in l. ambitiosa. num. 4. ff. de decret. ab ordi. facien.* Infertur quarto, in prædictis terminis non esse necessariam autoritatem supremi principis, in ecclesiasticis vel secularibus, sufficereque autoritatem ordinariam mutuæ conuentionis, quod est notabile *ad d. ca. per tuas, de donat. & l. cum plures. §. fin. de administr. tut.* Infertur quinto, in ijs terminis posse procedere, quod dici solet, non esse tunc necessariã insinuationem, nec donatum reuocari, sequuta ingratitudine, cum ea causa verius censeatur onerosa, quam lucratiua, iuxta obligationem & ius meritorum, secundum Scrib. *in d. l. Aquilius. & in l. si donatione. C. de collation. & alibi* sæpe, vt per Iaſ. Tiraq. Rip. vbi *supra.* Infertur sexto ex secunda parte contra communem, vbi ex meritis non competebat ius agendi, quod præstatur ab eo, in quẽ collata sunt, donationem censeri, ideoque necessariam esse insinuationem, si donatum excedat legitimam quantitatem, contra vulgarem communemque opinionem *supra* confutatam cõtra Fulgos. *in d. l. ex hoc iure. num. 16.* & contra innumeros ibi citatos ab Iaſ. *num. 53.* & à Tiraq. *d. verb. donatione, num. 44.* Sic ampliata *l. sancimus. C. de donat.* quæ aliter quotidie fraudaretur, quicquid inuoluat Aufrer. ad Capel. Tholos. *q. 381.* & Petru. *in l. 1. num. 180. ff. de iure iuran.* Nec contrarium voluit gl. male à Dd. notata *in d. l. Aquilius.* & hoc videtur probare Riminald. *in §. 1. nu. 475. Instit. de donat.* contra id quod dixerat *in princ. num. 129. eod. tit.* Infertur septimo, donationem remuneratoriam talium meritorum, ex quibus non competebat ius agendi posse reuocari sequuta ingratitudine. Sic ampliata *l. fina. C. de reuoc. don.* contra communẽ nec contrarium voluit glo. ibi à Scriben. male intellecta, vt *supra* deduxi. In quo cum alijs labitur Roger. *in d. l. si pater. §. 1. ff. de donat.* Infertur octauo, quod vbi merita fuerint tantum ex fauore præstito alicui coram principe, vel simili beneficio in Aula Regia, licet hæc in perniciem Reipub. sæpe vendi soleant, cum tamen vendi non debeant, nec ex ijs actio detur: omne quod remunerandi causa tunc donabitur, iure simplicis donationis censebitur: vt enim gratitudo & memoria honoris, beneficijve suscepti laudabilis est, ita etiam naturali humanitate gratis beneficio hominem afficere homo debet. arg. text. & gl. *l. seruus. §. de seru. expor.*

Hic

Hic omitto acerbam illam sanctionem aulicam *l.vnic.C.de suffrag.* quam contra antiquiores, melius interpretantur Noui ores ex Historijs & Latinæ linguæ cognitione, vt per Alciat. *lib. 2. Parado. cap.14.& in l. sponsio, ff.de verb.signif.* Zas. *in l.2.* & ibi Cagnol. *nu.314. ff.de orig. iur.* Andr.ab Exea. *de pacl.pag.203. in 26. fallet.* & Tiraq. *de nobilit.cap.2 numer.25.* & Carond. *lib.1 verosimil. cap.4. in fi.* Conna. *lib.5.cap.8.* Infertur nono contra Scrib. regulariter donationem in terminis etiam remunerandi, non valere inter coniuges, secundum *supra* deducta: alias enim elusoria redderetur prohibitio iuris, totusque tractatus de donationibus inter virum & vxor. nec vnquam deesset probatio meritorum vel seruitiorū, quæ Scrib. inaduertenter sufficere tradunt. Quæ enim fides, quodve seruitium coniugi non debetur? facit *l.aduersus. C. de crim.expil.hared.* & illud Corneliæ ad Pompeium apud Lucan.

Credisne aliquid mihi tutius esse,
Quam tibi? nonne olim casu pendemus ab vno?

Infertur decimo, non recte respondisse doctiss. Soci. *cons.66. lib.1.* maxime *numer.* 12. dum sustinebat donationem coniugi benemerenti factam: idemque volebat etiam vbi merita venissent à consanguineis coniugis, cui donatur: quod absurdius & iniquius esset, magisque destrueret leges *tit.de donat.int. vir.& vx.C.* & *ff.* Infertur vndecimo, verius dicendum contra Scriben. regulariter non valere donationem remuneratoriam patris in filium famil. raroque vel nunquam verificari posse, quod communiter nostri tradunt eum gl. *in Auth. vnde si parens. C. de inoffic.testa.& in l. si donatione. C.de collatio.* & alij vbi *supr.* & *alibi* sæpissime. Finge enim quæcunque seruitia, obsequia, curationes in infirmitatibus, totum id, quicquidve maius excogitari queat, parentibus debetur, *l.veluti. ff.de iustit.& iur l. filia tua.C.de patr.potestat.* vnde succedit reg. *d.l.vtrum turpem. ff. de verb.oblig. l. fin. ff.de condit.ob turp.caus.* vt caueas à vulgari opinione, in qua cum *supra* allegatis est laso. *in l. frater à fratre, in lect.& repet.col.pen.* & Alciat. *reg.1. præsumpt.16.& 30.* Hoc autem aduertisse videtur Lancel. Polit. vir ingeniosus *in l. filium habentem. num.132. C.famil. erciss.* quem retulit Tiraq. *in d.l. si vnquam, dict. verb. donatione. num.20.* quibus addo Salycet. *in l. filiæ cuius. nu.11. C. famil. erciss.* quem sequitur Ioan. Rip *in l. fœminæ. nu.41 C.de secun. nupt.* vbi melius sentiunt quam vulgariter in hoc dici solet. Facit illud Aristot. *lib.8. Ethicor. ad fin.* Neminem parem gratiam parentibus referre posse tradit Conna. *lib. 9. cap. vlti. ad fin.* Infertur duodecimo, quod vbi merita præcedentia non præstant ius agendi, non magis teneatur donans de euictione, quam in donatione spontanea: sic ampliata regu. *l. Aristot. §. fin. ff.de donat.* contra Scriben. communiter, cum quibus Alex. *tbi ad Bartol.* idem Alexan. *cons. 47. lib.3* Boer. *deci. 67. nume.1.* Gozadi. *cons.60.* Iason *in d.l. ex hoc iure. nume.68.& alibi* sæpe Scriben. Infertur decimotertio, quod si famulo vel agenti negocia, soluitur salarium conuentum, quicquid vltra datur, etiamsi digne ob fidelitatem diligentiamve detur, censebitur iure simplicis liberalisque donationis, contra mentem omnium fere Scribent. in proposito. Fidelitas igitur & diligentia digna est remuneratione. sed vbi conuentum salarium soluitur, si quid vltra detur, necessaria erunt solennia veræ donationis; licet enim honeste tribuatur liberalitatem continet, vt inquit IC. *in l. cum plures. 13. §. fin. ff.de administrat. tuto.* quod vtile est contra insidias eorum, qui eo respectu plura extorquent à minoribus & monasterijs: maxime, cū fides & diligentia iure debeatur in famulis, nec sine culpa flagitiove omitti possit. Satis igitur est illis fauere, & remunerationem tunc honestam laudabilemque censere, non tamen vt liberalitas in remunerante negetur: facit illud Apostoli: *Contenti estote stipendiis vestris.* Infertur decimoquarto, quod cum subditi fidelitatem Principi suo debeant similiter & patriæ, si forsan pro honore Principis, vel defensione patriæ, pericula subierint, fortem fidelemque operam præstent, digni quidem erunt remuneratione, vt eleganter inquit Imperator † *in l. fin. C. de præpos. agen. in reb. & in l.1. C. de priui. eorum, qui in sacr. pal. milit. lib. 12.* & tex. notabil. *in l. cum nauarchorum. C. de nauicular. seu naucler. lib.11.* Quod obseruabat antiqua Romani Senatus prudentia, omnisque Respubl. bene instituta, qualis est excellentiss. Venetorum Principatus. Tunc enim remuneratio

fauo-

fauorabilior erit, sed à nomine donationis non separabitur, ideoque donatum à Principe pro seruitijs, non minus reuocari poterit sequuta ingratitudine vel infidelitate vasalli contra ea, quæ ex scriptis Dd. colligi possent. Infertur decimoquinto ad donationes Regis Henrici Castellæ, quæ immensæ fuerunt, & postea limitatæ, vt ad Coronam Regiam redirent, donatario sine liberis decedente, vt tradit Hisp. Xuar. *in q. matora. fol.* 190. *col.* 4. & in simili apud Lusitanos habet l. Regia, quam *mentalem* appellant, *lib.* 2. *ordin. tit.* 17. refert enim Hisp. Pala. *in d.* §. 50. *nu.* 6 dixisse Aduocatos quosdam eam modificationem non valere in donationibus ob seruitia & merita factis, arguentes tantum ex effectibus remunerationis. Ego autem tale fundamentum nihili facio, per ea, quæ hic maturius discussa videntur: arguendumque potius foret ex reg. *l. perfecta. C. de donat. quæ sub mod.* Infertur decimosexto generalius, non esse iuridicum, quod plures tradunt, donationem Principis ob benemerita nunquam reuocari posse etiam ex causa, idque exemplificant in priulegijs & concessionibus officij, terræ & iurisdictionis. Bal. *in l. si cum mihi. ff. de dolo.* Iason *in d. l. ex hoc iure. num.* 54. Tiraq. *d. verb. donatione. num.* 13. Palat. vbi *supra d.* § 50. Anton. Capyc. *decis.* 121. *num.* 15. *cum seq. & decis.* 166. *num.* 3. & Tho. *decis.* 65. *nume.* 24. quod etiam probat Felin. *in cap. nouit. 6. col. de iudic.* Afflict. *in cap.* 1. *num.* 24. *de natura feud.* Ego autem verius puto, causam mentorum parum vel nihil facere, si præsupponas modificationem donationis, potest à Principe fieri ex causa iusta, vt lege generali, qualis est apud Lusitanos lex Regia *lib.* 1. *tit.* 76. *& d. lib.* 2. *tit.* 17. De potestate enim & iustitia Principis legem condentis, etiãsi videatur reuocare vel restringere quod dedit, dubitandum non est, vt notat Bal. *in l nupta. ff. de Senator.* Afflict. *d. c.* 1. *nu.* 25. proxime citato. Sic etiam extra legem, vbi ex iusta causa reuocat, id enim iure licet non obstantibus beneméritis, iuxta text. *in cap. suggestum. de decim.* facit *l. Lucius* 11. *ff. de euict. l. item si verberatũ.* 15. §. *item si forte. ff. de rei vendic.* Bartol. *in proœm. ff.* Cyn. & alij *in l. fina. C. si contra ius, vel vtil. publi.* quod receptum fatetur Thom. vbi *supr. nume.* 29. *cum seq.* tradit Afflict. *lib.* 3 *feud. titu. quæ sint regal.* § *potestas num.* 26. & melius idem Afflict. *eod. lib. sub tit. de Capitan. qui cur. vend. ex num.* 56. *fol.* 105. Ex causa enim reuocantur decreta & conuentiones Reip. & alia, quę regulariter irreuocabilia essent. *l. quod semel. ff. de decre. ab ordin. faci. ibi, nisi ex causa.* dicit singul. Iason *in l. Barbarius. num.* 34. *ff. de offic. prætor.* tradit idem Iaso. *cons.* 1. *lib.* 1. Alex. & add. *cons.* 101. *num.* 7. *lib.* 1. Ruin. *cons.* 229. *ad fin. lib.* 1. platea. *in l. vacuatis. ad fin. C. de decur.* Afflict. *in constit. lib.* 1. Rube. *num.* 2. Probatur hoc, quia fere nunquam Principes talia concedunt, nisi ob benemerita. vnde si reuoca. vel modificatio restringeretur ad donata absque meritis, inanis redderetur lex Regia, frustratoriusque iussus Principis, quod non est dicendum. Sine causa autem iusta regulariter reuocari non potest Principis donatio, cum nec priuatus possit, *dict. l. perfecta. C. de donation. quæ sub mod. & l. final. C. de vsucap. pro donat. cap. verum. de condi. appos.* quod Dd. non aduertunt, præposterè in hac re distinguentes: in quo etiam cum Isern. labitur Afflict. *lib.* 1. *constit. Neap. Rubric.* 47. *num.* 4. debuissentque Scrib. in proposito potius dicere, quod si princeps ex causa etiam iustissima sine demeritis possidétis reuocet donatum, debeat æquiualenter satisfacere, vt eleganter inquit Innocent. *in cap. nisi cum pridem. colum.* 1. *in fin. versic. nos dicimus. de renuncia.* tradit Felin. *in c. quæ in eccles. num.* 28. *de constitu.* Iaso. *in d. l. final. C. si contra ius, vel vtil. pub.* Alex. *cons.* 151. *lib.* 6. Afflict. *in prælud. constitu. quæst.* 4. *num.* 7. *& in d. titu. de capita. qui Cur. vend.* §. *similiter. num.* 19. *cum multis seq.* & alibi sæpissime Scribẽ. Infertur decimoseptimo ad quæst. feudi concessi ob benemerita, quod Dd. *in d. locis* communiter dicunt, reuocari non posse ex causa ingratitudinis, nitentis erronea opinione, quam *supra* satis superque improbauimus: melius enim contrarium scribit Molyn. *in consuetud. Paris.* § 30. *quæst.* 25. *num.* 100. vbi non assequitur verum sensum IC. *in d. l. si pater.* §. *primo. ff. de donat.* Infertur decimooctauo, quod donans etiam causa remunerandi, iuxta terminos *supra* notatos, non magis teneatur vltra quam facere possit. sic ampliata *l. inter eos.* 19. *vers. is quoque. ff. de re iud. l. Diuus Pius. ff. de reg. iuris.* Idemque dicendum est ad text. *in l. ad res donatas, ff. de ædil. edict.* vtrumque

que vero contra Roman. Alexan. & alios, quos sequitur Iaſ. *in d.l. ex hoc iure. numer.* 67. & Tiraq *d.verb. donatione. nu.* 51. Infertur decimonono ad donationem à filio factam patri tempore emãcipationis, vt scilicet insinuari debeat, si legitimam quantitatem excedat, † quamuis remuneratoria videatur, quasi ob beneficium manumissionis: quo colore deceptus, contrarium scripsit Bal. *in l.* 3. *inf. eodem.* & ibi Paul. *num.* 5. Corn. *nu.* 3. & Crot. *in l. frater à fratre. n.* 130. Bald. *in l. illud.* 3. *quæst. nume.* 47. *C. de ſacroſ. eccleſ.* Quorum opinio nullo iure probatur, fraudibusque occasionem præstaret, facile enim adolescentes illaquearentur causa emancipationis, nec est iuridica comparatio libertatis ex emancipatione, ad satisfactionem pecuniariam, iuxta *l. filius famil. §. ſecundum vulgarem. ff. de leg.* 1. quod *ſup.* latius probauimus, *in prima parte.* & ita diluuntur obiectiones Scribent. nostraque sententia satis probatur ex *l. data. C. de donatio.* si litera expendatur. Infertur vigesimo ex prædictis magna comprobatio, ‡ ad opinionem Guil. & Alber. *in l. ſi tibi pecuniam. ff. ſi cert. pet.* vbi idem sequitur Bald. *colum.* 2. vt donans ei à quo prius aliquid accepisset, possit ob ingratitudinem donatum reuocare, cõtra Iason. *ibi ad fin.* & magis contra Tiraq. *d. verb. donatione. num.* 15. qui ex vulgari errore putabat Guiliel. & Alberic. loqui contra text. *in d.l. ſi pater. §. final. ff. de donatio.* quẽ *ſup.* melius explicauimus, & hanc opinionem comprobauimus *num.* 60 *verſic. probatur* 6. Infertur vigesimoprimo, contra Roman. aliquos inaduertenter scribentes, posse minorem donare sine decreto, etiam immobilia causa remunerationis, contrarium enim manifeste probatur ex *l. ſecunda. C. ſi aduerſ. donatio.* Et sic caueas ab ijs, quos citat Tiraq. *d. verb. numer.* 27. Nec in ijs terminis erat dubitandum, quia licet benemerita inducerent causam, non tamen excusabant decretum, secundum iuris principia, vt ita cesset dubitatio Iaſo. *in d.l ex hoc iure. numer.* 64. *& in l. ſi non ſortem, §. libertus. col.* 4. *ff. de cond. indeb.* Infertur vigesimosecundo contra Bartol. Imol. & Pau. *in d. l. Aquilius Regulus.* vt non possit donari Magistratui ob benemerita, maxime contingentia tempore Magistratus, secundum resolutionem *ſupra* traditam, quando ex illis non daretur ius agendi. & ita melius defendetur opin. Alci. contra eos *lib. 2. parerg. cap pen.* Infertur vigesimotertio ad q. vtilem statuti, consuetudinis, vel conuentionis, vt acquisita ex causa onerosa, communia fiant inter coniuges, ex donatione autem non cõmunicentur: scripsit enim doctus Hisp. Xuar. *in legib. regn. tit. de lucris, tertia limita. fol.* 16. tunc donationem remuneratoriam communicandam, quasi accedat causæ onerosæ: idque probat Couar. *in cap. cum in officiis. in fin. de teſtam.* secundum quam iudicatum vidi à doctis Senatoribus. Sed eorum fundamentum iuridicum non est, pendet enim ab incauta cumulatione effectuum remunerationis, vnde adhiberi debet omnino distinctio *ſupra* tradita: si enim essent merita communia, ex quibus non daretur actio, contrarium iudicandum foret, vt donatio licet videatur remuneratoria, non tamen separetur à causa lucratiua, per ea quæ hic accuratius tradimus. Infertur vigesimoquarto, præsertim ex declaratione text. *in d. §. conſuluit.* text. illum non obstare veriori & receptiori sententiæ gloss. *d.l. ex hoc iure.* dum scribit causam meritorum non impedire soluti repetitionem: quicquid contra gloss. & communem arguant Fortun. & Zas. quos refert Couarruu. *in d. capit. cum in officiis. num.* 10. *verſicu. habet. de teſtament.* Infertur vigesimoquinto maxima necessariaque comprobatio ad traditionem Bartol. *in d. l. ex hoc iure.* dum inquit obligationem ex benemeritis esse modici effectus in iure nostro: si autem vera essent quæ Scribent. in hac re congerunt, non modici solum, sed magni innumerique effectus resultarent: quod melius sensit Bartol. *in l. ſtipulatio. §. alteri. numer.* 2. *in fin. ff. de verb. oblig.* Infertur vigesimosexto comprobatio ad gloss. *in l. fideiuſſoris. 24. verb. neque. ff. de pac.* vbi tradit rationem affectionis ex benemeritis non inducere interesse considerabile, vt quis alteri stipulari possit: quæ sententia vera & recepta est, secundum Scribent. ibi. & *d.l. ſtipulatio iſta.* Iason. *in l. huiuſmodi. num.* 22. *ff. de legat.* 1. *& conſ.* 41. *lib.* 3 Dec *in capit. ad noſtram. numer.* 3 *col. fina. de probat.* Infertur vigesimoseptimo conciliatio ad

text.

text. *in d.l. sed & si lege, §. consuluit, cum l. si pignore, 56. ff. de furt.* habent enim verba quæ pugnare videntur: nam in di. §. habetur, non dici quem locupletiorē, eo quod alium beneficiis obligatum habeat: at in d. l. dicitur lucri species, beneficij debitorem acquirere, idque ad effectum remunerationis extollit Iaſ *in d.l. ex hoc iure, n. 6a. in ſi.* omittens difficultatem, quæ reſultat ex repugnantia verborum in illis iuribus. Intelligo autem d. § in cauſis pecuniariis, & bonæ fidei poſſeſſore, qui non tenetur, niſi quatenus locupletior inuenitur, vt *ſuperius* ad eum §. ſcripſi. At *d. l. ſi pignore*, agit de fure, qui rem ſublatam alicui donauit, & ex iuris ſubtilitate videretur à furto excuſandus, quaſi tunc non congruat furti definitio, exigens cauſam lucri faciendi. Qua argutia non obſtante, reſpōdet IC. furtum eſſe, quia præcipua pars eius criminis concurrit ex doloſa contractione rei alienæ, & in odium furis adiicitur, tunc eum cenſeri lucrū facere rem alienam alteri donando. Sic enim videmus in cauſis ciuilib. non conſiderari intereſſe extra rem, *l. ſi ſterilis, §. cum per venditorem, ff. de actio. empt.* In criminalib. autem, vel contra doloſos etiam remotum intereſſe conſiderari, gl. recepta *in l. vna, verb. dupli. C. de ſenten. quæ pro eo*, & ibi Albe. *colum.* 4. gloſ. *l. 2. §. final.* & ibi Ang. *in ſi. ff. vti poſſide.* Fab. & Aretin. *in §. illud, inſti. ad leg. Aquil.* Infertur vigeſimo octauo, maxime ex vera declaratione *d. l. ſi pater, §. ſi. ff. de donat.* verum non eſſe, quod ibi incaute inferebat Bart. quem ſequuntur Ange. Cuman. & Imo. dum reſtringunt tex. *in l. 1. §. in honorariis. & §. licita, ff. de vari. & extraord. cognit.* taxantem ſalārium aduocatorum, ne excedat centum aureos, pro ſingulis cauſis, Barto. enim & prædicti diuerſum putant in cauſis criminalibus, inepte arguendo ex tex. ibi de liberante alium à periculo, qui longe aliter intelligi debet, vt *ſupra* diximus. Contrarium enim verius dicendum eſt, merita maiora non ſint in cauſis criminalibus, in quibus minus ſtudium ſufficit, ab eoque fides & diligentia iure rationeq; debetur. & ideo talia merita frangere non poſſunt iuris regulas, licet ad actus voluntarios ſummam beneuolentiam concilient, & *d. l. 1.* loquens de cauſis, nullo modo patitur reſtrictionem Bart. æque enim criminalibus congruit, vt probat tex. *in l. 1. §. quod autem, ff. de aleæ luſ.* notat Iaſ. *in l. 1. §. ſub'ata, ff. ad Trebel.* Nec in dubio admitti debet differēntia inter cauſam criminalem & ciuilem, iuxta *l. abſentem, ff. de pœnis, ibi, ſecundum morem priuatorum iudiciorum*, quam regul. ex eo tex. colligit Bart *in l. Papiniamus, §. 2. ff de inoff. teſt.* Paul. *in l. conſentaneum. ad ſi. C. quomod. & quand. iud.* Alex. *in l. diuortio. n. 11. ff. ſolut. matrim.* Sed in aliis articulis plures differentiæ ſunt inter cauſas criminales & & ciuiles, vt tradit Hippo. *in pract. crim. §. expedita. nu 61.* & Aſſlict. *lib. 2. conſtit. Rubric. 29. n. 48.* Dec. *conſ. 429. ex nu. 8.* Infertur vigeſimonono ex *ſup* dictis, maxime *in 7 fundamento*, contra communem, *n. 60.* vere dicendā donationem liberalē, quę fit à parentibus vel ab aliis, quibus donatarius ab inteſtato ſucceſſurus eſſet. Dices de hoc multa eſſe iura expreſſa *in titulis C. & ff. de donatio. & intit. Co. & ff. de collat.* maxime *in l. data, C. de donat. & l. donationes quas parentes, C. de donat. int. vir. & vxor.* Ego fateor hoc indubitatum eſſe, id autem memoro, quia contra ea iura, & contra communem ſenſum, diuerſum ſcribunt aliqui non indocti, decepti per tex. *in l. vna, Cod. de impo. lucrat. deſcript. libr. 10.* cuius verba illorum errori colorem præſtant, *ibi, debiti potius ſolutio, quam muneris oblatio. & ibi, debitum naturale.* vbi Bartol. id colligere videtur *num. 1. verſi. fateor tamen.* & Pla. *num. 2.* Aret. *conſ. 17. num. 3.* & alij quos citat Tiraq. *de retract. lign. §. 32. gloſſ. 1. num. 47.* deterius autem generalius Exea *de pact. num. 83.* qui tamē ſolo inſtinctu rationis (quamuis tot iura in contrarium non extarent) reſiſtere debuiſſent. Nec obſtat d. l. 1. illa enim verba ibi ſcribuntur ad vitandam odioſam exactionem impoſitam acquiſitioni ex cauſa lucratiua, à quo onere eximuntur ſuccedentes aſcendentib. vel ab eis donationem accipientes. & ita Bart. tantum loquitur de ſtatuto inducēte gabellam in donationibus. & ita Areti. *d. conſ.* & Scrib. *in l. in ſuis. ff. de lib. & poſth.* ideoque ad alios terminos id trahi non debet. Infertur trigeſimo ad tex. *in l. 1. § 1. verſ. quod autē, &* §. 1. *ſed ſi libertus. ff. ſi quid in fraud. patro.* vbi IC. inquit, nō fieri fraudem patrono, quando libertus donat filio ſuo cauſa mortis, vel filiam dotat. Quæ iura notat Ioan. Fabri. *in proœmi.*

æmi. Instit. inverb. Iustinianus. vel Alemanicus. Ad hoc donatum descendentibus nō venit appellatione *lucri* vel *acquestus.* Sequitur Ben. *in c. Ray verb. & vxorem, n.* 791. & alij, quos citat Tiraq. *de retra. ligna.* §. 32. *gl.* 1. *n.* 43. *& seq.* Boer. *in consuet Burdeg. l. fol. mihi,* 59 *col.* 2. Sed quamuis Fab. opinio vera sit ad effectum consuetudinis, de qua agunt, fundamentum tamen non est verum, cum ex præcedentibus constet, veram liberalemque donationem appellari, quæ liberis fit, ideoque insinuationem exigi, vt *in l. data, C. de dona.* Sensus autē l. C. *in d. l.* 1. *in dd.* §§. in eo consistere videtur ex mente Albe. quia quum libertus filios habeat, non ei succedit patronus, *l. intestato, ff. de suis & leg. hæred. l. liberto,* 18. *ff. de bo. liberto.* §. *sed nostra. Instit. de succes. libert.* & consequenter non est tunc quid de fraude agatur: idque significat text. *in d. versic. quod autem, ibi, nam cui liberum fuit legare filio.* Infertur trigesimoprimo in confirmationē præcedentiū, quod videmus dotem censeri causam lucratiuam, quo ad mulierē, etiamsi sit filia dotantis, vt probat tex. *in l. fina.* §. *si à socero, ff. quæ in fraud. credit. ibi, quia intelligitur ex donatione ad eam peruenisse.* quem tex. commendat Alexa. *in l. in fideicommiss. col.* 2. *in princ. ff. ad Trebel.* ad quem tex. non aduertunt, qui frequentius in filia contradicunt, arguentes ex reg. *l. si. C. de dot. prom. l. qui liberos, ff. de ritu nupt.* quibus habetur, patrem teneri filiam dotare, vt arguit Soc. Nep. *cons.* 19. *num.* 8. *lib.* 1. Et in extraneo dotante id magis procedit, vt tradit Alexa. *cons.* 71. *num.* 1. *lib.* 4. & alij, quos citat Molin. *in lib. de don. factis in contract. matrim. n.* 64. Quo ad maritum autem semper dos censetur causa onerosa, vt probat idem tex. *in d.* §. *fin. versicul. in maritum. ibi, non magis quam in creditorem, & ibi, quum indotatam vxorem ducturus non fuerit.* & ita resoluit Bart. ibi, cuius doctrina recepta est, secundum Iason. *in* §. *item si quis in fraudem, nu.* 30. *Instit. de acti.* Pala. *in rep. et. cap. per vestras,* §. 71. *incip. in constituenda, num.* 7. Arias *in l. Tauri,* 27. *num.* 11. hoc etiam probatur ex *l. si. in prin. Cod. de iure dot.* vbi Imperator aperte significat, etiam iure antiquo in dote, respectu viri, non fuisse necessariā insinuationem, quia non censebatur donatio, sed causa onerosa, tex. *in l. ex promissione,* 18. *ff. de actionib. & obligat.* quam extollit Ias *in l. Neseunius, n.* 4. *ff. de re iudic.* Quo ad mulierem vero inquit, *d l. si.* necessariam fuisse insinuationem, cū dos à patre non dabatur Hodie autem nouo beneficio in dote, statuit lex illa, vt nec quo ad mulierem, necessaria sit insinuatio, quamuis quo ad eam vere donatio sit & ita Alberic. & alij ibi, Dec. *consil.* 414. *num.* 15. Anton. Canar. *de insinuat. sec. parte, quæst.* 4. *num.* 4. Bald. Nouel. *in l.* 1. *n.* 339. *& 342. ff. solut. matrim. & in tracta. dotis,* 5. *par. num.* 5. Ex quo cauendum est à glo. 1. *in d. l fin. ibi, ideo exigi,* cauendum magis est à Ioa. Anan. *in cap. cum tu vers. quarto quæritur. in fin. de vsur.* vbi contra *d. l. fin.* misere inquit necessariam esse insinuationem in dote, idque inuolute refert Tiraq. *in l. si vnquam, verb. donatione, nu.* 194. Infertur trigesimoprimo ad quæst. *an dos ob ingratitudinem sequutam reuocari possit:* sæpe enim in Scholis traditur speciale esse in dote, vt ob ingratitudinem reuocari nequeat, idque apud Scrib. receptius videtur. Ita enim indistincte notat Saly. per textum *ibi in l. si dotem,* 24. *C. de iure dot.* & tanquam receptum tradit Boer. *dec.* 27. dicens esse tex. expressum *in d. l. si dotem.* idque in dote tradita tenet Bal. *in d. l. fin. num.* 11. *Co. de dot. promiss.* quem sequitur Ias. *in* §. *fuerat, n.* 117 *Inst. de act.* vbi Imo. male citat. Boer. autem indistincte inquit ingratitudinem non officere doti datæ vel promissæ: & in dote promissa melius adduci potest tex. *in l. cum post* 40 §. *patrona. ff. de iure dot.* vbi nullus ex Scribent. notat: quicquid eos male citet Boer. vbi *supr.* Sed contra prædictos veriorem puto opinionem Rip. *in l. fina. q.* 51. *C. de reuocan. donat.* vbi regulam constituit, vt datum causa dotis ob ingratitudinem reuocari possit, quod ego probo efficacius ex præcedentibus, cum dos respectu mulieris vere inter causas lucratiuas connumeretur, & ita hæc opinio Rip. intelligenda est: respectu enim viri procedere non potest, qui ob causam onerosam dotem accipit, ideoque ob ingratitudinem ab eo reuocari non posset, secundum ea quæ diximus *in præc. illatione,* minusque ob ingratitudinem mulieris poterit à viro dos reuocari, ea autem ad vxorem reuersa, soluto matrimonio, poterit ab ea ob ingratitudinem reuocari, vt concludit Rip. & dubitans sentit Pal. *in l. Taur.* 21. *num.* 59. quæ resolu-

tio

tiõ in viro & vxore ingratis dotãti amplectenda est, quia fundatur in præcedenti resolutione, & differentia inter causam lucratiuam & onerosam, in qua consistit tota vis huius articuli. Nec obstant iura *d.l. si dotem, & d.§. patrona.* quia loquuntur in muliere ingrata dotãti, ne eius ingratitudo noceat viro, à quo ibi dos non auocatur, quia scil. quo ad eum causa onerosa est: non vero negant, quin dos reuersa ad ingratam reuocetur. Bene tamen ex *d.§. patrona.* respectu viri, & reiicitur differentia, quam Bal. & Iaſ. vbi *supr.* tradebant inter dotem datam & promissam, in quo etiam labitur idem Iaſ. *in l. patre furios., n. 29. vers. 10. ff. de his qui sunt sui.* idque suadetur ex reg. *l. sicut, C. de acti. & oblig. l. qui actionem, ff. de reg. iur.* Quo ad mulierem autem, vt dos ab ea reuocari possit ob ingratitudinẽ, intelligerem contra Rip. vbi *sup. n.* 171. etiam si fœmina esset inops, atque ob id dotans moueretur principaliter amore Dei, licet enim tunc Scriben. appellent dotem magis piam, vt per Iaſ. *in l. cum ita, §. cum mulier, ff. de condict. indeb.* per Nouel. *de dote 6. part. priuil.* 44. Pala. *in cap.* §. 16. Hisp. Arias *l.* 26. *Tauri, n.* 60. Dec. notanter *cons.* 348. *num.* 4. Alex. *in l. si certis. nu.* 5. *C. de pact.* tamen ingratitudo mulieris non debet esse impunita: tunc enim magna ratio suadeat pœnã exigi, vt inquit IC *in l. si à reo,* 71. *§. illud quod vulgo, ff. de fideiuss.* Nec esset æquum, vt magis pie donanti adimeretur, quod aliis donatoribus conceditur. Nec donatarius excusari debet prætextu pietatis, qua donãs motus fuerit. ab exterioribus enim in foro contentioso iudicandum est, non autem ab iis, quæ animo retinentur, vt *in l. si repetendi, Cod. de condict. ob causam.* Hæc plenius tractare volui, vt eradicentur plurima, in quibus (ni fallor) non sine periculo ac pernicie Reipub. erratur.

3 Vtilis q. est de locat. aduentitiorum, quatenus pater locare possit, illudq; expeditum videtur, vt valeat locat. ad modicum tempus, filiusque eam seruare teneatur, etiam finito vsufru. patris, quod probatur primo ex *hac l. & l. cum oportet.* dum patri plenam administrationẽ concedunt. Probatur magis, quia talis locatio ad breue tempus alienationem non continet, secundum veram & receptam omnium traditionem, vt *infra.* Probatur fortius, quia minor tenetur stare locationi factæ à tutore vel curatore, finita tutela vel cura, vt resoluit Cyn. *in l. emptorem, col. 2. C. locat.* Bar. Paul. Alex. & omnes *in l. si filio, §. si vir. ff. solu. mat.* Socin. *cons.* 125. *n.* 6 *lib.* 1. vtque receptissimum tradit Couar. *lib.* 2 *resolu. c.* 15. *n.* 3. *in medio, & n.* 6. *in princip.* Qui omnes. & alij, quos omitto, ad id citant text. *in l. si tutelæ,* 9. *ff. de administrat. tutor.* quæ tamen non loquitur de locatione, sed de pecuniis mutuo datis: à fortiori autẽ id dicendum in patre, qui longe plus potest, vt in discursu huius l. probauimus, quod videtur colligi posse ab Hisp. Ant. Gom. *lib. de contract. ca. de locat. n.* 8. *fol.* 27. Alia inspectio est in locatione ad longũ tempus, circa quam prẽmitto aliquando apud IC. distingui inter locationem ad longum, locationemque ad breue tempus, sed hoc rarius quam Dd. putant. Nõ enim fit ea distinctio *in l.* 1. *ff. si ager vectig.* vt ab omnibus male citatur. inuenitur autem ea differentia in superficiario, *in leg.* 1. *§. quod autem. in* 1. *ff. de superficieb.* Ante alia vero in hac differentia locationis ad longum, & locationis ad modicum tempus receptum est: ad longum tempus dici locationem decennii, vel vltra, vt resoluit glo. *in l.* 2. *in fin. ff. si ager vectig.* quæ sententia probatur à Bartol. & aliis *in d. §. quod autem, l.* 1. *ff. de superficieb.* tradit Paul. *in l. si filio, §. si vir. n.* 2 *ff. solut. matrim.* Alex. *cons.* 17. *col.* 1. *lib.* 4 Plate. *in l.* 1. *C. de administrat. Reipubl.* late Iaſon *cons.* 94. *lib.* 1. & *cons.* 29. Ioan. de Amic. *cons.* 25. Dec. *cons.* 292. *nu.* 1. Socin. Nep. *cons* 66. *num.* 5. *lib.* 2. Cardin Paris. *cons.* 118. *lib.* 3. quod consuetudine receptum esse tradit Bald. *in l. iubemus nulli, colum.* 2. *C. de sacro. eccles.* Socin. *cons.* 32. *colum.* 1. *lib.* 1. Anan. *in c. fin. nu.* 13. *ne Prælat. vices suas.* Dec. *d. cons.* 292. *n.* 1. idque receptissimum asserit doctiss. ac diligentiss. D. Couarruu. *libr.* 2. *resolu. c.* 16. & hanc resolutionem semper probãt leges regiæ apud Lusitanos, vt *lib.* 3. *titu.* 32. *in princip. & lib.* 4. *tit.* 6 *§. antepe. & tit.* 94. *in princip.* Similiter locatio dicitur ad longum tempus, quando fit ad vitam locantis vel conducentis, vt tradit Alexa. *cons.* 109. *in fin. lib.* 3. Aretin. *cons.* 55. *num.* 2. Dec. *consil.* 204. Bal. *in l.* 6. *ff. vsufru.* quod cum præcedenti receptum dicit insignis præceptor Nauarrus *in c.* 1. §. 1. *de pœn. distinct.* 5. notat Corn. *cons.* 243. *libr.* 3. quem sequitur Boer. *decisio.* 234. *co. u.* 2. *in princi.*

Dicitur etiam locatio ad longum tempus, reiecta verborum cautela, quando fit ad nouem annos, adiecto pacto, vt finito illo tempore, incipiat aliud, quod iunctum excedat decennium, maxime vt fraudes vitentur, vt notat Cardin. *dict. Clement.* 1. §. *fin. de reb. eccles.* Faber *in* §. *Item finitur. Instit. de vsufr.* Aretin. *in l. si quis ante, colum.* 1. *ff. de acquirend. possess.* Alexan. *consil.* 265. *lib.* 2. *& consil.* 104. *num.* 6 *lib.* 3. *& in l. si filios* §. *si vir. ad fin. ff. solu. matr.* Felin. *in c. quæ in eccles. num.* 87. *de constit.* Ias. *in l. munumissiones. num.* 7. *de iustit & iur. & consil.* 114. *lib.* 1. & Socin. *consil.* 99. *num.* 8. *lib.* 1. Papiens. *in forma libelli ad ficti. præst. pa.* 2. *mihi.* 364. *num.* 2. Curt. *de feu.* 4. *par. num.* 92. late Molynæ. *in consuetu. Paris.* §. 14. *num.* 36. *fol.* 327. Ex quo cauebis à Bald. errante in hoc *in l. voluntas. num.* 6. *vers. idem puto, C. de fideicom.* in quo alibi variauit idem Bal. vt refert Alex. *in l. si domus.* §. *fin. ff. de legat.* 1. *ad fin.* Dicitur præterea locatio ad longum tempus, quæ fit eo pacto, vt duret quãdiu locator voluerit, ea enim incertitudo magis longum tempus, quam breue inducit, ex reg. tex. & Bart. *in l. sufficit*, vbi Ias *ff. de condict. indeb. l. iurisperitus, ff. de excusa. tutor.* quod in his terminis sentit Dec. *cons.* 214. *column. fin.* idque in specie tradit Socin. Nep. *cons.* 63. *num.* 11. *lib.* 2. & ibi eleganter idem intelligit, quando ea incertitudo voluntatis infertur ad conducentem: quod dixit prius Marti. Lauden. *in repe. Rubr. ff. de rei vend. num.* 5. Si autem locatio fiat sine expressione temporis, censebitur ad breue tempus, nempe ad vnicum annũ, ex vulgari reg. *l. boues*, §. *hoc sermone, ff. de verb. signif.* probaturque magis ex decisione *l. item quæritur*, §. *qui impleto, ff. locat.* & in terminis ita tradit Soci. Nep. *cons.* 25. *n.* 3 *lib.* 2. Ex quo limitatur, quod in materia criminali habet text. summe notãdus *in l. sine præfinito* 24. *ff de pœn.* quẽ extollit Ias. *in* §. *curare, num.* 46 *Instituti, de action. & l.* 5. §. 1. *n.* 38. *ff de re iudic.* Platea. *in l. nemo, num.* 6. *&* 8. *C. de exactio. trib.* Gomes. *in* §. *quædam, n.* 22. *Instit de actio.* Dec. *in cap. ex literis num.* 10 *de constitut.* apud quos eum tex. ornatum & explicatum videbis. tradit etiam Tiraq. *de retract. conuent.* §. 1. *gloss.* 2. *n.* 4. Ad quæst.
64 † nostram tutius dicendum videtur, regulariter filium non teneri seruare locationem ad longum tempus à patre factam in aduentitiis, vt sic finito vsufructu patris, filius rem consequi possit à conductore tanti temporis, sicut euincere potest ab eo, in quem alienata fuisset. Cũ enim alienatio hic prohibeatur, occurrit receptissima doctrina Scriben. qui talem prohibitionem extendunt *in dict. locis* ad locationem longi temporis: idque notant Canonist. *in d. Clement.* 1 *& in d. cap. nulli, de rebus eccle.* & Dd. communiter, vt tradit Couarruu. *d. cap.* 16. *colum.* 1 *lib.* 2 & Bellame. *decis.* 748. Dec. *cons* 142. *num.* 3. Alex. *consil.* 17 *lib* 4. Boe. *d. decis.* 234. Angel. Aretin. post Fab. §. *adeo. num.* 1. *in fin. Instit. de locat.* Idem in simili notant Scrib. de tutore vel curatore, quod non possit locare ad longum tempus, sicut nec alienare, vt tradit Ale. *consil.* 117. *lib.* 5. Boer. *dict. decis.* idque magis iuuatur ex magnis effectibus talis locationis, secundum receptas sententias. Sed posset ea locatio à patre fieri ex causa necessaria, vel tam vtili, vt à filio retractari nequeat: cum iuxta receptam sententiam Azon. absque decreto pater alienare possit, vt *sup.* deduximus *in secunda parte.* Atque ita conductor seu emphyteuta conuentus à filio aduertat, quibus modis iustificare possit titulum à patre obtentum. Hoc autem, ne tunc filius teneatur stare locationi ad longum tempus, comprobatur ex recepta sententia Bartol. & aliorum *in l. codicillis.* §. *instituto. ff. de legat.* 2. contra gloss. *ibi in vlt. scholio*, quæ mirabiliter contradicebat, volens locationẽ etiam ad longum tempus, non dici alienationem, ideoque opinionem glo. cõmuniter reprobari, inquit Paul. *in l. fina. C. de rebus alien.* & Imol. *in l. si filio.* §. *si vir. ff. solut. matrim. & in cap. ad audientiam, nu.* 2 *de reb. eccles.* Alex. *d.* §. *si vir. nu.* 25. Angel. *in d.* §. *adeo, post prin. inst. de locat.* Cæp. *in l. alienationis verbo, num.* 8 *ff. de verb. signific* Alex. *consil.* 165. *lib.* 2. Socin Nep. *consi.* 56 *l.* 2. Afflict. *in constit. Neapolit, lib.* 3. *Rubric.* 5. *ad fin.* Couarruu. *d. cap.* 16. *col.* 2. *lib.* 2. *resolut.* Et multa in proposito circa locationem ad longum tempus ad varios articulos tradit Tiraq. *de retract. lign.* §. 1. *gloss.* 14. *ex nu.* 79. post Boer. videndum *d. decis.* 234. Illa tamen opinio glo. reprobatæ saluari solet, quo ad duos effectus. 1. ad vitandam pœnam alienãti impositã, licet enim prohibita alienatione, prohibeatur etiam talis locatio

ad lon-

ad longum tempus, pœna tamen alienanti imposita, non extenditur in administratorem ita locantem, vt tradit Ber. *in cap. nulli. n. 32. de rebus eccles.* & melius Couarruu. *d. cap. 116. col. 3.* Quod iuuatur ex glo. *Clement. 1. de consang. & affinit.* de qua Iason & Deci. *in l. 2. col. fin. ff. de iuris d. omn. iud.* Iuuatur etiam ex doctrina Ioan. And. *in cap. dispendia. de rescript in 6.* vbi tradit, quod quãuis extendatur lex pœnalis, non tamen extenditur eius pœna, sequitur Panormitan & plures, quos refert Iason *in l. 2. ad fin. ff. de in ius vocan.* Corset. *in notab. verb. extensio. fol. 142 col. 4.* idem scripsit Bal & alij (quos non citat Ioan. Andr.) refert Hippo. *singul. 300.* faciunt quæ cumulat Ias. *in l. cum quidam, ff. de libe. & posth.* Felin. *in cap. cũ Ioannes, num. 33. de fid. instrum.* Dec. *in l. factum, § in pœnalib. ff. de reg. iur.* & alibi sæpe Scriben. Ex quo in nostra materia dici posset eleganter, quod licet pater alienans aduentitia, aliquando priuetur administratione, vt *in superiori parte* diximus, non tamen remoueatur ob longam locationẽ: pœna enim vt odiosa restringenda est, secundũm glos. *cap. fin. de iur. patron.* cum vulgar. in quo tamẽ vltra
† omnes, & contra *proxime* citatos, non indistincte hoc probarem, sed magis inspicerem, an pater sciens an ignorans iuris prohibitionẽ, emphyteusim vel lõgam locationem concesserit, vt fraudibus obuietur, arg. *l. 1. §. fin. ff. de calumn.* Saluatur 2. glos. *in d. §. instituto.* secundũ Beroum *in d. cap. nulli. num. 32.* quando in tali longa locatione adiiceretur pactum, vt in conductorem nullum dominium, nullumque ius reale transferatur: quod prius scripsit Bald. *in d. §. & in l. si domus, §. fin. ff. de leg. 1.* & ibi Ale. *ad fin.* post Imo. Idem probant Imo. & Alex. *ad Bar. in d. §. instit.* & Aretin. *in l. si quis ante, col. 1. vers. ita puto, ff. de acquir. possess.* & Chass. *in consuet. Burgun. Rubr. 9. §. 10. num. 39.*
† *fol. 313. col. 3.* Sed cauendum est ab hac saluatione Beroi, Baldi & aliorum, quos ipse non citat, raro enim vel nunquam procedere potest, maxime in materia, quam tractabat idem Bero. circa prohibitionem alienationis rerum ecclesiæ: similiter in prohibitione huius l. & in aliis rebus minorum, & generaliter vbicunque alienatio prohibetur, ne damnum fiat successori vel alij. Incommodum enim & fraudem patere-

tur tertius ille, si quando succedit, inueniret rem penes conductorem longi temporis, cum eius interfit tota re frui, non tantum pensione locationis, vt cõstat ad sensum: ideoq; damnum non vitatur ex clausula vel pactione verbali, quæ maligne adiici potuit in tali locatione, vt melius aduertisse videtur Bald. *in Authent. hoc ius, col. 1. C. de sacros. eccles.* & cum eo Molynæ. & Fabian. quos cordate refert & sequitur D. Couarruu. (quem sæpius libenter allegamus) *d. lib. 2. resolut. c. 16. col. 2. in princ. vers. & id verũ est.* vbi Beroum & alios in contrarium omisit. Pro quo etiam addo Iason. optime hoc probantem, *cons. 94. col. fi. li. 1.* & ita Cum. (qui non allegatur) *in d. §. Institu. 2. lect.* quod iuuatur ex regul. tex. & Bartol. *in l. Seius & Augerius, ff. de leg. Falcid.* Effectum enim, non verba, considerare debemus *l. si vno, ff. loca* cum vulgar.
Alios effectus locationis ad longum tẽ- 65
pus plenissime & seriatim hic tradere possem, vltra Boer. *d. decis. 234.* & Tiraquel.. *dict. loco de retract.* quibus multo plura *alibi* addo, quam ipsi adducant. Interim vero ex his receptis sententiis apte & vtiliter infertur ad q. sæpissime in praxi agitatam, an possidens maioratum, seu bona perpetuo familiæ relicta, possit bona maioratus in emphyteusim concedere, vel in longum tempus locare, in quo varie iudicatum vidi. Mihi autem verius videtur, vt nec emphyteusis, nec locatio ad lõgum tempus effectum habeant, mortuo possessore maioratus, qui ita locauit. ac proinde successor nullatenus teneatur seruare talem emphyteusim, vel locationem. Ius enim possessoris locantis tantum ad vitam est, & ideo finito iure dantis, finitur ius accipientis, iuxta reg. *l. lex vectigali.* & ibi gl. *verb. euanuisse, ff. de pign.* Probaturq; magis ex communi opinione proxime relata, contra gl. *in d. l. codicillis. §. instituto ff. de leg. 2.* vbi in terminis circa bona relicta familiæ Bar. & reliqui volunt, non admittendam locationẽ ad longum tempus, similemve actum, in fraudem vel damnum successoris: idque magis probatur ex decisione & ratione text. *in l. si quis domum, nono, §. 1. ff. locat.* vbi locatio à fructuario facta, finitur extincto vsufructu, & ibi notat Paul *n. 3.* & in terminis circa bona maioratus, ita resoluit Ant. Gom. *l. 40 Tauri, n. 84.* Et vltra

eum satis hoc colliges ex Baldo, *in l. fin. §. sed quia. in fi. C. cõmuni, de legatis, & in l. emptorem. num. 5. & 6. C. de locatio.* ex Iaſ. *conſ. 29. & conſil. 94. lib. 1.* Idque planius procederet, vbi non ſolum bona familię relinquerentur (quod ſufficit, cum ex eo reſultet prohibitio alienationis) ſed etiam alienatio expreſſim prohibita fuiſſet, vt frequenter contingit. Potentior enim à multis cenſetur expreſſa prohibitio ex gloſſ. *in l. nulla, Cod. de iure do.* Paul. *in l. cum pater, §. liberis. ff. de legat. 2.* Palat. *in Rubric. §. 17.* Tiraquel. *de primogenit. quæſtion. 61.* Eſſet enim longe iniquum, ſucceſſorem maioratus fraudari integra poſſeſſione rerum, eaſque penes extraneos videre, contra præceptum & voluntatem primi inſtituentis, à quo ipſe capit, non ab anteceſſore, iuxta l. 3. & ibi Bar. *ff. de interdict. & releg. l. vnum ex famil. §. 1 ff. de legat. 2* tradit Curt. Iun. *conſ. 25.* Molyn. *in conſuetud. Pariſ. § 22. n. 83 & 85.* Dec. *conſil. 44. ex num. 23.* notabiliter Afflict. *lib. 2. feu. tit. de inueſt. de re alien. fact. §. quid ergo. nu. 21.* Goza. *conſi. 75.* Nec obſtat erroneum fundamentum, quo in hac q. aliqui contradicunt, arguentes ex eo, quod res eccleſiæ permittuntur in emphyteuſim concedi in tres generationes, quod nec verum eſt, nec vrget. Regulariter enim res eccleſiæ ſine ſolennitate, vltra decẽnium locari non poſſunt, ex *Clement. 1.* cum gloſſ. & communi ſententia, & *c. nulli. de reb. eccleſ. non alien.* idque magis prohibetur ex *conſtitut. Extrauag.* Paul. 2. ambitioſe, *eod. tit.* Quando autem emphyteuſis, vel talis locatio permittitur, tanta requiritur cauſa, ſolennitas, & tractatus, vt inter doctos regula negatiua maneat, quæ limitatur ex neceſſitate vel magna vtilitate eccleſię, atque ita retorquetur fundamentum illud de rebus eccleſiæ ad bona maioratus. Item ea argumẽtatio impertinens erat, quia eccleſia eadẽ ſemper eſt, cauſa autẽ & ſolennitas, ſine quibus alienatio fieri nõ poteſt, remouent ſuſpicionẽ fraudis. At in bonis maioratus omnia hęc ceſſant, cũ emphyteuſis vel locatio libere fieret à poſſeſſore, ſemperq; maxima fraus fieri poſſet ſucceſſori, vt bene aduertit Bal. *in d. l. emptorẽ. n. 5. C. de loc.* Quapropter adhærendũ eſt veriſſimis iuris regulis, vt poſſeſſor maioratus, tanquam reſtricte dominus, vt vſufructuarius locare poſſit ad vitam ſuam, nec ſucceſſor amplius obligetur. Qua in re vtilis eſt inſpectio, an locatio vel emphyteuſis, vltra legitimum tempus facta, in totum vitietur, an ſaltem intra tempus licitum ſuſtineatur, in quo variant Bartol. & Bald. aliique Scrib. ad intellectum tex. *in §. emphyteuſim. in Authent. de non alien. aut permutan.* tradunt Iaſon & Dd. *in Authen. qui rẽ, C. de ſacroſ. eccleſ.* Afflict. *deciſ. 107.* Prob. *ad monach. in c. fin. de pœni. & remiſ. in 6.* melius Molin. *in conſuetudin. Pariſ. §. 41. quæſtion. 10. fol. 238.* & notabiliter D. Couarr. *lib. 2. reſolu. c. 16. ex n. 5.* Vides ex *ſupra* citatis maximam conſtitui differẽtiam ab omnibus Scrib. Iuris Ciuilis & Canonici inter eas locationes totum effectum tempori tribuentes, vt ſcilicet locatio ad breue tempus nullo pacto dicatur alienatio, nec aliquam ſpeciem dominij transferat, nec vllam realem actionem præſtet: ita intelligentes text. *in l. non ſolet. 42. ff. loc. cum ſimil* Ideoque eam in bonis eccleſiæ admittunt, vt per omnes, vbi *ſupra*, per Cardin. Pariſienſ. *conſ. 98. lib. 4.* In conductorem autem ad decennium vel aliud longum tempus, aſſerunt indifferenter omnes vtriuſque Iuris Interpr. in tot locis *ſupra* adductis, & vbique transferri dominium vtile, eiq; dari actionem in rem, ideoque talem conductorem emphyteutæ æquiparant: ita enim eos æquat Ioan. Fab. *in §. item finitur. poſt princ. Inſtit. de vſufruct. & in d. §. adeo. ad fin. Inſtit. de locatio.* Aretin. *conſ. 55.* Felin. *conſil. 25* Iaſ. *in l. naturaliter. nn. 15. ff. de acquir. poſſeſſ. & in l. 1. num. 34. & l. 2. num. 39. & in l. fin. num. 2. C. de iur. emphyteu.* & *alibi* ſæpe Dd. Omiſſis autem multis de locatione ad longum tempus, memorandum putaui, quod *ſuperius* perſtrinxi, rariſſime apud ICtos reperiri talem differentiam inter conductionem ad longum tempus, & conductionem ad modicum tempus, credoque vnico tantum loco eam à IC. traditam *in l. 1. §. quod autem, 1. ff. de ſuperfi.* vbi Vlpian. in ſuperficiario conductore diſtinguit inter conductionem breuis, & conductionem longi temporis, alteri negans, alteri concedens in rem actionem. Quæ explicita plenaq; deciſio cogere videtur vt ea ſuppleamus, quod in aliis locis idem Vlp. & Pau. reſpondent, ſuperficiario vtilem in rem actionem competere, vt *in l. in prouinctali, 3. §. ſi ego, ff. de nou. op. nunci.* 66

nunci. & in l. superficiario. 74. ff de rei vend. & in l. tutor. 17. §. fin. ff. de pign. act. Ad quæ iura aduerto vltra omnes. Primo, quod ea actio in rem à prætore dari dicitur, vt habet tex. *in d. §. si ego, & in d. l. superficiario*, ex quo videtur intelligendum verbum, *hodie, in d. §. fin.* quasi ius prætorium recentius sit, ex *l. ius autem, §. 1. ff. de iust. & iure.* Secundo aduerto, quod IC. *in d. l. superficiario*, inquit causa cognita prætorem illi actionem in rem polliceri: quæ causæ cognitio necessario continet eam inspectionem, vt conductio sit ad longum tempus, ex *d. §. quod autem tertia*, magis aduertendum puto, quod IC. addit *in d. §. quod autem*, conductori ad longum tempus, causa cognita in rem actionem dari, vt patet ex illis verbis, *sane causa cognita ei, qui non ad modicum tempus conduxit superficiem, in rem actio competet.* proxime autem dixerat conducenti ad breue tempus eam actionem negari. Quæ verba innuere videntur, nec longum tempus sufficere ad eum effectum. 4. aduertendum nimis est, in solo superficiario id à ICtis scribi, non in alio conductore causam habente à persona priuata, nec obiicias tex. qui passim male citatur, *in l. 1. §. qui in perpetuum, ff. si ager vectig. vel emphyt. peta.* vt *infra* explicabo. Facile igitur contra omnes Scrib. tentari & sustineri posset, vt regulariter conducens ad decennium, vel paulo longius tempus, iure Ciuili nullum dominium consequatur, quod à multis annis cogitaui, nec semel legendo admonui: idemque nouissime sensisse videtur Connan. *lib. 7. c. 12. char. 535.* in quam sententiam induci potest, *d. §. quod autem*, dum causæ cognitionem cum longo tempore exigit, quasi solum tempus non sufficiat. Illa enim adiectio causæ cognitionis regulam impedit, magisque rem in ambiguo relinquere solet. *l. fin. in fin. ff. de actio. & obliga. l. si ita stipulat. 97. §. si tibi. ff. de verb. obliga. l. verum. 12. sciendum. ff. de mino.* Ad idem vrget, non reperiri in aliis differentiam conductionis ad longum vel breue tempus, viderique singulare ius in superficiario, quum de eo extra titul. de locato separatim tractetur *in tit. de superficieb.* Quod si instares, quæ esset causa specialitatis in superficiario, de quo tantum illa iura loquuntur, posset forsan coniici, singulare ius in superficiario introductum, vt maior cura & ornatus domuum habeatur, in quo vtilitas Reipub. versari censetur. text. *in l. si quis. C. de ædifi. priuat. ibi, publicum decus.* text. *in l. præscript. C. de ope. publ. ibi, ornatum & commodum ad decoram faciem ciuitatis.* Ex quibus elegãter intelligi potest, quod in simili respõdet IC. *in l. quod si vir. 15 ff. de donat. int. vir. & ux.* vbi contra regulam & iuris prohibitionem valet donatio inter coniuges ad refectionẽ ædium, quod nec glo. nec alius ibi percipit, posset que hoc confirmari autoritate Albe. *in l. generaliter, C. de epis. & cleri. n. 5.* Vnde quum circa ædificia versetur publica vtilitas, potuit speciale ius in superficiario introduci, quando scilicet ad lõgum tempus conduxit, quia tunc verosimiliter curam mansionis suæ habebit, quæ ratio non militat in conducente ad breue tempus. Secundum quæ dicẽdum erit, dum tex. *in d. §. quod autem*, ad effectum dandæ actionis in rem, vltra longum tempus exigere videtur causæ cognitionem, intelligatur, vt verba illa, *causa cognita*, exponantur ex verbis sequentibus, *non modicum tempus*, quasi in eo tantum causa illa versetur, si conductio ad longum tempus fit. Aliter enim in difficili maneret sensus eorum verborum, ad quæ Dd. non aduertunt, cũ opinioni communi nimis aduersentur, dum innuunt, cum lõgo tempore causam exigi ad effectũ, de quo ibi. Ideoq; si præcedentem interpretationem ad illa verba, *causa cognita*, non probaueris, recurrendũ videretur ad alium intellectũ, vt scilicet causæ cognitio ibi referatur ad clausulas conductionis. Et dicamus sentire IC. lõgum tempus non statim eos effectus inducere, nisi iuuetur ex qualitate cõuentionis, attendendo scilicet, quã potestatẽ locator cõductori cõcedat: in ipsa enim locatione poterit addi clausula, cõtinens aliquam speciẽ dominij, & in eo dicetur versari causæ cognitio, quæ verba d. §. exigere videntur. Sic igitur pro hac noua sententia contra gl. & omnes retorquetur, vel saltẽ reiicitur allegatio tex. *in d. §. quod autem*, in quod etiã induci potest tex. *in l. qui fundum, 35. ff. loc.* vbi IC. refert locationem in plures annos, eamq; simplicem censet, nec ius reale ex ea transferri, & verba illa, *in plures annos*, decennium lõgius ve tẽpus cõprehendunt, nec sine diuinatione à gl. & Dd. restringũtur.

66 Nec parũ mouere debet, quod in longo exactoq; tractatu de locato, nec IC. nec Imperatores eã tẽporis differentiã tradiderunt: imo omnem locationem (quod ad tempus attinet) æquare videntur. Si enim talis differentia vera esset, à iuris conditoribus omitti non debuit, eiusque omissio non leuiter arguit eam tutam non esse, argu. IC. *in l. item apud Labeon. 15. & ait Prator. ff. de iniur. ibi, ea enim, quæ notabilia sunt, nisi specialiter notentur, quasi neglecta videntur.* tex. autem *in dict. §. adeo. Institut. de locatio.* non distinguit inter locationem modici vel longi temporis, tantumque separat conductionẽ simplicem ab emphyteusi perpetua, & ita tex. qui male à Scriben. citatur *in l. final. C. de locat. præd. ciuil.* quod alibi videtur aduertisse Cuman. *in d. l. codicillis. §. institut. num. 3. ff. de legat. 2.* iuxta quam nouam nec incoloratam sententiam periclitantur multa, quæ Scrib. incaute cumulant ad effectum conductionis lõgi temporis, eam ex decennio æquantes perpetuæ emphyteusi, quæ alibi, Deo duce, explicite persequar. Interim vero posset ex his comprobari, quod in casu particulari contra plures tentauit Imol. *in l. vectigalia. §. 1. ff. de public. & vectiga.* quem dubitans videtur sequi Iaſ. *in Authent. qui rem. nn. 15. C. de sacro. eccles.* Hinc etiam iustificabitur consuetudo, quam contra Scrib. opiniones refert Boer. *decisio. 234. ad fin.* & quod tradit Tiraq. *lib.*

67 *1. de retract. §. 1. glo. 14. nu. 64.* Dixi hanc nouam sententiam Iure Ciuili sustineri posse, quia non intendo hic miscere singulares nouioresque sanctiones Iuris Pontificij in rebus ecclesiæ, vt etiam aduertisse videtur Cuman. *in d. §. instit. l. codicillis. 2. lectu.* Dixi etiam, facile eam sustineri posse, quia Scribent. pro communi duo tantum iura adducunt, nempe *d. §. quod autem. l. 1. ff. de superficieb.* qui proxime satisfecimus, magisque contra cõmunem induximus. Citant 2. tex. (qui in ore omnium est) *in l. 1. §. qui perpetuum. ff. si ager vect. vel emphyt. peta.* ad quem præsens tractatus tendit, agit ibi IC. de agro vectigali Reipub. vel fisci: ita enim colligitur ex tota litera, idque suadetur ex natura verbi; quod proprie agros Reipub. vel fisci, non priuatorum designat, vt tradit Alcia. *lib. 3. dispunc. cap. 10.* quem sequitur Spiegel. *in Lexic. iur. verb. vectigales.* Et non citato Alcia. idem tradit Connan *lib. 7. fol. 533.* & Coras. *in l. ei qui num. 18. ff. de seruitut.* Et sic patet ex text. *in d. §. qui in perpet. totumque tit. illum. ff. si ager vectigal.* loqui de conducente fundũ Reipublic. & consequenter non recte trahi ad agros priuatorum, iuxta vulgarem reg. *cap. nonne de præsumpt.* Quo præhabito, aduertendum est contra omnes Scrib. quod tex. *in d. §. qui in perpetuum.* etiamsi loquerentur de conductione habita à priuato, non probaret communem allegationem: non enim loquitur simpliciter de locatione ad longũ tempus, sed de conductione in perpetuum, nec vnquam finienda, quamdiu vectigal soluatur: verba enim illa, *in perpetuum fruendum*, iure adaptari non possunt ad conductionem, 10. vel 20. annorum, sed in perpetuum, vt sonant, quod aperte probat tex. *in l. 8. ff. de vsufruct. legat. ibi, perpetuo, & ibi, vnde centum annos, & in l. an vsusfruct. 83. ff. de vsufruct. ibi, ne perpetuus fieret, & ibi, centum annis*, quibus iuribus fortius probatur etiam ex spacio centum annorum, proprie non dici quid *perpetuũ*, vt bene ponderat Barba. *consil. 20. libr. 4.* Rip. *in l. 2. col. 1. ff solut. matrim.* licet alibi aliter sumatur, vt per gloss. *l. 1. ff. pro socio.* Sed magis conuincitur error † communis allegationis, attenta *l. 3. eiusd. tit. ff. si ager vecti.* vbi idem IC. Paul. qui *in d. §.* dixerat, ex conductione in perpetuum competere in rem actionem, subdit idem esse, si ad tempus locatio fiat, quamdiu enim conductionis tempus finitum non sit, idem ius competet conductori: & sic patet in terminis illius tit. non esse differentiam inter locationem ad longum modicumve tempus, cuius rei statim rationem explicabimus. Nec † enim teneri potest interpretatio gloss. *in d. l. 3.* dum ibi illa verba tex. *ad tempus*, intelligit non modicum, quod etiam dixit gloss. *in cap. 1. verb. alienationes, de cap. Conrad.* licet enim ibi nemo aduertat, secure dicendum est, IC. in verb. *ad tempus*, plane sentire de conductione ad modicum tempus, diuinatorium namque & ineptum esset subaudire non modicum, tum ex proprietate verborum, tum aperte ex IC. *in d. l. 1. §. quod autem, ff. de superfici. ibi, ad tempus*, vbi illud verbum necessario significat modicum, etiam per gloss. Bar. & omnes male in hoc sibi constantes. Qui etiam debuissent aduertere, quod IC. *in d. tit. si ager vectig.* ad effectũ

vtilis

vtilis dominij actionisque in rem, æquiparat conductionem lõgi & breuis temporis, quod ibi durum videbatur gloss. & Dd. existimantibus nec in eo casu, nec in alio procedere posse talem æquiparationem, semperque retinendam illã temporis differentiam, quod alibi melius aduertunt, vt statim reducam. Verus igitur intellectus ad *d. §. qui in perpet. l. 1. & l. 3. totumque tit* est, vt ibi temporis differentia non fiat, sed cuicunque conductori agri vectigalis à fisco vel Repub. actio illa in rem detur, quasi tũc aliquod dominium ei acquiratur, etiam ex conductione modici temporis: idque specialiter statuitur in conducente rem fisci vel Reipub. Quod non solum vt verius, sed etiam vt receptius asserimus, text. enim *in dict. l. 1. §. quod autem, ff. de superficieb.* dum in superficiario distinguit, inter conductionem longi & modici temporis, trahi non debet ad conducentem à fisco vel Republ. & ita limitatur necessario ex *dict. l. prima & vltim. ff. si ager vectigal.* Quod efficaciter probatur ex *l. 1. ff. de loco publi. fruen.* vbi ita aduertit gloss. *in verb. conduxerit, ibi, huic ad modicum tẽpus conducenti, dari in rem actionem, vt priuato ad magnum*, & ita Bar. & Alberic. ibi. melius idem Bartol. *in dict. §. quod autem, num. 4.* & ibi Angel. idemque sentit Angel. *in l. vectigalia, §. 1.* & ibi Imol. *ff. de publica. & vectigal.* vbi Bartol. tangit, & ita aperte Paul. *in l. in prouinciali, §. si ego, ad fin. ff. de nou. oper. nuncia.* Aretin. *cons. 55. num. 3. in fin.* Bald. *in l. 1. num. 5. versic. tertio, C. de iure emphyt.* idque vt receptum tradit Alexand. *in l. diuortio, §. si fundum, num. 2. ff. solu. matrim.* & ibi Iaſ idem secure tradit Marti. Lauden. *in tractat. de fisco, concl. 114.* & Loaz. *in l. filius famil. §. Diui. num. 170. in princip. ff. de legat. 1.* idem videtur probare Fulgos. *in d. l. 1. ff. si ager vectig. in fin* licet litera sit corrupta: & ita sentit Bald. *in l. emptorem, num. 4. in fin. C. loca.* Vides igitur receptius esse, vt actio in rem detur conducenti à fisco vel Repub. tam ad breue quam ad lõgum tempus, cuius receptæ sententiæ sæpe immemores Scrib. sibijpsis aduersantur, vt constat ex *proxime* dictis, magisque constabit ex statim dicendis. Vltra Dd. autem ratio differentiæ inter locationem fisci vel Reipub. & locationem priuati, considerari potest, tum ex maiori potestate locantis, tum ex fide, quæ à Principe & Repub. maior quàm à priuato requiritur: maior enim potestas eius, à quo res habetur, faciliorem firmioremque acquisitionem facit, vt colligitur ex Bar. & Paul. *in l. Cæsar. ff. de publica.* & Iaſ *in l. quoties, col. 2. C. de rei vendic. & in prælud. feud. num. 72.* Rip. *in dict. §. Diui. num. 92.* Couar. *lib. 2. resolut. ca. 9. nu. 3.* Maior etiam veritatis obseruatio in Principe vel Repub quam in priuato exigitur, iuxta illud Cæsaris apud Saluſtium: *In maxima fortuna minima licentia est.* Et illud Iuuenalis:

Omne animi vitium tanto conspectius in se
Crimen habet, quanto maior, qui peccat, habetur.

Vt omittam quæ Bald. & nostri sæpe dicunt de fide & constantia Principis in actibus suis, vt per Dec. *cons. 689. num 18.* Curt. Iun. *cons. 170. ad fin.* & in proposito 68
considerat Bald. *in l. emptorem, 5. oppos. C. loca.* Probata sic ea differentia inter conductionem à fisco vel Repub. & conductionem à priuato, inferuntur aliqua memoratu digna. Et primo posset noue induci tex. *in d. §. & l. vlt. ff. si ager vectig.* ad opinionem quam *supra* tentaui contra omnes, vt regulariter non sit differentia inter locationem ad longum vel breue tempus. Infertur secundo retenta differentia, quam Scriben. vbique tradunt inter eas locationes, ibi esse casum specialem, quo talis distinctio cessat, parque ius competit conductori modici temporis, ac conducenti ad longum tempus. Infertur tertio ex *d. §. qui in perpetuum*, non probari communem opinionem & allegationem, ad quam vbique citatur, quod conductio ad longum tempus transferat vtile dominiũ actionemque in rem. Non enim allegaretur tex. ille à Scriben. si aduerterent IC. *in l. 3. & vltim. eod. tit.* idem ius tribuere in ea specie conductioni ad modicum tempus, de quo argui possent omnes, qui in Iure Ciuili & Pontificio hucusque scripserunt. Infertur quarto (vt ex innumeris aliquos in specie notemus) tex. illum male citari à gloss. *in l. emptorem, verb. colono. C. locati.* & ab eadem glo. *dict. cap. 1. de capi. Corra. in eod.* etiam labitur Bartol. *in l. codicillis, §. instituto. ff. de legat. 2.* & ibi Alber. Imol. Cuman. & Paul. Barto. *in l. qui fundum, numer. 1. ff. locat.* & ibi Salyce. Paul. *in l. non solet, numer. 3. eod.* Salyc. *in d. l. emptorem, nu. 2.* Fab. & alij *in §. item finitur. Instit. de vsufr.* Fab. & Angel. *in §.*

adeo,

adeo. Instit. de loca. Roma. *in l. si constante, §. quoties, num.* 30. *ff. solut. matrim.* Alexand. *in l. si filio, §. si vir. numer.* 23. *ff. eod. & cons.* 112. *num* 3. *libr.* 1. *& cons* 17. *num.* 5. *libr.* 4. Corn. *cons.* 243 *num.* 4. *lib.* 3 Ias. *in l. naturaliter, num.* 15. *ff. de acquir. poss.* Ias. *in l. manumission. nu.* 6 *ff. de iust. & iur.* Aretin. Dec. Socin Cardi. Paris Alex. Ias. *in consiliis citatis supra*, dum referebam, qualiter apud Scrib., dicatur locatio ad longum tempus. Boer. *decis.* 234 Tiraq. *de retract. lib* 1. §. 1. *glos.* 14. *num.* 80. vbi alios citat. & Aflict. *cap* 1. *in princip. nu.* 61. *de prohib. feud.* per Feder. Infertur quinto, non posse ex illo tex. fundari multorum opinionem, quæ habet cum glo. *in d. l. emptorem*, decisionem illius l. non procedere in conductione longi temporis, quod tamen receptum est cum Bar. *in d. l. qui fundum. ff. loca.* vt per Alexan. *in d. l. si filio §. si vir.* à quo transferunt Nouiores in variis locis, & inter eos Salmanticensis D. Petr. à Duen. *in reg.* 240. vbi multa adducit ad ornatum & limitationem *d. l. emptorem.* ea tamen opinio æquitatem habet. Infertur 6. ex illo §. non posse fundari duram & iniquam opinionem multorum asserentium, emphyteutam locantem ad longum tempus incidere in commissum, ac si omnino rem alienaret sine cõsensu domini. Minus etiam inde fundabitur, quod deterius plures dicunt, quinquagesimam domino soluendam fore, si emphyteuta rem ad longum tempus locauerit, vt per Ias. *in l. fin. C. de iur. emphyt. num.* 2. *& num.* 112. Alex. *cons.* 119. *lib.* 3. Dec. *cons.* 203. Affli. *c.* 1 *in princip. n.* 61. *de prohib. feud. alien.* per Fed. Felin. *in cap. quæ in eccles. num.* 87. *de consti.* Tiraq. *d. loco de retrac. num.* 82. Boer. *d. decis.* 234. In quo contrarium melius aduertere videtur Molyn. *ad Alexan. in d. cons.* quem sequitur D. Couar. *lib.* 2. *resolu. cap.* 16. *col.* 3. & ita nemine citato Hisp. Ant. Gome. *libr. de contract. cap. de locat. num.* 11. *ad fin. fol.* 28. *col.* 2. Infertur septimo ex vero intellectu d. §. & recepta differentia inter conductionem à Republi. & conductionem à priuatis ad casum. Deci. *consil.* 292. vbi agit de quodam conductore à Repub. Floren. videturque immemor prædictæ distinctionis, quum debuisset respondere, sufficere tunc conductionem modici temporis. Infertur octauo, non satis memorem huius distinctionis Alexand. *in l. si finita, §. de vectigalib. col.* 1. *ff. de damn. infect.* (quum tex. ibi agat de fundo vectigali Reipubl. secundum gl. & alios) superuacue tunc exigere conductionem ad longum tempus. Infertur nonõ contra Bald. non solitum allegari *in cap. litera, n.* 4. *de dilatio* vbi tanquam inuicem aduersantes citat IC. *in dict. §. qui in perpet. & in l* 1 *ff. de loco pub. fruen.* dicens alterum exigere longum tempus, in conductore Reipu. alterum non distinguere inter conductorem ad longum vel modicum tempus, sed vtrique ius tribuere: quam anxietatem Bald. euaderet, si ad *supra* dicta aduertisset. Infertur decimo solida ratio ad receptam opinionem, quæ habet particularem successorem fisci, non posse expellere colonum, etiam modici temporis, glo. Bar. per tex. *ibi in l. fin. ff. de iure fisci.* gl. Cyn. Bar. Bal. Sal. *in l. emptorẽ, C. loca.* Bar. *in l. cognouimus, per tex. ibi. C. de mancip. & colon.* & Alb. *in l. defuncta in princ. ff. de vsufruct.* Ioan. Plat. *in l. si tempora. in fin. C. de fid. instrum. & iure has. fisca.* Roma. *in l. si filio, §. si vir. num.* 10. & Paul. *num.* 4. Alex. *num.* 5. *ff. sol. matr.* Ias. *in l. diuortio. num.* 36 *eod. tit.* Guid. Pap. *decis.* 480. Ratio igitur erit vltra Scrib. quia in conducentem à fisco transfertur ius in re, quod regulariter cessat in alio conductore. Vbi autem ius reale acquiritur conductori, cessat *d. l. emptorem*, secundũ ōmnes ibi. Pau. *in d. §. si vir. num.* 4 Barto. *in l. qui fundum. ff. loca.* quæ ratio doctis forsan magis placebit, quam alia quæ communiter traditur à gloss. & Scriben. de fauore fisci. Infertur vndecimo, lapsum in hac re fuisse doctiss. Alexand. *in d. §. si vir. col.* 3. *num.* 5. vbi fatetur proximũ speciale in conducente à fisco, negatque illud in conducente à Repub. contra Roman. Sed decuit aduertere ad resolutionem ab eo probatam, *in d. l. diuortio. §. si fundum.* ex qua resultat necessario in conducentem à Republi. transferri ius in re, & ideo tunc non procedere reg. *d. l. emptorem*, secundum cõmunem traditionem, cum iis, quæ notat Plat. *in d. l. cognouimus. C. de mancip. & colon.* Infertur duodecimo ad opinionem Roman. *in dict. §. si vir, num.* 13. qui in conducente ab ecclesia, similiter limitat regulam *d. l. emptorem*, vt tunc successor particularis teneatur stare colono, quod voluit Barto. *in d. l. cognouimus*, inferens de fisco ad ecclesiam. Alexand. autem contradicit *in d. §. si vir. num.* 5. improbans fundamentum

tum Rom qui arguebat de Republ. ad ecclesiam per *l. fin. C. de sacros. eccles.* dicitque Alexan. in Repub id non inueniri, & sic negabat antecedens in argumentatione Roma. Sed in hoc labitur Alex. non enim id bene negat, attentis iis, quæ dicimus in præcedenti illatione, meliusque respondisset, non inueniri scriptum in conducentem ab ecclesia ad breue tẽpus, transire ius in re, vt transit in conducentem à ciuitate, vel à fisco, qua ratione opinionem Alexan. probat Curt. Sen. *cons.* 10. Sed non putarem recedendum ab opinione Bart. & Rom. ob *superius* tradita de fide in conuentionibus fisci, vel Reipub. quæ magis militant in ecclesia: ne conductor se fraudatum conqueri possit, iuxta *cap. per tuas*, cum glo *de donatio.* Et hoc contra Alexan. sequitur Hieron. Grat. *cons.* 95. *num.* 23. *libr.* 1. Argumentatio autem Roman. à simili vel æquiparatis fragilis est, vbi dari potest ratio diuersitatis, ex traditis à Felin. *in cap. translatio. num.* 10. *de constitu. & in c.* 2 *num.* 9. *de spons.* late Nicol. Euerard. *in Centuria legali, cap.* 10. vbi *in cap.* 26. tractat argum. de fisco ad ecclesiam, & Panor. *in cap. auditis, nu.* 10. *& sequen. de in integr. restit.* Bal. *in l.* 1 *C. si propt. pub. pensitat.* Nec omitto, quod ratio nostra *supra* circa conductorem fisci videtur non negligenda, quia Roma statim allegandus, & alij asserunt, illud speciale non probari *in dict. l. fin. ff. de iure fisc.* quod si ita est, minus quidem id probatur *in d. l. cognouimus*, quam Rom. extollit *in singul.* 62. Alex. & alij *in d. locis.* Sed illa l. loquitur de colonis antiquissimis, non autem indistincte de quolibet colono, vt à Scriben. citatur. Temporis autẽ antiquitatẽ in omnibus grandes inducere effectus notissimum est: de qua re extat curiosus tractatus Aymon. Crauet. Vnde contra Barto. & alios *in d. l. cognouimus*, contra Roman. *d. singula.* verius puto, pœnam priuationis, quam l. illa irrogat successori repellenti antiquissimum colonum, non extendendam in successorem Ecclesiæ vel Reipublicæ, vel fisci, expellentem alium colonum, licet concederetur extensio eiusdẽ l. quoad principalem cõclusionem, vt satis sit ne colonus expellatur, non autẽ quod successor cõtra faciẽs re ipsa priuetur, cũ potuerit iustõ colore moueri, ex reg. *d. l. emptorẽ, & d. l. qui fundum, C. & ff. loc.* Faciunt quæ *supra* diximus ex Ioanne Andr. & magnis viris, de non extendenda pœna legis, maxime, quia *d. l. cognouimus*, non videtur cõprehendere successorẽ ex causa onerosa, *ibi, meruerint*, nec emptor ita astringi debet conuentis à venditore sicut donatarius à donatore. Tandem ex prædictis nemo inferat, quod conducens à fisco vel Republica ad breue tẽpus, æquetur emphyteutæ, cum præiudicio locantis: puta, ne expellatur non soluendo, nisi post tempus, quo expellitur emphyteuta. Contrarium enim verius est, imo quod statim possit expelli, vt simplex conductor, secundum Paul. & Imol. *in l. vectigalia. §. 1. ff. de publ. & vectig.* per text. ibi. sentit Bar. *in l. 1. C. de administ. Reipubl.* & ibi Plat. & Firmia. *de gabel. secunda parte, num.* 15. Bald. *in cap. literæ. num* 1. *ad fin. de dilatio.* licet variet gloss. & Angel. *in d. l. vectigalia.* & Bald. *in l. 1. C. si propt. public. pensitat.* Quæ omnia quotidiana sunt, nec alibi ita explicata. Ex prædictis in- 69
fertur, an pater in aduentitiis filij possit seruitutem constituere, quod regulariter negandum est, sicut in aliis fructuariis, vt deduxmus *in præceden. parte*, explicando tex. *in l. sed & si quid* 19. *§. final. cum l. sequ. ff. de vsufruct.* notat Paul. *in l. 2. in fin. ff. de seruitu.* Ideoque suadetur ex IC. ibi quatenus habet, seruitutem constitui non posse, nisi à pleno domino, tex. *in l. vnus ex sociis*, 34. *ff. de seruitut. rusticor. prædio.* Probatur etiam, quia patri interdicitur alienatio in hac l. esset autem alienandi species seruitutem constituere, vt inquit gloss. *in cap. 1. §. quid ergo, de inuestitu. de re alien.* quæ potuisset adducere vulga. *l. fina. C. de reb. alien.* Suadetur etiam, quia patri conceditur administratio ad vtilitatem filiorum, secundum Bald. *hic in fin.* & probat tex. *in l. generaliter, versicu. negocia, C. de secun. nupt.* Esset autem detrimentum manifestum, constitutio seruitutis, *l. stipulatio ista habere licere, §. si quis forte, ibi, minuitur, ff. de verbor. oblig.* Si tamen pater iusta causa ad vtilitatem filij, vendendo vel permutando, seruitutem constituerit, sustinebitur illa seruitus, sicut totalis alienatio rei ex iusta causa patri permittitur absque decreto, secundum receptiorem opinionem, quam *supra* plene defendimus. Sed ex 70
scriptis nostrorum in varijs locis, videtur idem resoluendum in patre, quod

omnes

omnes resoluunt in fructuario, feudatario, emphyteuta & similibus, vt scilicet constitutio seruitutis non valeat in præiudicium domini directi, maneat tamen durante vsufructu iure ipsius emphyteutæ & similium, per tex. *in dict. §. quid ergo, de inuestit. de re alien.* vbi Imperator id aperte statuit in feudatario, & ibi Bald. *num.* 3. dicit eum tex. singu. & continere ius commune, ideoque comprehendere emphyteutam, quod etiam vult idem Bald. *in l. & in prouinciali, num.* 3. *C. de seruitu. & aqua*, & ibi Salyce. & Pau. citantes *d. §. quid ergo*, & text. *in l. lex vectigali, ff. de pign.* vbi ita resoluitur in habente fundum vectigalem, cum obligante: inquit enim tex. hypothecam durare quamdiu durauerit ius emphyteutæ, & ita gloss. & Angel. ibi, idque vt receptum tradunt Aluar. & Præpos. *in d. §. quid ergo.* & Aflict. *num.* 3. *& num.* 34. & Iaf. hoc cõmendans *in l. fin. num.* 118. *C. de iure emphyt.* qui debuisset in hanc sententiam adducere autoritatem Barto. eam clare probantis *in l.* 1. *§. fin. ff. de superfic.* & ita in prædictis vt receptum tradit Cæpol. *de seruitu. vrba. cap.* 14. Aflict. *decis.* 380. *num.* 2. *& sequ.* Curt. *de feud. qu.* 14. tradit Alexand. *consi.* 173. *num.* 1. *libr.* 2. tradit Cardin. Paris. *consi.* 98. *num.* 11. *libr.* 2. late Boer. *decis.* 181. In eandem partem citatur glos. quæ idem aperte vult *in l.* 3. *ff. de seruitu.* dicens emphyteutam & superficiarium posse seruitutem constituere, tanquam vtiles dominos, & ita Alberic. & Paul. ibi generaliter id probantes cum prædicta distinctione, & latius ibi Pau. Castr. *num.* 2. *& seq.* & illam glos. ad hoc extollit Iaf. *in d. l. fin. num.* 118 *quæst.* 8. *C. de iure emphyteu.* idem Iaf. *in l.* 3. *§. ex contrario, num.* 66. *ff. de acquir. possess.* latius idem Iaf. *cons.* 123. *lib.* 4. Addunt etiam plures posse emphyteutam constituere vsumfructum duraturum, quamdiu emphyteusis durauerit, notat Bald. *in l.* 1. *§. item in fundo, ff. quib. mod. vsusfruct. amit.* per tex. ibi. idemque probat Bar. *in l.* 3. *§. ex contrario, col. fin. num.* 12 *ff. de acquirend. possess.* & ibi Alexand. *num.* 30. *&* 36. ibique Iaf. *num.* 65. & cum solo Bal. vbi *supr.* idem Iason *in d. l. fin. num.* 118. *C. de iure emphyt.* & cum eodem Bald. Coras. *in dict. l.* 3. *num.* 25. *ff. de seruit.* & ita Alber. non relatus *in dict. l* 1. *ff. quibus modis vsusfruct. amit.* Iason *dict. consil.* Ex his (vt ex multis alijs) deprehenditur, quam sit dolenda confusio Scribent. in hac iuris facultate, Iaf. enim *d. §. ex contrario. num* 66. citat gloss. Bald & alios *in cap.* 1. *de ca. Conrad.* & alios alibi contradicentes, imo quod feudatarius vel emphyteuta non possit vsumfructum constituere, & ita putant Scribent. inuicem aduersarij, ita etiam Curt. *de feud. quarta parte, q.* 15. putat eosdem Scribent. sibi contrarios, miraturque nimis, quomodo apud eos communis sit opinio, vt vasallus & emphyteuta possint seruitutem constituere, non autem vsumfructum. Nec ibi meminit Bar. Bald. & aliorum in locis hic relatis, qui vsumfructum in hoc æquiparant aliis seruitutibus, asserentes indistincte posse emphyteutam & vasallum vsumfructum omnemque seruitutem impune constituere. Et vltra eos inuenies Roman. *singul.* 626. aperte tenentem contra Bald. quod emphyteuta vel vasallus non possit vsumfructum cõstituere, idemque transcribendo verba Roma. tradit Cremens. *notab.* 85. vbi bene respondent ad text. *in d. l.* 1. *ff. quib. mod. vsusfr. amit. ibi, iure constituitur.* In quo etiam aduertendum est, quod Alex. *cons.* 18. *lib.* 5. (male citatus ab Iaf. *in d. §. ex contrario.*) plane sentit, non posse emphyteutam vel vasallum vsumfructum constituere: atque ideo in casu, de quo ibi consultus fuit, probat, non fuisse vsumfructum, sed obligationem personalem circa fructus rei, quod libere fieri potest, secundum Scribent. ibi allegatos cum traditis ab Iaf. *in l. filiusfamil. §. Diui. in* 2. *lectu. nu* 83. *cum seq. ff. de legat.* 1. Qua in re Alex. Iaf. & ij, quos citant, aperte volunt, quando agitur de fructibus tantum, nihil referre inter concessionem vel locationem ad longum tempus, eandemve ad modicum, quia tunc semper militat illa ratio obligationis personalis diuersa à iure reali, iuxta *l. fin. §. fin. ff. de contrah. empt.* cum multis quæ tradit Palat. *in cap. § trigesimooctauo.* & latius Tiraq. *de retract. ligna. §.* 1. *gloss.* 7 *ex num.* 46. Vt hinc obiter caueas ab Aflict. *lib.* 3. *constitut. Rub.* 5 *num.* 19. vbi & in ijs terminis incaute distinguebat inter longum & breue tempus, in quo melius sentit idem Aflict. *in cap.* 1. *in princ. nu.* 30. cum Isern. *ibi, de probat. feu. alien.* per Feder in hac Scriben. confusione mutuaque pugna, quam Curt. miratur, Iason vero ægre cõcordat (qui tamen quanta Scribent. va- 71

rietas

rietas sit, non viderunt) aduerto Ias. ipsum *in d. §. ex contrario, num. 66. in fin.* tãdem intelligere gloss. & Dd. *in c. 1. de cap. Corrad.* secundũ distinctionem superiorẽ, ex *ca. 1. § quid ergo, de inuestitu. de re alie.* Vt sic concordentur gl. & Dd. & ita Aflict. *in d. c. 1. §. præterea, col. 1. num. 5. de cap. Corrad.* secure intelligens gloss. & Dd. ibi, vt vsus fructus à feudatario constitui nequeat in præiudicium domini, bene tamen cum damno ipsius feudatarij, durante iure suo. Curt autem d. *quæst. 15. in quarta parte de feud.* aperte tradit gloss. & Dd. sibiipsis aduersari, nec prædictam concordiam admittere, ideoque miratur, cur in vsufructu glos. & Dd. negant, quod in alia seruitute permittunt. Et vere gloss. *d. cap. 1. verb. alienationes, de cap. Corra.* prorsus negat feudatario facultatem constituendi vsumfructum, eamq; vt receptam citat Alex. *d. § ex cõtrario, num. 37.* vbi hoc inuolutum relinquit. Ego aduertebam vltra omnes, dici posse gloss. sibi non aduersari, quia *in l. 3. ff de seruitu.* loquitur de emphyteuta, cui concedit potestatem constituendi seruitutem, rectequè à Dd. intelligitur durante iure suo. gloss autem *in d. cap. 1 de cap. Corr.* loquitur de feudatario, in quo si diligenter feudorum iura inspiciantur, maiori rigore alienatio prohibetur: idque deprehendetur, conferendo decisionem *l. fina. C. de iure emphyt. cum prohibitione d. c. 1. de ca. Corrad.* & magis *cap. 1. §. 1. de proh. feu. alie.* per Fed. & ibi gl. & Dd. Potest autem ratio differentiæ cõsiderari, quia in feudo maior est gratia domini, cui magis subiicitur persona vasalli, cum & fidelitatem iuret: at emphyteuta solam pensionem debet, non ius clientelæ, ideoque in proposito non videtur satis tuta æquiparatio emphyteutæ & feudatarij, quam faciunt Bald. & omnes *in d. §. quid ergo.* & in aliis locis *sup.* citatis. Pro extricanda etiam Scrib. confusione aduerto, quod tã emphyteuta, quam feudatarius non punirentur concedendo vsumfru. alij, quia tunc ipsam proprie non alienat, nec etiã totum ius suum. vnde non recte applicaretur pœna commissi, quamuis domino daretur ius reuocandi talem alienationem feudatarij, non ideo pœna priuationis applicanda esset, secundum ea quæ *superius* diximus ex Ioan. Andr. & aliis. Addo etiam secure dicendum fore contra verb. gloss. *d. l. 3. ff. de seruit.* contra Bart. Bal. Ias. & alios vbi *supr.* emphyteutam non posse constituere verum vsumfructum: verus enim vsusfructus personæ habentis inhæret, non alterius, hic autem ius translatum ab emphyteuta, nõ potest non pendere à vita & iure transferentis. & consequenter non est verus vsusfr. quod probatur in terminis ex *d. l. lex vectigali. ff. de pign.* & in simili ex *l. necessario, §. fi. ff. de peric. & com. rei ven.* Valebit ergo ea concessio emphyteutæ, sed non transferet verum vsumfr. Hinc deducitur, retenta communi opinione, par ius esse in emphyteuta & feudatario, vt constitutio vsufr. alteriusque seruitutis impune fieri possit, maneatque quãdiu durauerit ius constituentis. Citra pœnam vero priuationis facilius reuocabitur translatio feudatarij, quam emphyteutæ, probata autem fraude, reuocabitur alienatio etiã cum pœna priuationis. vt *in c. 1. §. calidus, de prohi. feu. alie.* per Fed. Ex his infertur vtilis resolutio ad tex. *in d. l. fin. Cod. de iur. emph.* similiterque ad tex. *in l. 1 §. item fundo, ff. quib. mod. vsusfr. amit.* ad tex. etiam *in d. ca. 1. §. quid ergo. de inuestit. de re alien.* Infertur etiam ad resolutionem, quam *supra* tradidimus, circa emphyteusim vel locationẽ ad longum tempus, factam à possessore maioratus, ne obliget successorem, nec vires habeat vltra vitam possessoris locantis, quod vltra ibi citatos apte confirmabitur ex Curt. *de feud. quarta parte, q. 14. ad medium.* Infertur etiam contra duram opinionem, euidentemque Scribentium repugnantiam, dum alibi volunt emphyteutam locantem ad longũ tempus incidere in commissum, quod *supra* damnauimus, manifesteq; conuincitur ex hoc, quod ipsi sibi aduersantes permittũt impune, vt emphyteuta possit vsumfructũ & seruitutem concedere, quod plus est, quam ad longum tempus locare, vt constat ad sensum. & ex Bald. *Nouel. inf.* citando, iuncta *l. 5. ff. de fund. dota.* Probaturque fortissime argu. fructuarij, cui indistincte permittitur rem locare sine temporis differentia. *l. arboribus, 13. §. vsufructuarius, ff. de vsuf.* Ex eisdẽ infertur comprobatio ad id quod tradit Bald. *Nouel. de dote. 7. par. priuil. 1. limi. 16.* posse virum in longum tempus locare fundum dotalem, vt tamen locatio tantũ maneat durante iure ipsius mariti.

quod etiam probat Ioan. Bosch. *de legiti. nu.* 6. *part. num.* 57. *in* 6. *vol. tracta.* cuius rei tunc vtilitas erit, vt maritus nec vxoris nomine rescindere possit talem locationem, licet alias rei dotalis alienationem à se factam, saltem vxoris nomine reuocare possit, ex glos. & Dd. *in princip. Institut. quibus alien. licet.* de quo proxime † dicemus. Ex eisdem infertur ad possessorem maioratus, vt secure dicamus, posse eum ad vitam suam constituere vsumfructum & seruitutem, non autem duret post eius mortem, nec vt successorem obliget, quod directe & necessario sequitur ex *d.* §. *quod ergo de inuestit. de re alien.* ex dictis à Bart. Bald. & aliis vbi *supr.* maxime ex Bald. *l.* 3. *num.* 3. *C. de seruitu.* probatur satis in simili ex glos. *in cap. veniens, de transact. verb. inter.* & ibi Panorm. & ex Paul notabiliter *in l. in concedendo. num* 4. *vers. idem in hærede, ff. de aq. plu. arcend.* Et à fortiori in hoc casu id dicendum est, cum hic possessor maioratus durante suo iure, superiorem in his bonis non habeat, nec ius successoris interim tanti momenti est, maxime cum ei nullum præiudicium fiat. Possessori autem quatenus solum distraxerit, quod respicit fructus sui temporis, non potest interdici vsus bonorum, vt merito reijcienda sit contraria opinio docti Hispa Anton. Gome *l. Tauri*, 40. *num.* 85. qui cum pro hac parte bene arguat,
72 male ab ea recedit. Ex prædictis tãdem infertur ad decisionem ac vulgarem allegationem *d. l. ex vectigali, ff. de pignor.* cum qua allegari potest tex. *in cap. nuper à nobis, de donat. int. vir. & vx.* & quæ tradit Dec. *in l. socius, num.* 6. *ff. si cert. petat.* Non tamẽ perpetuo tenet illa regula, vt finito iure dantis, finiatur ius accipiẽtis: aliquando enim diuersum obseruatur, vt nouissime tradit Corras. *l.* 3. *num.* 27. *pag.* 148. *ff. de seruit.* Eandem regul *d. l. ex vectigali.* notabiliter in suis terminis limitat Alex. *cons.* 183. *nu.* 5. *lib.* 2. aliter etiam limitat Afflict. *in c.* 1. §. *si quis de manso. num.* 80. *cum sequent. de controuers. inuesti.* Vtilior limitatio ad illam l. est, vt procedat tantum, quando res redit ad dominũ ex necessaria consolidatione, proprioq; iure domini, quale est ex commisso felo-
† nia, vel fine generationum. Secus si ex actu voluntario donationis, vel successionis ex testamento vel ab intestato: tũc enim res nõ redit libere ad dominũ, sed potius dicendum est durare hypothecam, aliaque onera imposita ab emphyteuta vel feudatario, vt dixit Petrus à Bella pert. & Io. Reynal. quos refert Curt. *de feud.* 4 *part. q.* 19. *ad fin.* Guid. Pa. *decis.* 585. & Guiliel. Benedict. *in ca. Raynutius, verb. & vxorem, num.* 561. Boer. *decis.* 181. Corras. *in d. l.* 3. *num.* 16. *in fin. ff. de seruit.* Molyn. *in consuetud. Paris.* §. 13. *in glos.* 5. *num.* 26. Tiraq. *de retract. lign.* §. 34. *glos.* 1. *n.* 9. Nec omitto quod ex reg. *d. l.* apte fundatur opinio Rip. & Tiraq. quã non bene improbat Molyn. *d. li.* 1. §. 30. *n.* 85. Aliqua etiam vtilia ad illam l. tradit Alciat. *in l. debitorum, num.* 11. *C. de pact.* & alia las. *in l.* 2. *num.* 67. *vsque ad num.* 71. *C. de iur. emphyt.* latius Tiraq. *de retract. l. gna.* §. 1. *glos.* 9. *num.* 256 *& trib. seq.* Ex eadem l. est contentio Barto. & Bald. ad grandẽ q. in materia *l.* 2. *Cod. de rescind. vend.* vbi aliquando, Deo duce, dicemus. Circa eã- 73
dem prohitionem huius l. interdicentis patri alienationem aduentitiorum filii, quæstionis est, *an pater ipse alienans possit remvendicare ab eo, in quem alienauit?* Videturque non admittendus ex regu. vulgari *l. post mortem. ff. de adoptio.* vbi glos. & Dd. notãt, quod nemo audiatur contra factum proprium. & ita text. *in l. cum profitearis. C. de reuoc. dona.* Posset etiã obiici alia regula trita, quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio *l. vendicantem. ff. de euictio.* Quę vulgaria non obstant, magisque dicendum est patrem alienantem contra prohibitionem huius l. ex ea admittendum ad irritandam alienationẽ, & rem vẽdicandam nomine filii, secundum glo. expressam, Bal. Saly. & alios *in l. cum à matre. C. de rei vend.* arg. *l. quemadmod. C. de agric. & censit.* quam not. glo. *in d. legib.* pro earum limitatione, vt non procedant, quando alienatio fuit contra legẽ. & ita Albe. *in d. l. vendicantem.* & ibi Salycet. ita etiam Bald. *in l.* 1. *Cod. de libera. cau.* & alios referens tradit Iason *in l. Iusiurandum, §. procurator, num.* 30. *in fin. ff. de iureiuran.* nec putet aliquis *d. l. vendicantem* loqui etiam de alienatione nulla (vt vulgus putat, quando venditur res aliena) nam de iure talis venditio censetur valida, iuxta text. *in l. rem alienam* 28. *ff. de contrah. empt.* tradit notanter Afflict. *decis.* 269. vt hinc colligas magis resistere legem alienanti rem filij, cuius administrator est, quam si ven-

si vendat rem alterius, contra Bald. *in l. 1. in 3. oppo. C. ad exhib.* Melius etiam retorquetur argum. *d. l. vendicantem*, & alia quæ obiici possent: nam ibi repellitur venditor, si venit iure proprio contra alienationem, quam fecit, prætendens forte, se ex noua causa dominium assequutum: hic autem pater obligatus ex sua persona reuocat iure & nomine filij vt eius administrator, quod generaliter licet, secundum Salyc. *in d. l. vendicantem*. Alber. *in d. l. post mortem, col. 3. vers. 2* & Alex. *cons. 109. num. 4 l. b. 4.* qui adducit agumen. ex glo. *in princ. Instit. quib. alien. lic. in ver. interdicta.* quæ habet, virum alienantem rem dotalem contra iuris prohibitionem, posse rem auocare etiam cõstante matrimonio. & idem vult glo. *l. vnæ, § & cum lex. C. de rei vxor. actio. in verb. alienare*, & est recepta opinio secundum Ange. Areti. *in d. princip. col 2.* & ibi late Riminal. & ita asserit Bald. *Nouel. de dote. 7. parte, priuil. 1. limi. 12* Cape. *de dote. 4. part q. 20.* Anto. Gom. *l. Tauri. 50. num. 63.* & hoc probat Bart. *in l. cum vir. num. 13 ff. de vsucap.* & ibi Imol. contra glo. ibi, de qua tamen concordanda agit Nicel. *concordan. 120.* Sic in casu notabili circa alienationem extra familiam contra prohibitionem testatoris notat Paul. *in l. filiusfamil. §. Diui, n. 3. in fin. ff. de lega. 1* de quo *infra.* Idē probatur ex *cap. si quis presbyterorum*, secundum communem intellectum *de rebus eccles. non alien.* recte adductum à gloss. *in d. princ. Instit. quib. alien. lic.* ibi enim Prælatus alienans rem ecclesiæ, contra iuris præcepta, potest eandam rem vendicare nomine ecclesiæ, quia tunc censetur altera persona, secūdum Imol & alios ibi, & nouissime Bero. *nu. 64.* vbi ita generaliter limitat reg. *d. l. vendicantem.* quod in terminis decidit q. nostram. & ita cessant, quæ ex aliis tradit Tiraq. *de retract. lign. § 26 gloss. 2. ex num. 7* facit tex. notab. *in l. tutorem. ff. de iis quib. vt indig. ibi, discreta iura quamuis plura in eandem personam, & ibi, non suæ personæ iure, sed pupilli.* notat Aret. *in l. in plurium, ff. de acq. hær.* vbi aliqua tradit, de duplici qualitate in eadem persona, & notabiliter Dec. *in c. ex literis, col. pen. de probatio. ex n. 14. ad l. si consul.* & Bar. *ff. de adopt.* facit tex. *in cap. à collatione. de appell. in 6.* vbi in eadem persona dantur diuersæ qualitates, Episcopi & Canonici: expendit Dec. *in l. 1. in 2. lect. num. 90. Coqui admit.* Ad idem solet notari tex. *in l. binos, C. de aduoc. diuerso. iud.* vbi Bal. in fine tradit, posse qnem duplex salarium percipere, si duplex officium gerat. idem Bal. *in l. si duobus, ff. de condit. & demõst.* Bal. *in l. fin C. de appellatio.* Roma. *cons.* 25. Felin. *in c. cum olim col. 2. de re iudica.* Benedict. *in c. Raynutius, in tract. de fideicommiss. subst. it. n. 10* Ioan Plat. *in l. maior. C. de dignit.* nouissimus Hispan. de Auendano. *cap. 4 fol 48* Sed illa l. ad hoc male citatur à multis ex iis & aliis, non enim loquitur de vno habente duplicem qualitatem, duplexve officium, sed de pluribus habentibus idem officium cū æquali prærogatiua, vt constat ex litera, *ibi, partibus dignitatis & priuilegiorum insignibus*: idque cõtingit sæpe in Curia Romana, nec minus frequenter in Curiis Principum, vt eiusdem qualitatis exerceantur plura officia æqualia, vt alibi inquit tex. *in l. sed & milites, 10. ff. de excus. tuto. ibi, coæqualitas enim honoris militiæ.* Sed an filius admittatur ad irritandam alienationem aduentitiorum à patre factam? videturque non admittendus, cum ante finitum vsumfructum patris ius agendi non ipsi filio, sed patri competat in aduentitiis, & filiusfamil. regulariter non agit, iuxta *l. filiusfamil. 8. ff. de act. & oblig.* cum traditis *in l. fin. §. necessitate. infr. titu. 1.* nec quis ante diem agendo auditur, *l. 1. §. dies, ff. quand. dies vsu fr. le. ced.* Hoc aperte probari videtur *in l. 1. in fin. infra de annal. except.* & ita in terminis notant Bartol. & plures, quos refero *in Authent. ſ q. num 44. & 45.* Sed iis non obstantibus contrarium probo *ind. Authenti.* cum Bald. & paucis, quos ibi refero. facit glo. *in l. si quis, §. ſi. ad fin. Co. de secun. nup. ibi, fraude alienando.* facit Bald. *hic ad fi.* dum intelligit potestatem patris quo ad commoda filiorum, facit etiam quod generaliter traditur à multis, administratore contra legem alienante, admitti dominum aduersus alienationē, vt per Ber. *in c. si quis presbyterorum, nu. 37. de rebus eccles.* Iuuatur etiam hæc opinio ex his, quæ diximus *in sec. parte*, vt pater remoueri possit ab administratione, si aduentitia filij citra causam vtilitatis alienet: tunc enim censetur pater fraude agere, vt notat Bald. *in cap. 1. §. hoc quoque, num. 4. de succes. feud.* Interdum namq; parentes, vel initigationib.

74

†

†

aliorum, vel iniquitate propria, etiam in filios inique & fraudulosè versantur, vt *in l. 4 ff. de inoff. testam.* Confirmatur etiam ex *decis. l. Imperator. ff. ad Trebel.* ibi enim auditur filius famil. contra iniquam alienationem patris in bonis, in quibus spem, non dominium, habet: à fortiori ergo in aduentitiis, secundum Paul. & Alex. ibi, & ita alias in alienatione feudi statim admittitur filius, vt *in ca. 1. §. Titius, si de feud. fuerit controuers. inter dom. & agnat.* & consultius est, vt filius quam primum audiatur, ne lapsu temporis difficilior fiat reuocatio, maxime cum gloss. & Dd. dicant, mortuo patre filium hæredem non admitti contra alienationem, vt *infra*. In hanc partem conducit opinio Bald. *in l. 2. ad fin. num. 3. C. si quid in fraud. patro.* vbi scripsit, ex æquitate succurrendum filiis, quando pater bona dissipat, vt ex his aliqua seperentur pro alimentis & legitima idque probat Paul. ibi, id extollens, *num. 6* idem Paul *in d. l. Imperator.* & ibi Alexan. *num. 13.* ibi etiam Hispa. Segur. *num. 118.* & Claud. ibi, & Iacobin. à S. Georg. *in l. lis nulla, num. 3. ff. de iudic. & in l. patronus. num. 5. ff. de probatio. & in d. l. lis nulla.* citat ad idem Roman. & ita Palat. *in repet. cap. §. 17. num. 14.* Fabian. *in Authen. nouissima, nu. 83. C. de inoff. testam.* & non citato Bald. tradit Cagnol. *in l. fin. in fin. C. de pact.* Contra vero citatur idē Bald. *in l. non potest. ff. de adoptio.* quem sibi contrarium putauit Alexa. *in d. l. Imperator.* Iacobin. vbi *sup.* Iaf. & Nouiores *infra* citandi. Et hanc partem contra Bal. *in d. l. 2.* magis probat Iaf. *in §. item si quis in fraudem, num. 4. Instit. de actionib. & in l. si is qui temporali, §. sed & si quis, n. quarto ff. de iureiuran. & in l. lex Cornelia, nu. 6. ff. de vulgari, & pupill.* dubitat idem Iason *in d. Auth. nouissima, n. 8.* Et ita Chass. *in consuet. Burgund. Rubr. 7. §. 2. nu. 4. fol. 230.* & hoc contra Baldum *in d. l. sec.* dubitans probare videtur Cacialup. *in l. frater à fratre num. 122.* vbi dicit varie in hoc iudicatum vidisse. Ex numero autem Scrib. receptior videtur opinio Bald. *in d. l. sec.* & Iaf. in contrariū citatus, magis dubitare quā asserere videtur: quicquid contradicere videatur non indiligens Peres ad Segur. vbi *supra*. Qua in re nunquam vel difficilime in praxi obtinebit opinio Baldi, quo ad legitimam, vt bene sentit Salyc. *in d. l. sec. ad fin. Co. si quid in fraud patron.* Meliusque Cacialup. vbi *supra*, refragantur enim iura, eorumque rationes, quibus firmiter constituitur, legitimam nullo modo deberi filio viuente patre; nec potens est autoritas Dd. ad inducendam tam exorbitantem decisionem, quia tunc moderatum remedium à iure datur, vt patri dissipatori interdicatur bonorum administratio, eique detur curator, iuxta *l. 1. in fine, ff. de curato. furio.* vbi exprimitur, vt filius ipse potius quam alius curator detur. Sic igitur sufficiens remedium ordinarium excludit extraordinarium & exorbitās, maxime quod pater potest mores emēdare, ideoque non statim tractandum est de legitima, quæ etiam certa esse nō posset ante mortem patris. Atque ita resoluo, vt ex prodigalitate vel sinistris moribus patris non statim ex bonis illius assignetur legitima filio. Nec ad hūc casum trahi potest longe diuersa species *d. l. Imperator.* loquentis tantum de bonis relictis patri cum onere restituendi filio: & in hanc partem induci potest *l. pe. ff de curator. furio.* Ad casum vero alimentorum, cum à patre viuente magis debeantur, tutius procedet traditio Bal. *in d. l. sec.* Ex his infertur ad quæst. patris 76
75 alienantis ex causa onerosa: an & quomodo filius admittatur aduersus alienationem: si enim pater alienauerit donādo vel simili causa lucratiua, notum est competere querelam inofficiosæ donationis, per totum *Cod. tit. inoff. testam. & in l. Titia, 89. §. Imperato. ff. de legat. 2.* de qua re vltra ordina. extat curiosus tractat. Car. Molyn. In hoc autem articulo dixit gloss. *in l. 1. ad fin. C. de inofficio. donation.* non posse filium reuocare nisi donata, non autem alienata titulo oneroso, in quo dicit meliorem esse conditionem patroni, qui reuocare poterit alienata etiam ex causa onerosa: in quo etiam Scribent. *in §. item si quis in fraudem. Instit. de actio.* volunt melioris conditionis esse patronum, quā verum creditorem, vt tradit Iason *ibi, num. 33.* cum aliis asserens, quod patronus pro sua legitima reuocat alienata titulo oneroso, licet contrahens cum liberto fraudis particeps non fuerit, quod requiritur in alienatione debitoris, vt à creditore reuocetur: & ita in filio, ne vllo modo admittatur contra alienationem ex causa onerosa.

tra-

tradunt Bald. & Paul. *in l. 2. Cod si quid in fraud. patron.* & Paul. *in Rubri. C. eod. ad fin.* Alex. *cons. 55. num. 1. lib. 1.* idque receptũ asserit Molyn. *in consuetu. Paris. § 8. glo. 3. num. 18* & D. Couarru. *in c. Raynut. §. 10. num. 9.* qui omnes in hanc partem citant auctoritatem Bartol. post Dyn. *in l. hæreditarium, ff. de bon. author. iud. possid.* Ijdem etiam Scribent. maxime Bal. Paul. Alex. & Ias. vbi *supra*, citantes text. *in d. l. fin. ff. si quid in frau. patro.* vbi IC. significat posse reuocari generaliter alienationem à patre factam, intelligunt tam ex causa onerosa quam lucratiua, idque asserunt specialiter procedere in casu illius text. in filio impubere arrogato, ex constitutione Diui Pij, quẽ dicunt in hoc melioris esse conditionis, quam filium ex iustis nuptiis procreatũ, eo quod tali arrogato magis ex contractu legitima deberi videtur, secundum eos. & ita Molynæ. & Couarru. vbi *supra*. idemque sentit Alberi. *in l. 2. in fin. ff. si quis à paren. fuerit manumiss.* & ita Alex. *d. cons.* Ias. *in dict. l. si arrogator.* Socin. *consil. 108. num 8. lib. 1.* In his tamen, quæ tot viri doctiss. asse-
77 runt, multa sunt emendanda. Primo, contra glo. Molyn. & alios, qui communem opinionem in eo quod dicunt patronũ melioris conditionis esse quam filium in reuocandis alienatis ex causa onerosa, contrarium enim verius est receptiusque videtur, in quo sufficeret sola ratio naturalis quæ non patitur patronum filio præferri. *l. intestato ff. de suis & legit. hared.* Deinde aduertendum est, quod si causa vere est onerosa, & sine fraude, patronus non potest cõtra eam admitti, vt colligitur ex discursu totius *l. 1. & tiul. ff. si quid in fraud. patro.* & ita probat text. *in § si quis in fraud. d. l. 1.* quem à Dd. in contrariũ adduci dolendum est. idem probat text. *in l. patronus 6 ff. de probatio.* quod melius videtur aduertisse Gome. *in d. §. item si quis in frau. nu. 15. Institut. de action.* Vbi igitur alienatio vere est ex causa onerosa absq; fraude vides patronum non admitti, & ita *l. 4. ff. si quid in fraud. patro. ibi, dolo malo alienatum.* vides etiam IC. *in d. l. 1. §. si quis in fraud. cum præced. & seq.* tunc admittere patronum, quando causa onerosa erat extrinsecus, intus autem fraudem donationemq; continebat, vt alibi inquit IC. *in l. si sponsus, 5. §. circa vendit. ff. de donat. int. vir. & vxo.* Quo prælabito circa patronum iam necessario sequitur, quod diximus eum non esse melioris conditionis, quam filium: si enim fingas patrem alienare simili fuco, vt extrinsecus causa videatur onerosa, intus autem contineatur donatio in fraudem filij, non poterit quidem filius à iure reuocandi excludi, per d. iura, iuncta reg. Iuris, quæ habet, effectum veritatẽque attendi, non colorem verborum, *l. insulam, ff. de præscript. verb. cum simi.* & per totũ, *C. plus valere quod agi.* Nec Dd. hoc negarent, quia in fortioribus terminis filium admittunt, vbicunque aperte non probatur causa onerosa, quamuis pater eam fateatur etiam cum iuramento, vt probat Bartol. *in l. cum quis decedens, §. codicillis, num 4. ff. de legat. 3.* Ias. *in d. Authen. vnde si parens.* Idem *in l. 1. col. 1. ff. de eo per quem fact. erit.* idem *in d. l. si arrogator. n. 25.* & plures per Tiraq. *de retra. lign. §. 1. g. 18. nu. 80.* fateturque D. Couarru. *in d. cap. Raynutius. § 10. nu. penul.* Igitur si Dd. hæc maturius aduertissent, nec sibiipsis contrarij forent, nec scriptum reliquissent patronum reuocare alienata ex causa onerosa, nec in ea re filium deterioris conditionis fecissent, quod melius contra eos sentit Bartol. *in l. 2. ff. si quis à paren. fuerit manumiss.* quem plures ex *supra* citatis inepte reprehendunt, sequentes Bald. *in d. l. 2.* Vnde cessat labor gl. & Dd. circa rationem commentitiæ differentiæ inter patronum & filium, cum vere talis differentia iuri contraria sit. Hinc secundo iam infertur in hac re circa alienationem ex causa onerosa, non esse patronum melioris conditionis quam verum creditorẽ: contra opinionem, quam Ias. vt communem tradit *in d. §. item si quis in fraud. nu.* 33 Quo ad reuocandum vero alienata ex causa lucratiua, filius & patronus facilius admittuntur quam verus creditor, vt eleganter notat Molyn. *d. §. 8 gl. 3. num. 2. vers. quamuis, fol. 127. col. 2.* Infertur tertio in specie ad casum, quem notat Bar. *in d. l. 2. ff. si quis à paren fuer. manumiss.* quando scilicet pater fraudem filiorum vẽdit, emptorq; soluit, sed de fraude participat, tunc enim contra Dd. communiter dicẽdum est, non minus admittẽdum filium quam patronum. Infertur quarto in eadem specie emptoris participantis de fraude, non minus admittendum filium ex iustis nuptiis procreatum, quam

impuberem arrogatum ex constitutione Diui Pij, vt recte scribit Bartol. *in d. l. non vsque adeo, ff. si quis à paren. fuer. manumiss.* contra Bal. & Paul. *in d. l. sec. Co. si quid in fraud. patron.* contra Alex & eos quos refert, *cons. 55. n. 1. & seq. lib. 1.* contra Ias. *in d. l. si arrogator, num. 23.* & denique cõtra opinionem multorum, quam communem appellat, *Rubr. in l. Titia, §. Imperator, num. 33 ff. de legat. 2.* qui male præferebant talem arrogatum vero iustoque filio. Infertur quinto necessario contra eos omnes circa intellectum *l. fina. ff. si quid in fraud. patron.* maxime contra Bald. *in d. l. 2.* contra Alex. & cõtra Socin. *d. consil.* contra Ias. *in d. l. si arrogator.* Nam ea lex simpliciter videtur æquare arrogatum patrono, nec permittit reuocationem alienationis, nisi in fraudem factæ, vt patet ex litera: ergo non concedit reuocationem, vbi causa vere fuerit onerosa, & sine fraude: nec tex. ibi in effectu reuocandi alienata aliquid speciale tribuit arrogato, contra *supra* citatos pro Bart. *in d. l. non vsque adeo.* Qua in re non est tam deserta opinio Barto vt Ias. Rube. & plures putant: idem enim vult Cyn. *in l. 1. q. 7. C. de inoffic. donatio,* & ibi Alber. *ad fin.* & ibidem Paul. *col. fina. ad fin.* Fulg. *in l. 2. C. si quid in fraud. patro. colum fin.* & ibi Cyn. & secure Hisp. Xuar. *in l. quoniam in priorib. 16. ampliatio. fol. mihi 45. col. 4.* qui cum Bar. tradunt non minus in hoc tribuit vero filio quam arrogato, & opinionem Bart. dicit receptiorem Oroscius *in l. si arrogator, n. 81. ff. de adopt.* in quo iam vides Alberic. & Paul. sibi contrarios, si repetas autoritates *supra* adductas. Infertur sexto in eadem specie emptoris solutis patri, sed in fraudem participantis non esse casum decisum à IC *in d. l. 1. ff. si quid in fraud. patron.* aliisque locis *supra* adductis. Illa enim iura loquuntur, quando, precium non soluitur, vel minus iusto soluitur, vt in toto, vel parte causam lucratiuam habeat emptor, quod tradit Fulgos. *in l. 1. ad fi. C. de inoffic. don.* sed ea iura extendit Barto. *in d. l. non vsq; adeo.* ad hanc speciem, vt tunc ob fraudem emptoris detur filiis ius reuocandi: in quib terminis raro inuenies, qui secundũ ius Ciuile Bar. sequatur, ij enim quos proxime dixi cõtra plures probare opi. Bar. loquuntur tantũ circa *l. si. ff. si quid in frau. pat.* sc. ne arrogato plus concedatur quam vero filio. In hoc autem articulo communis opinio est contrà Bart. vt asserit Rub. *in d. §. Imperator. n. 33.* & Moly. *in d. loco,* post Ias *in d. l. si arrogator. nu. 23.* & sic hi duo articuli longe diuersi sunt, licet eos non separet D. Couarr. *in d. §. 10. ca. Raynutius, n. 9.* vbi ipse Bar sequitur, & Molyn. vbi *supra.* non bene tamen citant Alexand. *ad Bald. in d. l. 2.* eosdem terminos tam diuersos confundunt etiã Rub. & Molyn. in allegatis locis. Pro Bartol. non adducitur vrgens fundamentum, quia dict. iura (vt dixi) loquuntur in diuersis terminis, vbi causa vere est lucratiua, hic autem vere fuit onerosa, cũ præsupponamus emptorem soluisse iustum precium: vnde contra Bartol. videretur quod illa iura ad hanc speciem trahi non possint, maxime attenta iuris regula (cuius illi patres in proposito meminisse debuerant) quæ habet neminem censeri prædonem, qui precium numerauit, *l. nemo prædo. 169. ff. de reg. iuris.* Nec facile dabitur casus, in quo emptor soluens iustum precium, dicatur fraudis particeps, quod Dd. illi nõ sat aduertunt. Nec pro Bart. est Panor. *in d. c. Raynutius. num. 23.* licet eum ad id referat Molyn. quia Panorm. non citat Bart. *in d. l. non vsque adeo.* nec loquitur in eius terminis, sed tantum circa gloss. *ibi, verb. deducendas,* dum gloss agit de venditione simulata & fraudulosa, magisque ex verbis Panor. videtur loqui iuxta terminos *d. l. 1. §. si quis in fraud. ff. si quid in frau. patro.* Si tamen contigerit talis casus, vt emptor soluens fuerit particeps fraudis, iustam putarem opinionem Bartol. vt filiis tunc detur ius reuocandi pro quantitate legitimæ, ne fraus mentis sit impunita, & ita applicetur doctrina Panor. *in d. cap. Raynutius, num. 23* notabiliter distinguentis inter fraudem & simulationem, facit ratio Bal. *in l. 2. num. 3. col. 1. versicul. item cum emptor. C. si quid in frau. patron.* Exemplum autem eius fraudis erit, si emptor sciens venditorem liberos habere, sciebat etiam illum statim dissipaturum fore precium in fraudem filiorum: non enim emptor tunc fraude caret, respectu filiorum venditoris, nec parum peccare videtur contra humanitatem & proximitatem, quæ inter mortales mutua esse debet, quod iuuatur ex IC. *in l. si vero non remunerandi, §. si adolescens. ff. manda. ex l. quod si cũ scires,*

scires, ff. de dolo. nimisque iuuaretur ex cõmuni intellectu. *l. si quis cum sciret. ff. de vsucap. pro empto.* de qua alibi Rip. & Zas. vt fortasse dicam in *l. fin. infra eo.* Nec
† obstabit *d.l. si quis cum sciret.* secundum alium intellectum, quo emptor bonæ fidei censetur : non enim consideratio liberorum venditoris ibi habetur, nec de iis mentio vlla fit, in quorum fraudẽ tunc venditio cedit, secundum terminos nostræ quæstiõnis. Infertur septimo cõtra Bal. Paul. *in d.l. 2. C. si quid in fraud. patron.* contra Palu. *in Rubr. cod. titu.* contra Hostien. & alios, quos referunt, non esse in hoc differentiam inter ius Ciuile & Canonicum: ipsi enim putant ius Canonicum magis succurrere liberis, vt reuocent etiam alienata ex causa onerosa. Si enim fingas venditionem fuisse
† sine fraude ex parte emptoris soluentis iustum precium, non debuit, nec potuit sacrosanctum Ius Pontificium iusto emptori nocere: nec aliquid obstat *d. cap. Raynutius*, licet à multis præpostere obijciatur: si autem emptor fraudis particeps fuit, iam vides Ius Ciuile succurrere *in d. l. 1. §. si quis in fraud. ff. si quid in fraud. patro. d. l. final. ff. eod.* Bartol. *in d. l. non vsque adeo*, & ratio *titu. ff. do dolo.* cum notatis à Bald. *in Rubr. C. de reuocan. iis quæ in frau. cred.* Et sic magis cauendum est à Iacob. de S. Georg. *in l. patronus, numer. 7. ff. de probatio.* vbi eam differentiam inter vtrumque Ius deterius scribit. Infertur octauo in prædicta specie emptoris participantis de fraude, non fuisse Bar. sibi contrarium, licet contra putet Iason *in d. l. si arrogator. num. 23.* Molyn. vbi *supr.* & plures ex *supra* citatis, nam Bart. *in d.l. non vsque adeo*, hoc casu liberis fauet, nec contrarium dicit *in l. hæreditarium, ff. de bon. authorit. iud. possid.* ibi enim non loquitur nisi de fraude vel iniqua voluntate patris, non de vlla fraude emptoris: imo ex Bartol. ibi vbique approbato nimis confirmantur quæ hic tradimus. Alia autem ad *d. l. non vsque adeo*, & multa in proposito tractamus *in Commentar. de inoff. testament.* Ex proxime
78 dictis circa ius filiorum viuentę patre in bonis nullo vinculo affectis, infertur ad quæst. in bonis maioratus, quam tractat Hispan. Xuar. *alleg.* 4. an filius agere possit, vt declaretur, quod mortuo patre ad se spectat successio maiora-

tus, in qua q. Hispa. ipse contendit filium admittendum, in idque inducit principaliter duo fundamenta. Contrarium autem probat Anto. Gome. (quem olim præceptorem habuimus) *l. 40. Tauri. n.* 78. non respondens fundamentis alterius Hispani: aliqua tamen argumenta non contenenda pro hoc adducit, per alia etiam longe meliora, idem iudicatum vidi ab insigni viro maximoque IC. Ant. Soraio, ab aliisque doctis Senatoribus. Idemque Hisp. *d. alleg.* fatetur contra suam opinionem iudicatum fuisse, vt sic plurium grauiumque Iudicum consensus prævalere debeat singulari opinioni. Pro hac parte facit iuris Axioma, tractum temporis ad Iudicem non spectare. *l. non quemadmodum, ff. de iudi.* quod vltra Dd. ibi ornat Ang. Aret. *in §. præiudiciales. colum. pen. & fin. Iustit. de acti.* Maria. *in cap. significantibus, ex num. 7. de libel. obla.* Nicol. *in concor. gloss. 115.* vrget etiam ratio tex. *in l. 1. §. si impuberi. ff. de collat. bon.* ne tam præmatura petitio admittatur. facit tex. *in l. si ita scriptum, §. 1. ff. de legat. 2. ibi. nec pertinet ad nes antequam dies veniat.* Ad idem vrgent verba tex. *in l. si filius qui patri 42. §. cum filius, ff. de bo. liber. ibi, qui sequentis gradus sunt, non admittuntur interim, & ibi, differri controuersia debebit.* stringit etiam vera consideratio, quæ ostendit incertissimum esse ius filij viuente patre, ob incertitudinem vitæ & mortis, vt eleganter colligitur ex IC. *in l. senatus. §. mortis. ff. de donat. cau. mori. ibi. siquidem terra marique tam in pace, quam in bello, tam domi, quam militiæ, multis generibus periculum metui potest.* & illud Senecæ in Tragœd. *Nemo tam diuos habuit fauentes: Crastinum vt possit sibi polliceri.* Nec ius admittit intempestiuas has petitiones ante tempus, nisi ex iusta causa, prout ex dissipatione vel alienatione, tex. *in l. Imperator. ff. ad Trebellia. l. peto, §. fratre, ff. de leg. 2.* in quibus terminis limitatur hæc conclusio, saluaturque opinio Xua. *d. allega.* Nec obstant quæ adducebat d. Hispa. Et primo tex. *l. in lege Aquilia. si deletum, 41 ff. ad leg. Aquil.* vbi contra delentem Chirographum conditionale, agitur ad æstimationem damni, vt sequuta conditione exactio condemnationis fiat. Nec verum est, quod ibi sentit Bar. & exprimit Floria. *num. 4.* dicentes post gloss. in casu eiusdem l. ius esse de præsenti, licet

exactio sit de futuro: si enim respicias principale debitum Chirographo contento, nullo modo præsens dici potuit, cum conditionale esset, iuxta *l. cedere diem ff de verb. sign.* cum vulga. est igitur expendendum in ea l. delentem Chirographum conuenire ex culpa propria, hic autem nulla datur in patre, causamque tunc quodammodo necessariam ibi vrgere, vt testibus probetur, quod in Chirographo continebatur, ne ex valetudine vel senectute testium facile probatio pereat: qua ex causa testes ibi ante tempus assumuntur, in quo est tex. notab. & melior de iure secundum Bal. *in cap. quoniam frequenter, num. 5.* vt lite nõ cont. Felin. *in cap. significauit, num. 6. de testib.* vbi Bal. *num 3. vers. modo,* non meminit illius l per quam tamen cõsuluit idẽ Bal. *cons.* 181. *col. 1. lib* 4 De materia autem testium ad perpetuam rei memoriam ad quam l. illa notatur, vltra Ilor. & alios *in d. l.* & Canonistas *in d. locis,* maxime *in d. cap. quoniam frequenter* 6. Iacob. *in l. cum ij, §. transactionis, ff. de transact. & in l. quæren. ff. de testib.* Affli. *in constit. Neapol. li. 2. Rub.* 34 Corn. *cons.* 172. *lib* 2. Anto. Capy. *decis.* 122. Capel Tholos. *q.* 475. Papi. *in praxi. pag. mihi,* 125. Rebuff. 3. *Tom. pag* 193. Nec obstat aliud fundamentum Hisp. *in d. allega.* ex doctrin. Bart. *in l si finita, §. eleganter, col fin. num 6 ff. de dam. infect.* vbi inquit admittendam actionem iuris de futuro, loquitur enim Bar. quando actio certa est, nec effectu carere potest, & ita explicat Alex. *cons.* 95. *num. 3. vers. præterea, lib.* 1. ita intelligentes quæ notantur *in l. 1. & segu. C. d. sen. ten. quæ sine cer. quant.* At ius filij pendens à morte patris, aliisque casibus nullam certitudinem præstat ad agendum de præsenti, talisque spes censetur vana, vt notat Bar. *in l. fina. in fin. 1. lectur. C. de pact.* nec producit effectum considerabilem regulariter, vt explicat Barto. *in l. is potest, num. 7. & 9. ff. de acquir. hæred.* Eodem modo cessat argum. ex *cap. cum super. de concess. præben.* quod obijci potest pro Hispano *in d. allegat* 4. quasi in illo cap. admittatur iudicium pro iure incerto de futuro: nam vltra id quod tex. ibi varie intelligitur ab Innocen. & alijs (adeo, quod aliqui dicunt ibi illum, cui diriguntur verba S. Pontificis non egisse, sed conuentum fuisse) constat illum potuisse allegare ius de præsenti ex receptione præcedente in Canonicum, vt bene sentit Imol. *ibi col. 3. versicu. tu potes,* & Panorm. *nu 6* qui actus induxit veram obligationem in personis recipientium, vt sic potuerint recte conueniri, & sententia lata contra eosdem viuentes effectum habere poterit, at in casu nostro pater nulla obligatione tenetur filio, nec ex sententia executio vnquam fieri poterit contra patrem, ideoque non est admittendum inane iudicium, argum. *l. hæc stipulatio. §. Diuus, ff. vt lega. seu fideicomm. nom. caue.* Inter limitationes huius l. vt præcipuam & vtiliorem tradunt Scriben hic & vbique eam, quam hic sensit glo. *in vlt. schol. ex l. cum à matre, C. de rei vendi* vt scilicet quamuis hæc l. indistincte permittat filijs rescindere alienationem aduentitiorum à patre factam, non procedat, cum mortuo patre filius eius hæres efficitur. tunc enim factum patris impugnare non potest, sed ei non parere tenetur ex *d. l. cum à matre,* vbi ita in terminis notat gloss Bar. Bal. Salycet. Paul & reliqui Scrib. glo. & Bar. *in l. fin. § in computatione, num. 6. C. de iure delib.* & ibidem Bal. Paul Alex. & Ias *num. 9. cum seq.* Quæ recepta conclusio confirmatur ex reg. *l. ex qua persona, ff. de reg. iuris,* confirmatur etiam ex verbis tex. *in sec. §. ex his, ff. de verb. oblig. ibi, ex persona hæredum non mutatur.* At idem vrget tex. *in l si patri tuo, C. de donat.* in illis verbis conditionalibus, *si hæres non extitisti, & l. si ab eo. C. de libera. caus. ibi* maxime, *ab hærede eius, & ibi, respectu tamen aditæ hæreditatis,* & in filio hoc probat tex. *in l. filium,* 31. *ff. eo. tit. de libera. cau.* vbi aperte deciditur filium hæredem patris non posse in seruitutem vocare seruum, quem pater manumiserat, nec in ea re aliquid est speciale in libertate, vt probat tex. *in l. si seruo alien. ff. qui & à quib* de quo *infra* in limitationibus ad hanc regu. Imo libertatis causam in proposito deterioris cõditionis censebant antiquiores, vt refert Bar. *in l. cum vir. num. 7. & sequen. ff. de vsucap.* tradit Paul. *in l. rem alienam, col. 3. post princip ff. de pignor. act. versicu. ex prædictis.* Bald. *in d. l. cum à matre, num. 9. ibi, quia loquitur in libertate.* Antequam vero ad alia inferamus in nostro artic. dicebat Pau. Castr. *in d. l. cum à matre, num 5.* hanc conclusionem & limitationem tunc procedere, quando pater rem filij simpliciter alienauit, secus si expressit rem filij esse, 79

eamque

camque vt administrator alienauit: tunc enim putat filium etiam patris hæredem admittendum contra talem alienationem quasi factam hac lege resistere, idque colore non caret, sed mirandum est insignem Castrensem non aduertisse gl. ibi contrarium non obscure velle, priusque adduxisse fundamenta, quibus Paul. *amplia sol. mihi*, 20. *col.* 4. *cum sequen.* & eleganter Ruin. *consil.* 42. *num* 3. *libr.* 5. Quod efficaciter confirmatur ex eadem gloss. *in d. l. cum à matre. in princip. ibi, etiam eo casu, quando non præstatur euictio.* vbi gloss. ab omnibus recepta (vt per Socin. Iun. *in l.* 4. § *Cato. num* 221. *ff. de verbor. obligat.*) intelligit eam l. & hanc conclusionem, etiamsi ex venditione non teneatur pater de euictione, vt quia vendat emptori scienti rem esse filij vel alterius, & consequenter nihil emptori nocebit adiectio illa, quod pater vendit rem filij: inde enim nihil aliud resultat, quam certioratio emptoris, quæ tamen ei non nocet, secundum glo. illam receptam. Sic eleganter declarata *l. si fundum, C. de euictio.* vt scilicet euictio emptori scienti non debeatur, extraneo tunc euincente, non tamen venditor vel eius hæres contra factum suum audiatur, vt bene sentit Bald. *in d. l cum à matre, num.* 7 *versic. solutio.* cessatque præcipuum fundamentum Paul. attento quod in filium hæredem non transit, nec cadit qualitas legitimi administratoris, quæ erat in patre. Vnde non est inconueniens potuisse patrem admitti nomine filij, non vero filium suum hæredem, quia pater duplici persona fungebatur, vt *supertus* probauimus, *num.* 72. *& seq.* filius autem hæres solum patrem repræsentat. atq; ideo nec vt hæres contrauenire potest, refragantibus iuris regulis; nec etiam nomine proprio, eo quod res sua fuisset, vt habet *d. l. filium, ff. de libera. tau. & d. l. cum à matre.* probatque *l.* 3. *C. de reb. alien.* Cum igitur ex iuris regulis, ex glo. & Scriben. in terminis videas, filium hæredem patris non posse rescindere alienationem aduentitiorum à patre factam, consultius est, vt viuo patre filius agat, quia tunc locum non habent dict. iura, filium excludentia ex nomine hæredis, quod cessat patre viuente: idque non obscure colligi potest ex Bal. *in l fin. § computationem. num.* 7. *C. de iure deliber.* vbi inquit patrem tunc cogendum consentire filio agere volenti, licet iurauerit non contrauenire. & ibi Corne. *num.* 6. & Iason *consil.* 46. *colu.* 3. *lib* 3. *versic. confirmatur. & versicu.* 2. iamque *supertus num.* 74. probauimus, filium viuo patre alienante admittendum ob fraudem alienationis, quod contra aliquos repetemus in *Authent. c. seqn.* & ita pulchre deducitur, aliquando plus posse filium viuente patre, quam eo mortuo, ad limitationem multorum iurium. maxime *l* 1. *§. si impuberi ff de collat. bon.* Eadem conclusio excludens filium hæredem intelligitur tantum pro portione hæreditaria, vt si solus hæres fuerit, in totum excludatur, si cum altero, pro dimidia: si cum duobus, pro tertia, & ita de singulis, vt colligitur ex eadem *l. cum à matre. ibi pro qua portione*, & ibi gloss. magn. *ad fin.* & gloss. expositiua, *verb. portione*, & communiter Scriben. *ibi, & in dict. § in computatione*, vbi Bald. *numer.* 14. & Corn. *num.* 6. *versic. quartus casus.* Hispan. *dict. l. quoniam in prioribus, fol.* 20 *column.* 3. facit *l. prima, C. si cert. petat. ibi, pro portionibus hereditariis, & l. secunda, & l. sexta. C. de hæredita. actio. ibi, infra eam portionem, in qua successit petitio, non confundatur*, similis text. *in l. si vxor. C. de bon. autho. iudi. possid. l. licet, C. ad leg. Falcid.* generaliter enim receptum est, hæredem non repræsentare defunctum, nisi pro quota, in qua hæres est, quoad alias autem partes extraneus censetur, secundum gloss. receptam *l.* 2. *ad fin. ff. de prætor. stipu.* & ibi Barto. & omnes, idem Bart. *in l. unus, ff. de pact. in l. continuus*, §. *fin. ff. de verb. oblig.* & quam plures alij, quos citat Tiraq. *de retract. ligna.* §. 32. *glo.* 1. *nu* 50. Et in proposito hoc receptissimū tradit Io. Nicol. *in l. generaliter, nu.* 120. *C. de sec. nup.* Ex qua declaratione infert Iaf. *in l. si ita quis*, § *ea l. num.* 6. *ff de verb. obliga.* intellectum ad tex. ibi, quem vltra alios notat pro illa glo. dum tex. habet, *Seium hæredem agere aduersus cohæredē in id, quod interest*, de quo fortasse dicemus *infra.* Ex eadem declaratione infert Soci. *in l.* 4 § *fin. ad fin. ff. de verb. oblig.* non recte aliquando iudicatum fuisse contra filium pro dimidia hæredem patris, qui rem ipsius filij alienauerat, defensionemq; promiserat, & Iudex filium prorsus exclusit: contendit enim, & bene, Socin. filium excludi nō debuisse, nisi pro dimidia, & sic iuxta portionem hæreditariam, quod

proba-

probat idem Soc. *in l. frater à fratre, nu.* 19. *ff. de condi. indeb.* vbi egregie expendit literam *d. l. cum à matre.* Eadem conclusio pro hæreditaria portione intelligitur, vt quamuis portio plus vtilitatis valoris-que contineat, quam pars rei, de qua agitur, non tamen teneatur filius vel alius hæres vltra portionem hæreditariam, vt si fundus filij hæredis valeat quingenta, & portio hæreditatis valeat mille, sintque alij cohæredes, non tenebitur, nec repelletur filius, vel alius hæres, nisi pro portione hæreditaria, puta ex portione dimidia vel tertia hæreditatis, tenebitur vel repelletur pro dimidia vel tertia rei de qua agitur. Et è conuerso, si res valet plus quam portio hæreditatis, tenebitur vel repelletur filius vel alius hæres, pro parte correspondente quotæ hæreditariæ, puta pro dimidia vel tertia rei, licet in ea maius sit precium, quam in portione hæreditatis, quod colligi potest ex gloss. *ad fin. in d. l. cum à matre,* & ibi Bald. Salyc. Paul. & Scribent. communiter, & *in d. l fin. §. in computatione*, tradit Arelat. *in d. l. generaliter, num* 123. *C. de sec. nupt.* licet omnes confuse tractent. In hunc sensum intelligunt Scriben. *in d. l. cum à matre, & d. §. in comput.* illa verba, quæ docendi causa fingunt, vt non inspiciatur quantitas, sed quotitas, non facto Inuentario. Et ita Hisp. *in d. l. quoniã in prioribus, fol.* 20. *col.* 3. Arelat. vbi *sup.* quod sequor, quia congruit verbis legũ loquentiũ de portione vel proportione hæreditaria, nõ habito respectu quãtitatis, sed quotæ, vt alias tradit Bar. *in l. qui vsumf. ff. de verb. oblig.* De parte autem quota & numerali tractat D Augustin. *de Ciuit. Dei, lib.* 11. *cap.* 30. & alijs relatis, Cardin. Paris. *cons.* 61. *lib.* 1. Prædicta autem ex gloss. *d. l. cum à matre,* procedunt, quando filius vel alius hæres hodie succedit, non facto Inuentario: eo enim facto, inspicitur quantitas, non quotitas, quæ verba non satis clara confuse scribuntur ab omnibus *in d. l. cum à matre,* vbi Bal. *col. fin. num.* 10. & ab omnibus *in d. §. in comput.* vbi idem Bal. *num.* 12. *versic. quia vbi.* & Albe. *col.* 1. *in fin.* Alex. *num.* 8. *ad fin. versic. remanet.* Corn. *num.* 7. *versic. operatur.* Iacob. *num.* 12. Boer. *decis.* 23. *num.* 27. Arelatan. *d. l. generaliter, num.* 124. Vere enim beneficium & effectus Inuentarij à Iustin. introducti, quantitatem & emolumentũ hæreditatis respicit. exemplum autem huius traditionis erit ex mente Fulgo. *in d. l. cum à matre, ad fin.* Si fingas patrem vendidisse rem filij, quæ valebat centum, posteaque decessisse superstite filio cum alio cohærede, & bona patris valere 80. ex quibus filius consequitur 25. pro portione hæreditaria, tunc facto Inuentario, nõ repelletur pro dimidia rei venditæ, & sic non pro 50. sed pro quantitate suæ portionis, & sic pro 25. cum alias non facto Inuentario filius propter dimidiam hæreditatis, in qua habet 25 repellendus esset à dimidia rei venditæ, quæ dimidia valet 50. quia sine Inuentario habetur ratio portionis quotæ, non quantitatis, & ex quota hæreditatis fit æqualis deductio ex quota rei, licet quãtitas sit inæqualis, iuxta glo. & receptam sententiam proxime explicatã ad quem modum in his fieri debet computatio. In hac re semper habenda est ratio legitimæ filij, quæ sibi iure debetur, & aliquali er separanda est ab hæreditate: vnde dicebat gl. *in d. §. in comput.* quod si filius, cuius rem pater vendidit, nõ habet postea, nisi legitimam, in nihilo repelletur à vendicatione rei suæ, cum vere non censeatur portionem hæreditariam cõsequi: quod reprobant omnes hucusque Scriben. *in d. §. in computa.* vbi post Bald. Salyce. Pau. hoc tradunt Alexan. Iaf. Cor. Iacob. & Hispan. *d. l. quoniam in prioribus.* Arela. *d. l. generaliter, num.* 128 qui omnes insistunt filium tunc repelli vt heredem: & contra gloss. quasi peremptorio fundamento nituntur, quod emptor tunc creditor est. regula autem iuris habet, æs alienum legitimum excludere, creditoresque filijs præferri, iuxta *l. Papinianus, §. quarta autem ff. de inoff. testam.* Ego autem contra Scriben. puto glo. recte sensisse, & in hoc articulo vitandam esse, vt erroneam & pernicioſam receptam opinionem, quæ filijs magnum incommodum, iudicijs autem magnam confusionem afferret: ideoq; dicendum est cum Bart. *in l. 2. num. 7. C. si quid in fraud. patro.* & alibi, vt *infra,* quod si filius ex hæreditate nihil habeat præter legitimam, poterit totam rem suam à patre alienatam vendicare: tunc enim legitimam à lege, non à patre habet, iuxta *l. si arrogator. ff. de adoptio.* cum alijs. & in proposito in legitima filij ex necessitate legis notat Paul. Cast. *cons.* 448. *ad fin. lib.* 2. Iho. Gram. *decis.* 93. *num.* 12.

80

num 11. Aflict. *in cap. si Titius, num. 16. ad fin. ff. de fid. fuer. controuers. inter domi. & agnat.* essetque longe iniquum compellere filium, vt dimittat rem suam, contra regu. *l. id quod nostrum, ff. de reg. iur.* nec tunc militat obligatio ex nomine hæredis, nec ratio portionis hæreditariæ, nec *l. ex qua persona. ff. de reg. iur.* Alibi autem *in Commentar. de inoffi. testam.* late tractamus, an legitima filij sit quota bonorum vel hæreditatis, & de effectibus huius inspectionis. Nec obstat argumentatio, quæ Scriben decepit, vt glo. inique improbarent: fateor enim emptorem tunc creditorem censendum, fateorque prius deducendum æs alienum quam legitimam: sed hæc consideratio id tantum euincit, vt alio rem suam vendicante, emptori detur actio ad precium & interesse euictionis, solutioque emporifacienda ex hæreditate, eandem minuat, & consequenter legitimam filij postea deducendam, atque ita regulæ iuris seruantur, vt æs alienum deducatur ante legitimam, filiusque re sua non priuetur, cum à patre ex hæreditate nihil habeat, & sic absque perplexitate in iudicio ius suum vnicuique reddetur, cum ex communi traditione ingens oriatur confusio, adeo quod insignes viri Cast. & Fulg. *in d. l. cum à matre, ad fin.* fateri videantur, se non percipere qualiter exemplum in
† hoc fingi possit in filiis. Ex quo iam sequitur, filium nihil præter legitimam habentem, indistincte admittendum ad vēdicandam rem suam, secundum Bart. vbi *supr. & in l. filius fam. §. cum pater. in fin. ff. de leg. 1.* & ibi Ang. & Cuma. non tantum quando maiorum suorum res fuerint, aliudve interesse prætendat, vt pungebat solus Albe. *in d. §. in comput. col. 2. versicu. si autē, & prope fin. d. col. ibi, nisi sua interfit.* præpostere citans specialē decisionē minorū, de qua *in l. si in emptione 35. ff. de minorib.* hinc etiam confirmo quod in simili scribit Aflict. *in c. 1. num. 6. an agna. vel fi.* qui opinionem suam parum fundabat, nec obstantibus respondebat.
† Hinc verius puto contra omnes *in d. locis*, glo. *in d. §. in comput.* non contrariam iis quæ dixerat *d. l. cum à matre*, atque fortasse ob id insignis Bar. *in d. §. in comput.* non tam acerbe gloss. reprehendit, similiter Pau. Castr. *in d. l. cum à matre, ad fin.* sentire videtur glo. non sibi contrariam in hoc fuisse, & tandem Bart. vbi *supr.* secure probat id quod gloss. voluit. Aliud etiam memoratu dignum censeo in his, contra id quod communiter ex scriptis nostrorum colligi posset, quod si filius facto Inuentario cum alijs hæredibus, succedat vltra legitimam, nō semper teneatur vel repellatur à vendicāda re sua pro quantitate vel emolumento, vt Dd. indistincte scribunt in casu Inuentarij, sed potius dicendum, vt attendatur portio quotitatiua vel quantitatiua (iuxta terminos Scri.) prout filio vtilius fuerit. nam ante ius nouum, quo Inuentariū fuit introductum, attendebatur quota hæreditatis, non quantitatis, & ex portione dimidia vel tertia hæreditatis, repellebatur filius aliusque hæres à simili quota rei suæ, licet valor vtriusque quotæ inæqualis esset, secundum gl. & Scrib. *in d. l. cum à matre*, vt *supr.* diximus. Quæ computatio etiam hodie, facto Inuentario, poterit esse vtilior filio, quam si fiat respectu quantitatis, & propter rei obscuritatem exemplum sit, si fingas hæreditatem longe maioris precij esse, quā rem filij à patre venditam, vt dimidia hæreditatis pluris valeat quā dimidia rei venditę: & sic filius habens 100. forsan in quantitate portionis hæreditariæ, non repelletur à simili quantitate valoris rei venditæ à patre, sed tātum repelletur pro dimidia vel tertia, similive quota rei: idemq; conducet, vbi fuerint 4. vel 5. hæredes, vt filius hæres in 5. vel 6. quota, in qua magna quantitas contineatur ob opulentiam hæreditatis, repellatur tantum à 5. vel 6. quota rei venditæ, in qua longe minor quantitas sit, quæ computatio filio vtilissima est. Si autē repelletur pro quantitate & emolumento, esset manifestum incommodum, quia quātitas portionis hæreditariæ opulentæ, absorbebit valorem totius rei, de qua filius agit, quod sensisse videtur Alb. *in d. §. in cōput. col. 1. in fi.* nec alius aduertit, magisq; omnes indistincte loquentes cōtradicere videntur, quod efficaciter probatur, quia ius nouum introduxit Inuentarium in fauorem hæredū, non autē vllo pacto tollere intendit beneficiū iuris diuidentis obligationem pro portionibus hæreditariis, vt constat ex *l. fin. C. de iur. delib.* igitur nō debet in odiū retorqueri, iuxta iuris reg. quod magis fulcitur ex doctrina IC. *in l. 3. §. si emancipatus, ff. de bon. poss. cont. tab.* ibi, *quo magis admittatur, non quo minus.*

minus. sicut igitur ante ius nouum fiebat computatio ex portione hæreditaria non ex quantitate portionis, idem hodie dicendum est, quando filio alijve hæredi vtilius fuerit, nec tunc fit iniuria creditori, cum ius suum ab hæredibus consequi possit, iuxta *l.3. ff. famil.ercisc.* Quæ omnia frequentissime contingunt, & consequenter longe commendanda sunt: maxime quia à Scrib. nihil in hoc perspicuum traditur, in eoque laborasse & defecisse alta ingenia, agnoscit Fuglo. *d. §. in comput.* vt iure à candidis peritisque bonam gratiam speremus, illudque Lucretij dicere possit, quod refert Picus Miran. ad Politia. *Ornari res ipsa negat contenta doceri.* Ex his autem magna vtilitas deducitur, vt cõcurrente alio hærede, magisque pluribus existentibus hæredibus, frequentius tota res filio applicabitur: cum enim pro hæreditaria portione tantum sit repellendus (vt *supra*) iniquum esset, vt emptor ob dimidiam vel minorem rei partẽ totã retineat, magisq; ex iuris præceptis filius ipse verus priorq; dominus totam rem euincet, ne inuitus in societatem incidat, eumque iuuat proprij causa dominij, iuncta decisione & ratione *l. si emptione. ff. de minor. l. 1. §. & alias, ff. si quid infrau. patro. ibi. affectionem oportunitatis vel vicinitatis, vel zeli, quod illic educatus*: facile enim res ad suam originem trahitur. *l. si vnus, §. pactus. ad fin. ff. de pact.* & alibi in simili multa tradunt Scribent. quæ omitto. Id suadet ratio arbitrij, quę seruari iubetur in iudiciis diuisoriis: idque clarius, vbi filio maior pars manserit, argum. tex. & Bal. *in l. fancimus, §. ne autem. C. de don.* text. *in l. 5. ff. famil. ercis.* late Tiraquel. *de primogen. quæst. 60. num. 15, & seq.* Iason. *in l. final. in princip. C. commun. de legat.* Ipse autem filius in pecunia & æstimatione satisfaciet emptori partẽ non euictam, seu quæ apud emptorem manere poterat, argum. illorum iurium, & *l. ad officium, C. commu. diu. §. fin. Instit u. de offic. iud.* quod in proposito magis deduci potest ex text. & Dd. *in l. si tibi. C. de euict.* & magis à Decio in simili *consil.* 185. *num* 6. ab Afflict. *decis.* 278. *num.* 5. & ita vides notabilem limitationem ad *l. cum à matre*, vt filius hæres vẽdicet rem à patre alienatam. Ea autem regula vt hæres non admittatur contra factum defuncti, ampliatur primo, vt vides, *in d. l. cum à matre*, etiamsi res alienata à defuncto erat ipsius hæredis, quod postea succedẽs non potest alienationem rescindere, vt ibi. & *in l. 3. C. de reb. alien. & in l. filium. 31. ff. de libera. cau.* Vnde non oportuit dubitare Bart. *in l. cum vir. ff. de vsucap.* nec debuit variare gloss. *in l. si ab eo. C. de libera. cau.* maxime cum ita aperte probet text. *in l. 1. in princip. ff. de except. rei. vend. ibi, sed etsi dominus fundi hæres venditori existat.* Ampliatur secundo, etiamsi defunctus non teneretur de euictione, quia ita cõuentum fuisset, vel emptori scienti rem alienam vendidisset, vt vult glo. recepta *in d. l. cum à matre.* Scribent. *in d. §. in cõput.* & communis opinio, vt patet ex *supra* allegatis, asseritque Tiraq. *lib. 1. de retract. §. 1. glo. 9. num. 47.* Socin. Nep. *in l. 4. §. Cato. num. 221.* Fulg. *cons. 67. col. 2.* Ampliatur tertio cõtra Pau. Cast. *in d. l. cum à matre.* vt *supra* tradidi, etiamsi defunctus venderet expressim nomine filij, vel alterius qui postea fuerit hæres, vt melius colligitur ex glo. & Bald. ibi, traditque Hisp. *in d. l. quoniam in prioribus 17. ampli.* Carol. Ruin. *dict. cons. 43. lib. 5.* vbi eleganter explicat Paul. non contradixisse, nisi cum defunctus vendiderat nomine filij, tunc enim putabat Paul. venditionem fieri lege resistente, ideoq; filium licet hæredem admittendum contra alienationem, quod dicere non potuit vbi simpliciter res alterius vendita fuisset à defuncto, cum venditio rei alienæ magis valere, quam contra legem fieri dicatur, vt *in l. rem alienam. ff. de contrah. empt.* Ampliatur quarto regul *d. l. cum à matre.* cum simil. vt procedat etiã in hæredibus & successoribus primi hæredis, quasi sequentes censeantur etiam hæredes defuncti, qui rem alienauit: quod etiam in feudalibus tradit Sigism. Loffred. *cons. 1. num. 169. & sequen.* & Soc. Nep. *cons. 108. n. 41. li. 2.* & Card. Pari. *cõs. 16. num. 38. lib. 2.* Bertr. *cons. 8. num. 2. lib. 3.* Cur. Iun. *cons. 171. nu. 8.* & prius consuluit Paul. quem sequitur Boer. *decis. 23. num. 20.* tradit Ruin. referens plures. *cons. 108. num. 12. lib. 5.* Idque suadetur ex regula illa antiqua, de qua *in l. fin. C. de hæred. instit. & l. qui per successorem. 155. ff. de regu. iur.* vbi late Cag. & Rip. *in l. 1. ff. de vul. & pupil.* Bellon. *lib. 4. supput. c. 16.* Alciat. *in l. hæredis appel. 65. de verb. signif.* Tiraq. *in l. le mort saisit. 2. par. 5. declarat.* quæ memorasse oportuit, ne quis decipiatur ex

† 81

Deci-

Deci. *in l. hæredem. num.* 8 *iuncto num.* 4. *ff. de reg. iur.* quem sequitur Tiraq *de retract. conuen. §.* 1. *glos.* 6. *num.* 19 *in fin.* Ampliatur quinto ex traditione Andr. Isern. & feudistarum, quod etiam hæres alienantis feudum non possit rescindere alienationem, licet prætendat illud sibi deferri citra voluntatem alienantis, vt tradunt Dd. allegati in proxima amplia. vbi plures referunt. & Bal. *in c.* 1. *§. hoc quoque, col. fin. num.* 20. *de succes. feud.* Alex *cons.* 28. *li.* 5 & Ruin *cons.* 1. *n.* 3. *lib.* 1. *& cons.* 42. *num.* 12. *eo. lib. & cons.* 25. *nu.* 11. *lib.* 2. Afflict. *lib.* 3 *const. Rubr.* 5. *nu* 9. Crot. *in §. Diui, num.* 146. & ibi Loaz. *num.* 191. Curt. *de feud.* 4. *part. num.* 148. *&* 152. & alij per Tiraq. *de retract. lign. §.* 1. *glos.* 9. *nu.* 49. Exea *de pact. num.* 227. sed in hoc mire variant Scribe. † vt *infra*. Ampliatur sexto in rebus etiam familiæ relictis, alienarique prohibitis: hæres enim alienantis non potest venire contra alienationem, quamuis successio tunc sibi deferatur ex dispositione primi instituentis. hoc probat aperte text. summe notandus *in l. filiusfam. §. cum pater, ff. de leg.* 1. vbi excluditur filius hæres, admittiturque filius ex hæredatus, & ita notant Bart. Alb. Ang. Cum. Imol. Paul. idem sentit Bar. *in l. peto, §. prædium, in fin. ff. de legat.* 2. & ad hoc illum tex. dicit sing. Hispan. Xuar. *in d. l. quoniam in prioribus.* 18. *amplia. fol.* 16 *colum.* 4. Contra quem text. loqui videntur alibi plures Dd. vt *proxime* deducam. Ampliatur septimo *d. l. cum à matre & regu. supra* tradita, etiam facto Inuentario, nam quatenus bona hæreditaria sufficiunt, cõfundetur actio hæredis, nec ei permitteatur impugnare factum defuncti, quia Inuentarium tantum prodest, ne teneatur vltra vires hæreditarias, vt colligitur ex Scriben. *in d. §. in comput.* notat Roman. *cons.* 18. *num* 4. Fulgos. *cons.* 67 *col.* 2. Et tanquam receptum tradit Dec. *in l. debitori. nu.* 20. *C. de pact.* citans Imo. & alios. idem Dec. & Cagnol. *in l. ex qua persona, ff. de reg. iur.* Alexand. *cons.* 30. *num.* 7. *lib.* 6. Afflict. *lib.* 3. *constitu. Rubr.* 5. *nu.* 9. Boer. *decis.* 23. *num.* 20. Socin. Nep. *cons.* 108. *num.* 42. *lib.* 2. Aymo. Craue. *cons.* 225. *num.* 12. Hiero. Grat. *cons* 9. *nu* 18 *lib.* 1. & ita multorum allegationem videtur bene intelligere Exea. *de pact. num.* 227. *vers. ita sublimitatio.* Quod notabis contra errorem † multorum, qui putant Inuentarium ad plura prodesse, quam herbam Theotonicam, atq; inde erronee tradunt facto Inuentario admitti hæredē cõtra factũ defuncti: in quo errore fuerũt non raro graues Dd. Card. Paris. *cons.* 100. *num.* 8. & 9. *lib.* 4 Ias. *cons.* 56. *col.* 5. *vers. quarto respondetur, lib.* 3. Ruin. *consil.* 38. *num.* 15. & *num.* 21. & *cons.* 47. *num* 9. *lib.* 1 Anton. Rub. *consil.* 84. *num.* 7. Cauendum etiam est in hoc à varietate Dec. *cons.* 185 vbi male resoluit *in fin. nu.* 5. cauendum magis à Curt. *de feud.* 4 *part. num.* 148. vbi incaute solo Inuenrario facto, permitti putat hæredi venire contra factum defuncti. Inde cauebis etiam ab Alexand. *consil.* 32. *ad fin. num.* 5 *lib.* 3. *ibi, sine beneficio Inuentarij.* Cauebis etiam à Thom. Gram. *decis.* 93. *num.* 10. vbi deterius loquitur. Ex prædicta reg. & ampliationi- 8½
bus (antequam veniamus ad limitationes) inferuntur aliqua non negligenda. Et primo infertur ampliatio ad regul. *l. vendicantem, ff. de euict.* quæ loquitur de alienante, qui ex noua causa effectus dominus volebat rescindere alienationem, eumque lex excludit, vt procedat etiam, vbi rei dominus succedit alienanti, licet maior ratio excludat ipsum alienantem, vt dicebat Ioann. Imol. *l. cum vir. numer.* 5. *versicul. & sic iustius, ff. de vsucap.* hæc duo tamen ex præceptis iuris æquantur in proposito, vt constat ex *d. l. cum à matre, & l.* 3. *C. de rebus alien.* & ibi gloss *& l. filium,* 31. *ff. de liber. cau.* melius *in l.* 1. *in princip. & versicu.* 1. *ff. de except. rei vend.* Infertur secundo contra illa iura receptamque sententiam loqui Alciat. *in l filiusfamil. §. Diui, ad fin. ff.* † *de lega.* 1. dum scribit, hæredem non repelli ab impugnando facto defuncti, nisi quando vellet admitti iure hæreditario, secus si iure proprio vel aliunde habito. Verius enim est ex illis legibus glos. & communi sententia, hæredem indistincte excludi, & ita cauendum est à Tiraquel. bis decepto *libr. de retract. ligna. §.* 1. *glos.* 9. *num.* 52. *in fin.* & ab eodem in fine *eiusd. lib.* 1 *num.* 163 Sed magis caueas à Paul. Castr. *in l. Lucius. in fin. ff. solu. matrim.* Cauebis etiam ab insigni Deci. *consil.* 445 *num.* 55. *vers. sed responderi.* ostenditur hoc etiam ex gl. & communi sententia, de qua *supra* latissime diximus, de filio hærede patris, qui rem eius alienauerat, & tamen filius repellitur in totũ, si solus succedit, vel pro portione hæreditaria, iuxta *supra* resoluta. Et ita cauebis ab

bis ab Iaſ *conſ.56.col.5 verſ.2.lib.3.* & eodē errore contra hæc iura loquitur Crot.*in l.ſi is quipro empti re.num.11. verſic.2.* Infertur quinto ex eisdem iuribus, & maxime ex adductis *ſupra in 6. ampliat.* erraſſe aliquando graues Dd.aſſerentes hanc regul non procedere in bonis, de quibus defunctus alienans non poterat libere diſponere:quod patet, cum illa iura id ſtatuant in rebus alienis, & in bonis alienari prohibitis, familiæque relictis, in quibus prohibetur alienatio, & ſucceſſor non capit à proximo poſſeſſore,ſed à primo inſtituente,*l. vnum ex famil.* §.1. *ff.de legat. 2. l.3. ff.de interd & releg.* cum aliis. & tamen in eiſdem hæres alienans, qui ſuo iure ſucceſſurus erat, non auditur contra factum defuncti, vt cōſtat ex illis iuribus, maxime ex *d.* §.*cū pater,l.filiusfam. ff.de legat.1.* Et ita liquet contra illa iura reſpondiſſe Panormit. & alium D.inter conſilia Paul. Caſtr. *conſil. 297. num. 1. verſ. tamen illa regul. & verſicul.adeo quod non potuiſſent, libr.2.* Et eodem errore labitur ipſe Paul. Alexand. Iaſ. Corn. quos refert ac ſequitur diligens & doctus vir Aymon. Craue. *conſi. 110 num.7.* & Thom.Gram. *deciſ.203.nu. 1. & ſeq.* nec bene ſenſit Grat. *conſil. 91. num.36. lib.1.* male citans Socin. Infertur quarto ex dict. iuribus hanc regulam procedere in bonis alienari prohibitis, tam ex contractu quam vltima voluntate. in omnibus enim par ratio eſt, vt hæres alienantis non audiatur contra alienationem, & ita patet non recte reſpondiſſe ingenioſum Ruin.*conſ.112.lib.4.* vbi *num.13.* præpoſtera ſubtilitate conatur cauillari text *in d.* §. *cum pater,l filiusfam. ff. de legat. 1.* contendens eum ſpecialiter procedere in prohibitione ex teſtamento, cum à fortiori idem magis dicendum ſit,in prohibitione ex contractu. hæc enim non tam potens eſt : illa autem magis impedit alienationem, facilioremque acquiſitionem præſtat vocato, ſecundum Bart. & omnes *in d.l. filiusfam. §.Diui.* Bart. & omnes *in l. ſi ita quis,§.ea leg.ff.de verb.oblig.* Infertur quinto ad intellectum text. *in l.Seia,73. ff. de euict. ibi, proprio, non hæreditario:* videtur enim ea l. obſtare multis iuribus *ſupra* adductis, confirmareque multorum dicta *ſupra* confutata,eiuſque colore poterat aliqualiter ſe excuſare Alciat.*in d.§. Diui.ad fin.* & alij, quos citauimus *in* 23. *illati.proxi.* & ita ex illa l. bis deceptus fuiſſe videtur Tiraq. *in d.lib.de retract. ligna.* ſed ex aliis iuribus apertiſſimis & iuris rationibus intelligi debet l.illa,vt nec ex iure proprio,vel aliunde habito, audiatur hæres contra alienationem defuncti. oportet enim iura iuribus concordare: nec vno verbo obiter prolato iuris regul.derogari.igitur ex illis verbis non ſentit IC. poſſe hæredem iure proprio admitti contra alienationem defuncti,ſed eo admiſſo,ex primit, quatenus ſuccurratur emptori euictionem paſſo,hoc enim principaliter tractat. ſequuta autem euictio intelligi debet, quia conuentus exceptionem non oppoſuit, ex regul.*dict. l. non vendicantem, & l. cum à matre,* cum ſimilibus,de quibus *ſupra.* & ita bene explicat glo. ibi, colligiturque ex aliis legibus dicentibus,eſſe tunc electionem conuento,vel excipiendo conuentum repellere vel euictionem pati, & de euictione agere, vt inquit text. *in dict.l* 3.*C.de rebus alien.* Quod ſi inſtes ex verbis *dict.l.Seia,ibi, iure proprio, non hæreditario controuerſiam facere poſſes.* facile reſpondetur eſſe differentiam inter ius proprium & hæreditarium, quia ſi res erat hæredis, non potuit acquiri dominium emptori cauſam habenti à defuncto, non domino: quoad hæredem vero exceptione repellendum ex hac regu. par ius eſt in vtroque caſu, vt colligitur ex traditione Bald. & aliorum *in dict.l.cum à matre,ex l.1.ff.de excep. rei venā.* & ſpecialiter ad *d. l. Seia.* tradit Saly.*in dict l.3 C. de rebus alien.* idque cōſonum eſt iuris principiis. Infertur ſexto ad emphyteuſim à patre alienatam, quam filius hæres velit reuocare,dicens forte ex tenore conceſſionis ad ſe pertinere,de quo per Ludoui. Gozad. *conſ. 75.* in ſpecie autem contra hæc iura receptamque ſententiam reſpondiſſe videtur Socin. *conſ.50. colu.2.num.4.libr.1.* cum inquit,filium hęredem poſſe reſcindere alienationem vel renunciationem à patre factam: maxime cum loquatur, quando pater erat primus qui acquiſiuit emphyteuſim, eamque ipſi domino vel eius conſenſu alienauit: in quibus terminis filius hæres magis repellitur, vt *infra* circa feuda. Nec obſtat ratio Socin.arguentis, filium ſuo iure,non hæreditario tunc venire, quia & ſuo vel aliūde non admittitur hæres contra factum defun-

defuncti. per iura illa expressa, ad quæ Socin. debuisset aduertere. Infertur septimo aliqua lux ad tenebras Scriben. in materia feudali, in qua deprehenditur mira dolendaque confusio, vt non tantũ alij aliis vbique, sed ijdem sibiipsis sæpius aduersentur, quod colligitur ex Isern. Bald. Afflict. & aliis Scribent. *in consuetudinib. feudor.* ex Curt. & aliis *in tractat. eiusd. materiæ*, ex Alexa. Ias. Deci. Ruin. Cur. Rub. Sigismun. Gra. in *cons. supra* citatis, & aliis citandis. Qui omnes meminisse debuissent tex. *in d. filiusfam. §. cum pater, ff. de legat.* 1. nihil enim aptius adducere potuissent ad bona vinculo restitutionis affecta. maxime cum text. ibi agat etiam de filio exhæredato, & ipsi non adducentes illum §. tractent q. an filius exhæredatus excludatur à feudo. Curt. *de feu.* 3. *part. nu.* 6 *& sequent.* sed hoc de feudis & maioratu post limi-
83 tationes adducemus. Pro maiori ornatu & vtilitate *dict. reg. & dict. l. cum à matre*, notandæ sunt aliquæ limitationes, quarum prima esset ex opin. Paul. ibi, cuius autoritas, coloratæque argumenta, non paucos decipere possent. Sed contrariũ verius esse probauimus ex glo. & Bald. ibi, cum Caro. Ruin. & Hispan. Xuar. vt *supra, in ampliationib.* Limitatur secundo ex tex. difficili *in l. seruo*, 20. *ff. qui & à quibus.* Vbi libertas seruo aheno data non confirmatur, etiamsi manumissor domino serui hæres extiterit. qui text. grandem difficultatem fecit Accur. & Plumb. ibi, videtur enim repugnare iuris rationibus. Ideoque Bartol. *in l. cum vir. num.* 7. *ff. de vsucap.* dicit difficilimum es-
† se contrarium, *d. l. ad alia iura*. Et ibi laborat Cuna. *num.* 5. Imol. *cod. num.* Bald. *in d. l. cum à matre, num.* 9 *vers. quia loquitur.* circa quod laborat etiam gloss. *in l. si ab eo, C. de liber. cau.* In qua difficultate cogitabam, dici posse d. l. non esse contrariam decisioni *l. filium*, 31. *ff. de libe. causa, & d. l. si ab eo.* In his enim iuribus nec iure proprio, nec hæreditario quis auditur contra libertatem datam ab eo, cui hæres est, quod non negat *d. l. si seruo*, sed tantum dicit, libertatem non ideo confirmari. Nec repugnat, vt manumissus liber non fiat, quæstio tamen seruitutis moueri nequeat à manumittente vel eius hærede, quicquid gl. Bar. Bald. & alij contra sentiant. In his enim exceptio datur ad repellendum hæredem agentẽ, eumve, qui alienauit vel manumisit, ne quis eorum veniat cõtra factũ suum vel defuncti, nõ tamen dominiũ prorsus aufertur ab eo cuius erat, vt tradit Pau. Castren. *in l. rem alienã, n.* 7. *ff. de pig. actio* nec mero iure actio impeditur, vt probat *dict. l.* 1. *ff. de except. rei vendic. l. Seia*, 73. *ff. de evi.* Et eodem modo conciliabitur reg. *d. l. cum à matre.* cui (sic intelligendo) non aduersatur *d. l. si seruo*, quam ita necessario accipimus ob *d. l. filium & d. l. si ab eo*, arguendo à fortiori, quia magis repelli debet idem manumissor succedens domino, quam dominus succedens manumissori, iuxta text. *in d. l. rem alien. ante pe. ff. de pignor. action.* Limitatur tertio ex text. notab. & difficili *in dict. l. rem alienam*, 41. *vers. nec. est idem*, vbi tex. negat creditori actionem pignoratitiam in re hæredis à defuncto obligata. Ex qua l. Paul. Castrens. *in dict. l. cum à matre, num.* 4. *vers. nec obstat.* colligit differentiam inter obligationem personalem cum exceptione, & ius reale. Sed meminisse debuit, quod in pignore & iure reali contra *dict. l. rem alienam*, stare videtur *l. si Titio. ff. de pignor.* In quibus conciliandis laborant glos. & Scribent. ibi, & Alciat. *lib.* 7. *parerg. cap.* 14. & nouissime Connan. *lib.* 4 *fol.* 290. & Duaren. *lib.* 2 *disput. cap.* 4. à quo caue dum scribit *dict. l. rem alienam.* esse Papiniani, cui aliquid additum putat à Modestino *in dict. l. si Titio.* Idque coniicit innouatum fuisse post tempus Papiniani. Sed dict. l. Pauli est, vt indicant libri communes & † emendati ad exemplar Florentin. Paul. autem & Modestin. (vt colligitur ex Historia iuris) æquales fuerunt, vterque Papiniani discipulus. Attamen ex ea l. colliges magis quem teneri ad conseruandum factum proprium, quam defuncti, cui hæres est, pro Imol. *in d. l. cũ ver. num.* 5. *vers. & sic iustius.* Inde etiam limitabatur regu. *l. heredem, ff. de reg. iur. & l. cum hæres, ff. de diuer. & tempo. præscr.* ad aliaque multa iura temperamentum infertur. Limitatur etiam d. l. variis modis per Ias. *cons.* 7. *libr.* 3 Grat. *cons.* 91. *ex n.* 25. *lib.* 1. & Thom. Gram. *decis.* 93 *ex nu.* 10. Aym. *cons.* 200. *num.* 7. quorum plura dicta reprobaui *supr. in ampliationib. & illationib.* Sic etiam reprobaui aliam limitationem Ruin. *consil.* 112. *num.* 13. *libr.* 4. ideo tales limitationes sigillatim non exprimo. Limitatur quinto d.

l. vt non procedat in præscriptione rerum feudalium vel similium, quæ successorib. ex tenore concessionis deferuntur. Tunc enim præscriptio completa contra vnum, non excludit eius hæredē, cui citra ius hæreditarium successio feudi vel maioratus defertur, quia tunc non venit contra factum defuncti, nec militat ratio *d.l. cum à matre*, vt eleganter tradit Rip. *in l. filiusfam. §. Diui, num.* 116. *ff. de lega.* 1. de quo scribo plenius *in Authenti. seq* Limitatur sexto, quando vere datur conuentio & factum defuncti, secus vbi is simpliciter consensit, quia tunc non impeditur hæres, veniens saltem non iure hæreditario, sed aliunde, vt notat Fulgo. quem Iason sequitur *in l. quotiens, C. de fideicom.* idem Fulgo. *cons.* 67. *col.* 2. *ad fin.* sed prius Bal. *in cap.* 1. *§. hoc quoque, ad fin. num.* 20. *de succeff. feud.* Afflict. *in ca.* 1. *n.* 35. *qui succeff. tenean.* Curt. *de feu.* 4. *par. num.* 152. & alij quos citat Tiraq. *de retract. lign. §.* 1. *gloff.* 9. *nu.* 54. Limitatur septimo per Carol. Ruin. *conf.* 42. *num.* 17. *lib* 1. vbi cum nonnullis asserit, quod hæres possit venire contra factum defuncti, qui taxatiue promiserat de facto suo, quod maiorē indaginē exigit, ex traditis ab Alex. Aret. & Ias. *in l. stipulatio ista habere licere, in princ. ff. de verb. oblig.* Molynæ. *ad Alexan. conf.* 18. *ad fin. lib.* 5. de quo alibi agimus ad intellectum tex. *in d. l. stipula. ista. & l. si necessarias, §. de vendendo ff. de pignor. act. l. non solum. §. tale, ff. de liber. legat.* pro Ruino autem facit Bal. *in l. qui se patris. num.* 12. *ibi, de se tantum, C. vnde liber.* Limitatur octauo secundum Bald. *in d.l. cum à matre, num.* 4. *in fin.* ne procedat in actu defuncti, ex quo non descēdit obligatio in hæredem: ad quod extollit gl. *in l. quæsitum, §. fina. ff. de preca.* quæ aliud dicit, ibique eam notant Alberic. & Angel. Sed limitatio hæc Bald. nihil noui nobis adfert, id enim est quod quærimus, quando obligatio non afficiat hæredem. Limitatur nono ex tex. *in l. Lucius, 39. ff. solu matrim.* vbi glo. eam l. expendit ad limitationem regu. *d.l. cum à matre*, ne procedat, quando ex facto patris alteriusve defuncti, non resultat actio vel exceptio; tunc enim hæres admittetur contra tale factum defuncti. Et ita exemplificabitur obscura traditio Bald. proxime relata. ad hoc inquit Paul. *num.* 3. *in d.l. Lucius.* glo. ibi, vt singu. semper commendari: eamque extollit Hispan. *d.l. quoniam in prioribus, 7. amplia. fol.* 18. *col.* 1. Omissa autem varietate glo. Bart. & Cuman. ibi (quam Alex. vbi *supra l. præced* refert, nec satis componit) aduertendum est, quod in ea l. pater contrahebat sponsalia nomine filij, & sic nec filium, nec se obligabat: non filium, quia is actus personalem cōsensum exigit: non seipsum, quia nihil suo nomine faciebat, nec de se promittebat. Nurus etiam aliique contrahentes nihil de patre conqueri possent, cum videant rem totam à consensu filij pendere, & sic est casus longe diuersus à materia alienationis, & *d.l. cum à matre*, quia in alienatione rei propriæ vel alienæ, datur obligatio & ius euictionis, iuxta totum *tractat. de euict. & l. stipulatio ista. cum §.* 1. *& seq. ff. de verb. oblig.* Limitatur decimo, quando actus esset nullus, vt faciens cōtra eum venire posset. ita enim admitteretur hæres, quia cessat dispositio d l. & iurium similium, nec magis debet hæres repelli, quam originarius faciens, vt sentiunt glos. Bald. & alij *in d.l. cum à matre, per l. quemadm. C. de agric. & censit.* notat Aretin. *cons.* 123. *ad fin. num.* 7. Soci. *cons.* 79. *nu.* 47. *lib.* 4. Grat. *cons* 91. *num.* 25. *lib.* 1. Exea. *de pact. num.* 229. Curt. Iun. *cons.* 125 *num.* 10. *in fin.* Thom. Grammat. *decis.* 93. *nu.* 8. & 9. vbi alios refert, Afflict. *decis.* 240. *num.* 8. & *lib.* 3. *constit. Nea. Rub.* 5. *num.* 7. & *in cap.* 1. *§. si Titius, num.* 15. *si de feud. fue. controuers.* Quod tamen fallit aliquando, vt vidimus *supr.* quando pater vendit rem filij prohibente hac lege, & tamen filius hæres repelletur, secundum glos. & receptam sententiam. Limitatur vndecimo dict. regul. excludens hæredem, vt procedat tantum pro portione hæreditaria, secundum ius antiquum & nouum, non facto Inuentario, iuxta ea, quæ vtiliter *supra* resoluimus. Hodie autem facto Inuentario, etiamsi vnicus hæres sit, non tenebitur vltra vires hæreditarias, *l. fina. §. si præfatam, C. de iure deliber.* hoc enim inducit Inuentarium secundum Bartol. & omnes *in §. in comput eius d. l.* & Scrib. *supra* citat. *in* 7. *amplia.* tradit Bart. *in l. cum vir. nu.* 14. *ff. de vsucap.* dicit communem opinionem Afflict. *in prælud. feud. num.* 176. Syl. *conf.* 13. *num.* 36. Limitatur duodecimo in casu *l.* 2. *C. si quid in fraud. patron.* vbi patronus hæres liberi, reuocat alienata in fraudem sui. & Bartol. ibi per eam l. limitat

hanc

hanc regu. ne procedat, quando hæres succedit ex necessitate iuris, prout ibi patronus. Idemque in filio respectu legitimæ, secundum Bar. *ibi, num.* 7. Barto. *in l filius fam. §. cum pater. ff. de legat.* 1. Bar. *in l. Titia, §. Imperator. num.* 4. *ff. de legat.* 2. Iason *in Authent. vnde si parens. num.* 2. *C. de inoff. testament.* licet Bald. & aliqui d. l. 2. varient, intelligentes eam l. specialiter in patrono, quod *superius* reiecimus. & ita colliges ex Paul. *in l.* 2. *num* 3 *C. de inoff. donat.* ex eodem Pau. *cons.* 448. *ad fin. lib.* 2 Ias. *cons.* 7. *num.* 8. *versic.* 3. *lib* 3 Curt. Sen *consil.* 1. *ad fin.* Grat. *cons.* 91. *num.* 35. *lib.* 1. Thom. Gram. *decis.* 93. *num.* 12. Ex quibus patet receptius esse dict. l. 2. non specialiter procedere in legitima patroni contra Xuar *in d. l. quoniam in prioribus* 7. *amplia. fol.* 20 *col.* 1. *versicul. ego.* Contra † Rube. in *d. §. Imperator. num.* 206 In quem sensum pro Bart. expendo text. notab. *in l. dotale* 13. §. *fin. ff. de feu. dota.* cuius decisio memorabilis est, cum eo tempore non esset beneficium Inuentarij. Eãdem l. secundam norant alij, vt hæres rescindere possit quod defunctus fecit in eius fraudem, & ita Molyn. *in consuetud. Paris.* §. 8. *gl.* 3. *num.* 22. Tiraq. *de retract. lign.* §. 1. *glos.* 9. *num* 57. Ex quorum assertione noue posset intelligi ratio tex. quem ipsi adducere debuerunt *in l. si ita quis, §. ea lege. ff. de verbor. obligat.* quatenus IC. ibi indistincte habet, hæredem admitti contra alienationem rei, quam defunctus distraxit, aduersus prohibitionem olim impositam ab ipso hærede; quod Iason intelligebat pro portione hæreditaria tantum, textus vero simpliciter loquitur. Limitatur decimotertio ex tex. difficili *in l. final. C. de euict.* vbi hæres eius qui fideiussit in venditione, agit efficaciter contra emptorem, cũ fideiussor ipse repellendus esset, iuxta *l. exceptione* 11. *C. eod.* Et ita admittitur hæres, cum defunctus repelleretur, quod agnoscit glos. sed rationem non assignat *in d. l. cum à matre, & l.* 3. *C. de rebus aliena.* difficile autem erit rationem assignare, cum repugnent iura hanc regulam probantia, & ideo glos. variat *in d. l. final.* & Bart. ibi dicit eam l. singu. & alibi se eam nescire, & ita etiam Bald ibi eam l. mirabilem dicit, & de ea cogitandum fore; & ita Iason *in l.* 2. *§. ex his, nu.* 3. *ff. de verb. obligat.* dicens ex ea lege limitari *l. vendicantem, ff. de euict.* eandemque l. extollit Iason *in l. legatarius pro parte, num* 2. *ff. de legat.* 1. eam dicit singul. Alexand. *in l. si mihi & tibi, ad fin. ff. de legat.* 1. mirabi. appellat Bero. *in cap. si quis presbyteror. n.* 21. *de reb. eccles.* notab. Deci. *cons.* 185. *nu.* sing Crot. *in l. si is qui pro emptore, num.* 11. Curt. Iun. *cons.* 155. *num.* 10 Eandem vero l. ad contrarium eius quod dicit, incaute citat Afflict *lib.* 3 *& Rubr.* 5. *num.* 9 Circa rationem vero, & intellectum illius l. variarunt antiquiores, vt colligitur ex glos. ibi, premebantur enim difficultate regulæ, quæ nimis aduersatur, iuncta *l. exceptione, & l. si ob causam, eod. titu. ibi, vel qui in eius locum successit*, nec valet ratio Petri & Cyni, quos referunt & sequuntur Alberic. Salyc. & Fulgos. *in d. l. fin* qui dicebant fideiussorem tunc non audiri, quia consensit: hæredem autem audiri, quia non consensit, idemque sequitur Bal. *in d. l. cum à matre, nume.* 4. Salycet. *d. l.* 3. *Cod. de reb. alien.* Fulgos. *d. l. exceptione, & consil.* 67. *col.* 2. *ad fin.* Quæ ratio satisfacere non potest, iura enim, quibus hæc reg. probatur, aperte loquuntur vbi defunctus consensit, hæres autem nullo modo: atque ita solus consensus defuncti excludit hæredem nunquam consentientem, contra eos. Minus placere potest quod inquit Fulgos. *d. l. exceptione, & d. cons* quod fideiussor non tenetur de euictione, sed ex consensu, nihil enim refert inter hæc, maxime cum *d. l. exceptione, in fi.* aperte contradicat, probans fideiussorem tunc de euictione teneri. Videretur igitur aliquo colore dicendum vltra Dd. esse diuersam rationem inter venditorem & fideiussorem: venditor enim rem vt suã vendit, vnde nec ipse, nec hæres debet rem ab emptore auocare, quia esset euidens repugnantia, quæ semper vitanda est: fideiussor autem accedit pro interesse, secuta euictione, & rem non suam esse magis fateri videtur, vnde eius hæres facilius ad rem vendicãdam admittitur. Id autem cum temperamento, vt tunc non admittatur hæres iure hæreditario, si allegaret rem fuisse fideiussoris, cui ipse successit, sed tantum iure proprio, vt probat ea l. gl. Ang. Saly. Fulgo. ibi, idem Fulg. *in d. cons* vbi alia tentat, parum tuta ad eam l. Limitatur decimoquarto per Cor. *cons.* 301. *n.* 10. *&* 11. *lib.* 1. vt procedat quando defunctus vendidit nomine suo, secus si nomine eius, cuius res erat, idq;

sine mãdato: licet enim dominus rei hæres extet vẽditori, poterit cõtrauenire. quia alienatio ex defectu mandati fuit nulla, nec venditor id fecit nomine suo, vt sic maior sit culpa emptoris: quod cõfirmatur ex dictis *supra* 10. *limitat.* Diximus *supra* miram esse varietatem Scrib. circa materiam feudalem in proposito huius regul. & *d. l. cum à matre*, vt verè chaos appellari possit. Idque non tantum inter Dd. & Interpretes, sed etiam penes consuetudines ipsas feudorum, quæ in partem iuris scriptæ habentur, post duodecimum Cod librum. Qua in re vtilis erit labor, maxime Italis, Germanis, Gallis, apud quos frequentissimà est materia feudorũ. Hispanis etiã vtilis erit, quia inde multa inferuntur ad em-
84 phyteusim, & maioratus, vt *infra*. Omissis autem aliis diuisionibus feudorum, præcipua ad propositum est ea, quã Dd. constituũt inter feudum hæreditarium, & feudum quod appellant ex pacto & prouidentia, vt distinguunt Isern. *num.* 1. & alij *in cap.* 1. *an agna vel fil.* vbi Afflict. *numer.* 13. & *in cap.* 1. §. *hoc quoque de succes. feud. & in c.* 1. §. *Titius.* vbi Afflic. *num* 5. *si de feud. fuer. controuer. inter domin. & agnat.* tradit Curt. *de feu.* 1. *par.* 8. *quæst. num.* 19. & *seq.* Alex. *in l. quod dicitur, ff. de verb. & in variis consiliis*, maxime *cons.* 6. *num.* 4. *cons.* 28. *n.* 18. *lib.* 5. Afflict. *lib.* 3. *constitu. Neap. Rubr.* 5. *num.* 11. & *præced.* Dec. *cons.* 390. *num.* 5. & *consil.* 185. Curt. Iun. *consil.* 1. *numer.* 12. & *cons.* 138. *num.* 23. Ruin. *cons.* 1. *num.* 15. *lib.* 1. Gozad. *cons.* 28. Ant. Capy. *decis.* 64. *n.* 8. Aymon. *cons.* 197. *n.* 5. Paris. *cons.* 2. *n.* 22. *lib.* 1. & *cons.* 5. *num.* 2. *eo. lib.* perspicue Socin. Nep. *cons.* 112. *nu.* 6. *lib.* 2. & *cons.* 76. *num.* 75. & *seq. lib.* 1. Afflict. *in c.* 1. *nu.* 3. & *seq. de eo qui sib. & hæred.* late Loffred. *cons.* 1. inter consilia feudalia. Apud quos omnes & plures alibi grandis contentio est circa exempla & effectus huius diuisionis, vt statim deducam. Omnium tamen in eo cõcors opinio est, vt feudum ex pacto & prouidentia dicatur, quando conceditur alicui pro se, descendentibus, seu coniunctis de familia non facta mentione hæredum: vt autem nihil prorsus maneat pacificum in hac materia, contra hanc receptissimam conclusionem insistit Syluan. *cons.* 30. *num.* 12. & *num.* 17. nitens probare, quod etiam tunc dicatur feudum hereditarium. Mire autem discordant Scribent. circa feud. hæreditarium, quod tamen à præcedenti crebrius distinguunt, in eo, quod hoc dicunt exigere, vt succedens sit hæres, vt per eos omnes vbi *supra*, sed Bal. *in l. cum virum, nu.* 21. *C. de fideicommiss.* appellat feudum familiare, seu de familia, quod omnes vbi supra appellant *ex pacto & prouidentia*; & cum eo Socin. Nep. *cons.* 114. *n.* 10. *lib.* 2. Iason *in prælu. feu. col. fina. nu.* 128. pro quibus expendo text. *in l.* 5. *ff de relig. & sumpt. fun.* cuius sunt verba in proposito summe notanda, *familiaria sepulchra dicuntur, quæ quis sibi, familiæque suæ constituit, hæreditaria autem, quæ quis sibi, hæredibusque suis constituit.* quem text in materia feudorum debuissent Scribent. expendere: in alio autem proposito eum notant Roman. Alex. vt per Ias. *in l. cũ filio, num* 83. & ibi Rip. *num.* 48 *de lega.* 1. Nec est text. qui probet receptissimum illud nomen feudi ex pacto & prouidentia, quo Dd. vbique vtuntur, vt fatetur Afflict. *in prælu. feud, num.* 169. *vers. præmittendum*, & *num.* 178. *vers. patet.* referens ad id Bal. Vltra quos reiiciendum omnino videtur illud nomen & differentia, quum & feudum, quod *hæreditarium* appellant, non aliunde quam ex tenore concessionis id nomen habere possit, & sic omnia feuda æqualiter appellarentur ex *pacto & prouidentia*, cum à concessionis tenore pendeat nomen & effectus feudi, iuxta *cap.* 1 *de duob. fratrib. ibi*, *propter tenorem inuestituræ*, cum simil. Ex hoc noue & vere damnatur commentitium nomen illud feudi ex pacto & prouidentia, hucusq; ab omnibus receptum, potiusque ex di. l. 5. appellari debet feudum *familiare*. Quia tamen eo nomine vtuntur omnes Scribe. eodem nos vtemur, vt constet tali appellatione feudi ex pacto & prouidentia significari feudum liberis & consanguineis tantum deferendum. Quanta autem sit differentia inter feudum hæreditarium & hoc familiare, colligitur ex Bal. Paul. Alex. *in l. si patron. ff. ad Trebell.* ex Bart. *in l. vt iusiurandi*, §. *si liberi. ff. de oper. liber.* Alex. *cons.* 44. *lib.* 1. late Afflict & alij *in d. locis.* & plene docteq; D. Couarr. *lib. resolu.* 2. *cap.* 16. Quæ differen- 85
tia filiis vtilior est in emphyteusi, & in aliis quam in feudo; in aliis enim cum descendentes vocantur iure sanguinis tantum fatentur omnes Scrib cum Bar.

posse

posse filium repudiare hæreditatem, retinereque rem pro liberis concessam in feudo autem mira in hoc controuersia est circa intellectum *cap. 1. an agnat. vel fil.* plures enim asserunt, non posse filium, repudiata hæreditate, retinere feudum etiam pro filiis concessum, & in eo deteriorisse conditionis filios, quam agnatos, qui tunc repudiata hæreditate feudum retinebunt, & ita Matth. Afflict. *in d. c. n. 1. & n. 31.* qui id vt receptius tradere videtur, inquit tamen, *num. 7.* aliquos cõtradicere, & ita hoc sequitur Anto. Capy. *decis. 97. num. 2.* Leffred. *cons. 1. num. 68. inter cons. feud.* Soc. Nep. *cons. 114. num. 1. lib. 2* accurate magis Curt. Iun. *cons. 155.* & ita intelligit Sylua. *cons. 30. num. 19.* ita aperte Bart. *in d. §. si liberi. num. 4. ff. de oper. lib.* idque receptius asserit D. Couarru. *d. cap. 18. num. 4. lib. 2 resol.* & Aretin. *cons. 14 num. 13. 14.* & vere litera dict. cap. fortissime iuuare videtur hanc sententiam, dupliciter inducendo. Primo in princip. dum text. loquitur in agnato, permittens ei, vt feudum retinere possit, repudiata hæreditate. Deinde in secunda parte id indistincte negat filio vasalli: & sic satis videtur loqui in feudo concesso alicui & familiæ. Si enim esset feudum
86 hæreditarium, non distingueret inter filios & agnatos, nec agnatis permitteret, vt repudiando hæreditatem feudum retineant, quia secundum traditionem omnium Scriben. in feudo hæreditario necessarium est hæredis nomen omnibus succedere volentibus. Idque speciali consuetudine summoque rigore in feudis introductum videtur: quilibet enim consultus ex ratione naturali, iurisque principijs, contrarium diceret, ideoque gloss. ibi magis inclinat, vt decisio illius text. non trahatur ad emphyteusim, & alia extra feudum, idque receptius videtur ex Afflict. *ibi num. 57.* ex Barto. *in d. §. si liberi, num. 4.* ex Alex. *in d. l. quod dicitur*, & ibi Iaf. *num. 29. ff. de verb. oblig.* & in terminis tradit Couarruu. *d. loco. versic. septimo.* Inde caueb is ab æquiparatione Bal. *in l. 3. colum. 2 C. de fidei com.* Sed cum in feudo concesso alicui & liberis citra nomẽ hæredis, durissima foret decisio illius cap. & filios inique grauaret, si eos inuitos hæredes faceret, contrarium intelligunt & probant quam plures alij Scribent. adeo, vt hæc videatur receptior opinio. Ita enim Bal. *in d. cap. an agnat. num. 8.* & Aluar. *num. 9.* Præpos. *num. 6 ver. 6. limit.* Iacob. à S. Georg. *de feud. verb. & cum pacto. de non alienando, num. 36.* Iaf. *in d. l. quod dicitur, num 33. ff. de verb. oblig.* Vbi in feudo & emphyteusi hoc dicit communiter approbari, & ita idem Iaf. *in l. si non sortem, §. libertus, num. 33. ff. de condict. inde.* Alex. *ad Bal. in l. qui se patris, colum. 6. litera b. C. vnde lib.* Lauren. Calca. *cons. 74. num. 4. & 5.* hoc etiam communiter sentire Dd. fatetur Syluan. vbi *supra.* Idemque asserit receptum Rub. *in l. Gallus, §. quidam recte, num. 181.* hoc secure tradit idem Rube. *cons. 85.* Curt Iun. *cons. 78 num. 4.* Carol. Rui. *cons. 1. num. 15.* idem vult Iaf. *cons. 56. libr. 3. ex princ.* Aymo. *cons. 256. num 3* idem aperte vult Alber. Brun *cons. feu. 80. num. 14. & sequ.* Paris. *cons. 23 num. 176. lib. 1.* Bellon. *consil. 33. num. 4.* & secure Zas. *de feud 8. part num. 6. ver. cæterum*, hoc etiam vult aperte Paul. Castr. *in Authen. post fratres, C. de legit. hared.* idem Paul. *in l. pro harede, §. 1. ad fin. ff. de acquir. hær.* Pau. *in l. idem. Iuli. § si quis alicui, numer. 4.* & clarius idem Paul. *in l. si post mortem, ff. de legat. 1.* quorum numero æquior hæc opinio, receptior manere videtur, ita mitigetur rigor *d. c. an agnat.* vt etiam in feudis eo casu non prorsus recedatur à iuris regulis: quibus in ea forma concessionis ita ius liberis acquiritur, vt necessarium eis non sit nomen hæredis, ex l. 3. cum Bar. *ff. de interd. & releg. ex l. quodcunque, 45. §. si quis ita, ff. de verb. oblig. ibi, licet hæres non existat*: & ibi notant Paul. & Nouiores, *ex l. si post mortem, 71. ff. de legat. 1. ibi, an patri hæres extiterit, nec ne.* & ibi Pau. Castr. *n. 3.* expressim notat & cũ Bal. respondet ad literam d. c. quorum intellectum probant alij sequentes hanc partem. De ratione autem differentiæ, quam text. in d. c. facit inter filios & agnatos, ingeniose agit Bald. *ibi num. 6.* tradit etiam Syluan *d. cons. 30 num. 21.* & nouissimus Francisc. Sonsbe. *de feu. part. 9.* 87
pag. 76. nu. 171. Idem dicendum est in feudo concesso pro se & suis hæredibus: venient enim descendentes tantum, vt tãquam receptum tradit Alex. *in d. l. quod dicitur, numer 26. vers. & si bene, ff. de verb. oblig.* loquens generaliter de re, quæ sui natura non venit ad extraneos, vt colligitur ex traditio. Bar. & aliorum *in l. Gallus. §. etiamsi à parent.* Sed tunc oportebit

vt descendentes ad successionem feudi, vel emphytueſis, hæredes ſint, ex Iaſ. & aliis *proxime* citatis, traditque Afflict. *in c. 1. num. 11. de alien. feud. patern.* æquiparans has formulas, *pro ſe hæredibus, & pro ſe vel hæredibus* Idem etiam quod tunc liberi debẽt eſſe hęredes, tradit Loffre. *d. conſ. 1. n 6. & n. 132. & 207. cũ ſeq. & 210 & ſeq.* Feudum etiã hæreditarium appellãt aliqui in ea forma, *pro ſe & hæredibus legitimis* quaſi ea qualitas nõ totum ſanguini tribuat, præponderetque nomen *hæredibus*. ita Cardin. Pariſ. *conſ. 65. num. 7. libr. 3.* citans Alex. & alios. Sed contrarium non obſcure probat Dec. *conſ. 395. num. 7.* Gozad. *conſ. 26. nu 30.* Socin. Nep. *conſ 112. num 8. lib. 2.* qui hoc dicunt, vbi feudum ſimpliciter conceditur pro hæredibus, à fortiori ergo id ſentiunt, vbi additur verbum *legitimis*: verbum enim, *hæres*, ſimpliciter prolatum facilius extraneos comprehendit, quam vbi additur qualitas illa legitimorum, iuxta *l. 3. §. de illa, ff. pro ſoc.* ſed hæc componentur ex diſtinctione proxime tradenda. Maior Scriben. varietas eſt, quando feudum vel emphyteuſis ſaltem eccleſiaſtica conceditur alicui pro ſe & hęredibus, quæ varietas ſatis colligitur ex proxime dictis, & ita inquit Afflict. *in cap. 1. num. 4. de eo qui ſib. & hæred.* mireque variauit celebratiſſ. feudiſta And. Iſern. vt curioſe notat Loffred. *conſ. 1. ex num. 98. per 5. colum* tradit etiam Afflict. *in cap. primo, num. 13. an agna. vel fil.* & tamen receptior videtur opinio, vt tunc dicatur feudum hæreditarium, ex Affli. vbi *ſupr. & deciſ. 12. nu. 3.* Couarru. *d. loco.* Alexand. referen. plures *conſ. 28. num. 18. li. 1.* Curt. Iun. *conſil. 1. num. 12. & conſil. 138. num. 23. & in tract. de feud. 1. part. quæſt. 8. num. 19.* Aymo. Crauet. *conſi. 197. num 5.* Pariſ. *conſi. 3. num. 8. lib. 1.* Grat. *conſ. 4. num. 42 lib. 1.* colligitur ex Iaſ. *in d. §. libertus, num. 35* Quod notabiliter ampliat Curt. Iun. *conſ. 3.* etiamſi nomen liberorum vel deſcendentium tantum apponatur in principali diſpoſitione, & nomen hæredum adjiciatur poſtea incidenter. Adhuc enim concludit feudum manere hæreditariũ, vt ſucceſſor debeat eſſe hæres, ſed non ſatis reſpondet regulæ *Clem. 1. de præben.* quod verba incidenter vel executiue prolata non alterant diſpoſitionem, de qua agit Iaſ. *in l. ex pupillari, ff de vulg.* & ego ſoleo expendere tex. *in l. pater filium, 36. §. fundum verſi. ita evim ff. de legat 3.* & ita contra Curt. tradit Ex ea. *de pact. num. 220.* & in terminis, contrarium tradit Iaſ. *conſ. 56 col 2. & col. fin. lib. 3* Ex qua opinione, cum receptior ſit, cauendum eſt à multis & grauibus viris, qui in materia feudali & ſimili generaliter tradere ſolent nomen hæredis, idem omnino inducere ac ſi conceſſio fiat pro ſe & liberis: ad quod innumeræ autoritates citari poſſent. Ex quibus memoro Alex. ſibi contrarium *conſ. 30. num. 1. lib. 1. & conſi. 26. num. 3. libr. 5* Dec. *conſi. 395. num. 7.* Gozad. *d. conſ. 26. num. 30.* Afflict. ſibi contrarius *in cap 1. num. 13 de feud. non hab. pro. natu.* Iaſ. *in d. l. Gallus, §. etiamſi parente, num. 15. verſ. 2. fallit.* Ea tamen diſcordia Scrib. circa has formas conceſſionis poteſt conciliari, vt feudum non dicatur tunc prorſus hæreditarium, nec omnino familiare, ſeu ex pacto & prouidentia, potiuſque appelletur mixtum, quaſi de vtroque participans, quia ad tale feudum nõ admittetur extraneus hæres. Deſcẽdens autem vel agnatus, qui tantum tunc admittuntur, non poterunt repudiata hæreditate feudum accipere, idque magis conducit in agnatis, liberi enim in feudis etiam omnino de familia non poſſunt hæreditatem repudiare, feudum vero retinere, *ex d. cap. 1. an agna. vel fil.* vt *ſupra* receptius diximus. Extra feuda autem vtilior manet reſolutio hęc, vt tunc liberi vel agnati, ſi in eam rem ſucceedere velint, non poſſint hæreditatem repudiare, quæ conciliatio colligitur ex Dec. *conſ. 185. & conſ. 208. num. 10. & ſeq.* aperte & perſpicue eam probat Afflict. *d. cap. 1. an agna. vel fil. num. 10. & ſeq. & ca. 1. num 4. de eo qui ſibi & hær. & libr. 3. conſtit. Neap. Rubr. 24. num. 74.* tradit Card. Pariſ. *conſ. 65. ex num. 10. & num. 24 libr. 3.* Soci Nep. *conſ. 76. num. 75. lib. 1 & conſ. 112. num. 10. lib. 2. & conſi. 14. col. 4. eod. lib.* Ex qua concordia & reſolutione infertur primo ad ſimilem ſpeciem conceſſionis pro ſe & hæredibus maſculis, vel pro ſe & hæredibus ex corpore ſuo deſcendentibus. Nimis enim variant Scriben. & plures ſibi ipſis aduerſantur, vt colligitur ex diffuſo *conſi. 1.* Loffred. vbi inuoluit, nec ſibi conſtat Afflict. *in cap. 1. §. hoc quoque, num. 85. de ſucceſſ. feud. & in cap. 1. num. 10. & ſeq. de alien. feud patern. & in ca. 1. n. 4. de eo qui ſibi & hæred.* Variauit conſulendo Rube. Nam *in conſil. 84. & ſequ.* aſſerit tale feudum

† 88

feudum nullatenus dici hæreditarium, sed omnino ex pacto, vel de familia. At *in conſ.* 18 contrarium vt magis commune tradit Ex præcedenti autem concordia videtur dicendum, vt qualitas illa adiecta hæredum non tollat, quin deſcendentes hæredes eſſe debeant, quod magis probat D Couar. *d lib.* 2 *reſol. ca* 18. *rol* 6 *& ſeq* & videtur ſatis colligi ex Bartol *in d. § ſi liberi, num* 4 *verſicul ſed ſi. ff. de oper. lib* dicit ita iudicari Afflict *deciſ* 295. *num* 7 & clarius *deciſ* 1 0. & hanc dicit magis communem opinionem Syluan. *conſil.* 30 *num.* 11 *& ſeq. & num* 24. vbi plures citat, & ita contra Dec. tradit Curt. *conſi.* 145 & cum eo Grat *conſil* 4 *num* 48 *& nu.* 55. *lib* 1 & Rube *in l. Gallus, §. quidam rectè, num.* 191 Ego autem puto veriorem & receptiorem eſſe ſententiam, vt in ea forma feudum dicatur tantum de familia, ac ſi nomen hæredis adiectum non fuiſſet, & ita Dec *conſ.* 395 *num.* 6 *& ſeq.* magis *in conſ* 135 Pariſ. *conſi.* 10 *num* 7 *lib.* 1 Soc. Nep. *conſ* 72. *numer.* 27. *libr.* 1. Albe. Brun. relatus à Socin. *in d. conſ num* 2 . & ita Afflict. *libr* 3. *conſt. Rub.* 2 . *numer* 74. idem Afflict ſumme Dec. laudans *in c.* 1. *num.* 11. *an agna. vel ſi.* idem Afflict. *deciſio.* 240. *num* 1 . ſed ibi magis refert ſpecialem regni cõſuetudinem, ſicut etiam *lib.* 3. *conſtit. Rub* 24. *num* 68. & allegando Deci. idem probare videtur Moly. *in conſue. feu* §. 22. *num.* 85. Soci. Nep. (citans ſolum Afflict.) *conſ.* 12. *numer.* 14. *libr.* 2. idem vult Gozad. *d. conſi.* 2 . *numer* 30. Franc. Zoane. *de reb. quoti. cap.* 4. & Bellon. *conſil* 33. *num.* 2. dicens opinionem Decij communem, quæ etiam colligitur ex traditione Alex. Aretin. & aliorum, quos refert laſ *in d. §. etiamſi parente, l. Gallus, num.* 22. ita Cremen. *notab.* 14. cademque opinio fuit Rayne. vt referunt plures ex his. & tradit laſ. *conſil.* 118. *colum.* 3. *libr.* 4 idem non obſcure colligi poteſt ex Bald. *in l. cum virum, num.* 21. *C. de fideicom.* apertius Bald. *in l. liberti. col. fin. num.* 37. *C. de oper. li.* & ita hæc opinio receptior videtur, licet variauerit Rube. vbi *ſup.* ſicut etiã variauit Aymo. Craue. qui *conſ.* 256. *num* 3. contra Deci. tenet, idem tamen ſibi contrarius Deci. ſequitur *conſ.* 197. *num.* 2. Variauit etiam Pariſ. qui vbi *ſupra conſil.* Dec. probat. Sed idem contradicit *conſ.* 2. *numer* 23. *libr.* 1. Pro hac parte, quam Nouiores Dec. tribuunt, non parum vrget à fortiori autho. gloſſ. & Paul. Caſtr. *in l. ex facto, § vlt. ff. ad Treb.* vt tunc ex ſubiecta materia nomen *hæredum* de liberis tantum intelligatur, maxime addita qualitate illa maſculorum, vel ex corpore deſcendentium. Vrget etiam nimis vſus loquendi, qui ante oculos haberi debet, etiam reiecta proprietate verborum, vt docet IC. *in l. non aliter, §.* 1 *ff. de leg.* 3 ſolent autem homines in negocijs ſimilibus hæredes appellare deſcendentes & agnatos, quos ſucceſſuros ſperant perpetuo in feudo vel maioratu, de quo agitur, non attendentes ad alia bona, nec ad nomen hæredis. Facit etiam regula iuris, vt conſideretur ratio naturalis non accidentalis, *l. 3. ff. de tutel.* & cauſa ſanguinis, non alia extrinſeca, *l. tutor.* 3 . *§.* 1 *ibi, vt filius promeruit, ff. de excu. tutor.* Nec obſtant argum. Rube. *in d. §.* quia ſi mature attendas, ſatis colligitur mens concedentis vel accipientis, vt tunc ſanguinis tantum ratio habeatur, ſi enim de alijs hæredibus ſentirent, non diſtinguerent inter maſculos vel fœminas. Hanc tamen opinionem, quam ex Bald. & alijs magis communem dicimus, limitat laſ *d. conſ.* 118. *colum.* 3. *ver. nec obſtat, libr.* 4 niſi cum qualitate maſculi addatur ſignum vniuerſale: quod aperte vult Bald. *in l. cum virum, numer* 21 *C. de fideicom.* confirmaturque ex multis per laſ. *conſ.* 124 *col. pen. & fin. libr.* 4 ex late traditis per Aldobr. *in princ. Inſtitu. de excuſa. tutor. ex num.* 2. Sed fundamentum illud ex dictione generali in feudalibus, non eſt omnino tutum, poſſetque controuerti ex traditis per Iacobi. *de feu. verb. quibuſcunque, me.u per* Rip *in l. ex facto, § fina. nu* 16 *ff. ad Trebell.* In quo nimis variare Scribent. aduertit Molyn. *ad Alexand. conſ.* 20. *lib* 1 Afflict. *in cap in generali num.* 20. *ſi de feud. fuerit controuer.* tradit Dec *in cap. in præſentia. num.* 48 *de probat.* latius Tiraqu. *de retract. lign. §.* 1. *gloſſ* 7. *num.* 21 *& num.* 27. Ex eiſdem in- 89
fertur ſecundo ad aliam ſpeciem conceſſionis, ſi forſan feudum vel quid aliud ſimile concedatur alicui & ſuis hæredibus, non enim intelligitur de ijs, quibus tantum congruit ius ſuitatis, iuxta *§ ſui, Inſtit. de hæred. qual. & differen.* ſed potius in feudis & emphyteuſi eccleſiaſtica, intelligitur pro deſcendentibus: in alijs vero, quæ ad extraneos tranſire ſolent,

solent, intelligitur de quibuscunque hæredibus, vt ex Imol. resoluit Alex. *in l. quod dicitur, num. 26. de verb. oblig.* idem Alex. *cons. 26 lib. 4.* tradit Rube. *in l. Gallus, §. quidam recte. num. 57.* Hieron. Schur. *cons. feud. 16 num. primo* Syluan. *cons. 52. num. 1.* notat Præpos. *in dict. cap. 1. an agnat. nu 3. vers. sed quando cum seq. & num. 5* colligitur ex doctrina Bartol. *in dict. l. Gallus. §. etiamsi parente, nu. 4.* & ibi Iason *n. 13.* & Soc. Nep. *cons 58. li. 2* Idque iudicandũ est ex communi vsu loquendi, vt notanter tradit Guid. *decis. 48.* & ita distinguit in proposito idem Guid. *decis. 230.* non ita † *in decis. 306.* Sed in hac specie ex mente Scribent. *in d. locis*, censendum erit feudum hæreditarium ad effectum, vt descendentes & agnati non possint feudũ retinere, hæreditatem repudiando: de familia autem censebitur, quia extranei admittendi non sunt. Et ita hæc species iudicabitur iuxta distinctionem feudi mixti, de qua *supr.* non secundum præcedentem de masculis, quod plane concedent omnes tenentes in casu proximo feudum esse hæreditarium, nec contradicit alteri opinioni, quam ibi probamus, quia in hac specie verba non tam præcise rationi sanguinis adhærent, vt prorsus excludant generale nomen *hæredis*. Et ita in hac forma pro se & suis hæredibus, non poterit agnatus repudiatus hæreditatem & feudum retinere, secundum Scribent. communiter *in d. cap. 1. an agna.* vbi Præpos. notat *colu. 3* licet cõtradicat nouissimus Fran. Sonsbe. *de feud. 9 part. num. 105.* cuius opinio non inepta est, nec æquitate caret, maxime ex iis, quæ *infra* proxime trado *n. 91* Sed nunc 90 loquor iuxta ea quæ receptiora sunt in hac materia. Ex prædictis tertio secure inferri videtur in forma concessionis, pro se & descendentibus, nihil immutari per adiectionem, *ex corpore*. Eadem ratio est ad effectum, vt feudum iudicetur hæreditarium vel de familia, licet Dd. vbi *supra* tractantes de illa forma, semper addant qualitatem illam, *ex corpore*, sed lex rebus, non verbis imponi debet, *l. 2. C. commun. de legat.* Ex eisdem quarto inferri potest, non esse differentiam inter concessionem, *pro se & suis hæredibus*, & concessionem, *pro se & suis* simpliciter, licet quo ad alia videatur aliquid inter hæc differre, ex Aemil. Ferre. *cons. 3.* vt sic feudum sub hac forma dicatur hæreditarium, ad hoc vt successor hæreditatem non repudiet, licet extranei tunc non admittantur, & ita censebitur mixtum secundum resolutionem *supra* traditam, ex mente Scrib. *in d. cap. 1. an agna.* Inde etiam infertur quinto ad speciem *supra* traditam, de concessione, *pro se & liberis & hæredibus*, vt magis procedat communis conclusio, de qua ibi, quando verbum, *hæredibus*, esset adiectum simpliciter sine copula, quia tunc magis qualificat præcedentia, vt successor feudi debeat esse hæres, ex doctri. Bart. *in l. prætor. §. erit, antepen. num. 1. ff. de vi. bon. rapt. qualita. & numer. 1. ibi, intell guntur repetitã.* Bart. *in l. Seia, §. Caio. ff de fund. instruct.* Infertur etiam sexto ad speciem concessionis, tibi & generi tuo vel posteris: hæ enim constituunt omnino feudum familiare seu ex pacto & prouidentia, non hæreditarium, cum in ijs nihil de hæredibus dicatur, totum vero sanguini detur, quod suadetur ex text. & Bart *in l. 3. ff. de interd. & releg.* ex Afflict. & feudistis, in locis *supr.* citatis, & in specie voluit Bald. *in cap. 1. § fin. num. 1. quæ fu. pri. cau.* & Curt. *de feu. 5. part. num. 5.* Infertur septimo ad q. concessionis in ea forma, *ibi & filiis & hæredibus:* in qua diximus receptius, vt feudum tunc censeatur hæreditarium: quod limitat Afflict. *in cap. 1 §. hoc quoque, num 85. de succes. feu.* nisi in ea successione addatur vt seruetur sexus & ætatis prærogatiua, vel quod in eo succedatur iure Francorum: tunc enim contendit Afflict. feudum censendum esse de familia seu ex pacto, vt vocant, non hæreditarium, quod improbare videtur Loffred. *in prolix. cons. 1.* si eius principium cum resolutione conferas. Sed pro Afflict. vrget, quod ea concessio in effectu successores sanguinis tantum respicit Ideoque conclusio tantum attendi debet, & non præcedentia verba, vt generale est in omni dispositione. Dec. *in l. si ego, num. 3. ff. si cert. pet.* Iason *in l. 1. num. 17. ff. de eden.* Afflict. *decis. 375. num. 5* & opinio hæc Afflict. iuuatur autoritate Corn. *cons. 199. n. 68. lib. 2.* Bald. *in l. libert. nu 37. C. de oper. liber.* In his autem dicitur feudũ iure Francorum, quando primogenitus reliquos excludit, vt volunt omnes feudistæ, & ita Afflict. *decis. 112. & decis. 248.* Infertur octauo ad speciem concessionis, *tibi & generi,*

generi, vel *tibi & proli*, vel *posteris*, vt vere dicatur pro familia non hæreditaria, ex *supra* dictis, & iis quæ tradit Afflict. *in c. 1. nu. 132. & seq. de succes. feud.* facit *l. 1. §. fina. ff. de iure immuni.* Curt. *de feud. 3. part. num. 29.* Infertur nono ad quæst. concessionis, *in cunctam generationem*, vt tunc ratio sanguinis, non hæreditatis, habeatur, ex Bald. *in l. 2.* vbi Ias. *n. 167. C. de iure*
91 *emphyt.* In prædictis autem libentius in dubio amplecterer eam opinionem, quæ magis inducat, vt feudum dicatur pacto seu prouidentia, quã hæreditariũ, vt magis faueatur descendentibus & agnatis, ex ratione tex. *in l. 1. §. largius. ff. de succes. edic. ibi, in honorem sanguinis.*
† Imo si mea valeret sententia, verius putarem contra omnes fere Scriben. in multis *supra* traditis, vt feudum non dicatur hæreditariũ, sed omnino de familia: quamuis adiiciatur verbum, *hæredes*, saltem post mortem primi acquirentis. Ei enim tantum debent successores (quia ab eo habere dicuntur) non aliis post eum, cum ab aliis nihil accipiant, vt colligitur ex multis iuribus & Dd. & notat Alex. *in cons.* 107. *& præced. lib.* 4 Aymon. *consi.* 135. *num.* 8. *& seq.* Ad quod moueor fauore sanguinis, nec non ex subiecta materia, quæ proprie posteros, non extraneos, admittit, vt omnes agnoscunt in materia feudali. Nimirum igitur *si hæredis* nomen tunc non ad hæreditatis aditionem, sed ad rationem sanguinis referatur, ex sententia gloss. *in l. etiam 19. ff. solu. matri.* text. optimus *in cap. 1. de aliena. feud. ibi. sine hærede masculo, quod in feudis intelligitur sine filio.* Moueorque magis, quia nec cõcedens, nec accipiens aliquid prætendere possunt, ex eo quod posteri succedentes, hæredes aliis sint, nec ne. Vnde extra rigorem *d. c. 1. an agnat.* nunquã onerarem descendentes vel agnatos, qui ratione sanguinis admitti possent, vt alterius hæreditatem adire teneantur, argum. *l. 3. cum ibi notatis* à Bart. *ff. de interd. & releg.* & quæ notant Paul. & alij *in l. pro hærede. §. si quid tamen, ff. de acquir. hæred.* & forsan hoc sensit antiquus D. à Bald. relatus *in cap. 1. num. 3. de eo qui sibi & hær.* cuius opinionem dicit communiter reprobari Syluan. *cons.* 30. *num.* 33. Paris. *cons.* 23. *num.* 167. *lib.* 1. Ad prædicta omittendum non fuit, quod tradit Curt. Iun. *cons.* 138. *num.* 24. *versicu. præmissis. colum. vltim.* vbi mirabiliter inquit, quod si in concessione feudi antiqui, ad quod vocantur descendentes & agnati, fuerit adiectum verbum, *hæredibus*, non sufficiet successorem descendere à primo acquirente, nec ab eius hæredibus, nisi immediate hæres sit vltimi possessoris. quod durum est, possetque multos decipere. Sed contra Curt. (qui neminem refert) videntur stare multorum responsa, imo quod sufficiat descẽdere ab hæredibus primi acquirentis, & ei longo etiam medio hæredem esse, vt per Paris. *consil. 2. nu. 25. libr. 1. & consil 65. nu. 31. lib.* 3. Socin Nep. *consil. 72. num. 29. lib. 1.* idemque probat Alex. *cons. 26 num. 8. lib. 5. ibi, tamen erat in effectu hæres primi vasalli, qui feudum receperat pro se & hæredibus*, & ita secure concludit Alberic. Brun. *cons. feud. 18. num. 14.* vbi alios citat. & contra Curt. ita aduertit Syluan. *cons.* 30. *n. 20.* dicens hanc esse communem opinionem. facit text. *in c. 1. de natu. succes. feud. ibi, ex illa linea, ex qua iste fuit.* Hæc omnia pro virili resoluta tam longo repetita principio nemo prolixitatis notet, quia non solum multis vtilissima erunt, sed omnino necessaria ad propositum, *d. l. cum à matre*, nec sine ijs intelligi posset articulus quotidianus huius tractatus, an filius vel alius hæres admittatur contra alienationem à defuncto factam in feudalibus & rebus maioratus, quo nihil frequentius. à Dd. autem tam confuse tractatum, vt nullam lucem, nullamque resolutionem, sed densissimam caliginem, Cimmeriasque tenebras scriptis suis reliquisse videantur. In hoc frequentissimo articulo 92
variæ sunt sententiæ à nullo, quem viderim, collectæ, in quo alij alijs, omnesque sibijpsis aduersantur. Variauit ex more Bald. vt referunt Alexand. Ias. Deci. in locis *infra* citandis. Variauit Alex. vt colligitur ex Decio *cons.* 185. *& consi.* 28. & Curt. Iun. *cons.* 138. *num.* 21. Variauit Dec. vt tradit Aymo. *cons.* 256. *num.* 3. *ad med. & fin.* Variauit Paris. vt constat ex dictis per eum *cons.* 3. *ex num.* 18. *cum multis seq. & cons. 2. num. 23. vers. & sic. cum seq. libr. 1. & consi.* 10 *num.* 7. *eod. libr. & cons.* 65 *num.* 10. *cum tribus seq. lib.* 3. variarunt alij secundum Ruin. *cons.* 1. *num.* 16. *lib.* 1. Variauit Aymon, modo Decium sequens, modo ab eo recedens, vt constat ex eo *in cons.* 179. *num.* 3. *& cons.* 256. *n.* 3. Variauit Rub. modo cũ Deci. modo

contra,

contra, vt patet ex *consi* 18 *& con* 84 *& seq.* nemoq; ex Scrib. fere sibi cõstat, vt patet ex *sup.* traditis, magisq; liquebit ex statim adducendis, cũ traditis à Sylua. *cons.* 15. In quo etiã variasse Iser. colligitur ex Affli. in varijs locis, magis ex Sigismun. Loffre. *consil.* 1. Variauit Alex. vt colligitur ex Grat. *cons.* 4 *num.* 39 dum argumentatur, & *num.* 41. dum concludit. Variauit idem Grat. si bene conferantur quæ scribit *in d. cons* 4. *num.* 8 *&* 50. cum iis quæ scribit *cons.* 91. *num.* 26. *lib.* 1. Nec satis sibi constat Afflict. *in cap.* 1. §. *hoc quoque, ex num* 69. *de suc. feu.* inuoluit idem Afflict. *in consti. Neap. lib.* 3 *Rub.* 5. *num.* 7. *&* 9. In hac pernicioſa miſerandaque repugnantia, prius de numero agemus, referendo ſcripta aliorum: deinde contra eos, quod verius putamus, explicabimus. Igitur ſcribunt aliqui nunquam admitti hæredem contra alienationem & factum defuncti etiam in bonis feudalibus, quamuis talia ſint, in quibus ſuccedat inuito defuncto ex tenore antiquæ conceſſionis, ita indiſtincte ſcribit Martin Silima. *de feu. num.* 169. *in* 13. *vol. tract.* Ruin. *conſ.* 25 *num.* 10 *&* *ſequ. libr* 2. Bal. *in cap.* 1. §. *hoc quoque col. fin. num.* 20 *de ſuc. feud.* Alij indiſtincte ſcribunt, filium aliumve hæredem admittendũ fore contra alienationẽ defuncti in feudalibus, aliiſve, ad quæ hæres ipſe admittitur ex antiqua conceſſione, vt variando tradit Iaſ. *conſ.* 7. *&* *conſ.* 56. *lib. tertio*, dum reſpondet *ad l. cum à matre.* Variando etiam idem tradit Thom. Grammat. *deciſio.* 93. *ex num.* 8. Dec. *conſil* 445. *num.* 55. Et ita variando reſpondet Bald. *conſ* 255. *in* 1. *dubio. lib.* 2. Alij diſtinguũt, an filius vel alius hæres maiorem, vel æqualem quantitatem cõſequatur ex bonis defuncti, & tunc non admittatur contra alienationem feudalium à defuncto factam: ſi autem minus habeat, admittatur pro rata, quod tradit Afflict. *in cap* 1. §. *ſi totius. num.* 16. *ſi de feu. fue. controuer. inter domin. & agnat.* & tanquam receptum id tradit Curt. *de feu.* 4. *part. num* 10. *verſic.* 2. *in fin.* Alij ſcribunt eſſe ſolum aduertendum an filius aliusve hæres Inuentarium fecerit necne, quaſi eo facto indiſtincte admittatur contra alienationem feudalium ſimiliumve bonorum; quod tradit Iſern. *in cap.* 1. *an agnat.* & ibi Aluar. & Præpoſ *colum. penul. ad fin. num.* 6 *verſ vndecimam.* Et ita Alexan. aliquando ſcripſit & alij, quos citat Grat. *conſi.* 4 *n* 39. *li.* 1. Pariſ *conſ.* 10. *n.* 7. *li* 1 *& con.* 65. *n.* 47 *& ſequ. lib.* 3. vbi plures refert. Et ita ex vigore Inuentarij, ſcribit Thom. *dict. deciſ* 93 *num.* 10. & Grat. ſibi contrarius, *conſil.* 91. *num.* 36 *&* 37. Dec. *conſi.* 445. *num.* 56 & ita indiſtincte in quocunque feudo hæreditario vel de familia, aperte tradit Bal. (licet varie allegetur) *in l. qui ſe patru, num.* 11 *Cod. vnde lib.* & tanquam receptum hoc ſcribit Cur. *de feu.* 4 *part. num.* 14. & Zaſ. *de feu.* 9. *par. numer.* 28 Alij tandem, & plures ex 93 *ſupr.* citatis reſoluendo diſtinguunt inter feudum hæreditarium, & feudum de familia, ſeu ex pacto & prouidentia, vt noſtri vocant. Nam in hæreditario concludunt indiſtincte repellendum hæredem, nec in eo prodeſſe Inuentarium. In feudo autem conceſſo expreſſim pro liber & deſcendentibus totam vim huius articuli Inuentario tribuunt, vt eo facto poſſit filius aliuſve hæres reſcindere alienationem feudalium à defuncto factam, & hæc eſt magis communis opinio noſtrorum. Et in hunc ſenſum reducuntur omnes in præcedenti verſ. adducti. Ita ex Iſern & alijs, vt receptum tradit Alex. *conſ* 28. *num.* 18. *lib.* 5 Dec. *conſ.* 208. Iaſ *conſ.* 7. *col.* 8 *in prin. & conſ.* 56. *col.* 5. *in princ. lib.* . & Socin. Nep. *conſ.* 112. *num.* 14. *lib.* 2. Pariſ *conſ.* 2. *num.* 32 *& conſ* 3 *nu.* 18 *& conſ.* 106. *num.* 4 . *lib.* 1. & Ruin. *conſ.* 1. *ex nu* 12. *lib.* 1 *& conſ.* 38. *nu.* 5. *& nu.* 21 *eod. lib. & conſ.* 25. *nu.* 1 *lib.* 2. Aymon. *conſ.* 256. *col.* 2. Curt. Iun. *conſi* 138. *nu.* 20. *& conſ.* 155. *colum.* 1. Rube. *conſ.* 18. *& in l. Gallus*, §. *quidã recte, nu.* 190. Syluan. *conſi.* 30 *num.* 33 *&* 34. vbi hanc dicit communem opinionem. & D. Couarr. *d. cap.* 18. *lib.* 2. *reſolu. verſic.* 8. & Iacobin. *de feud. verb & cum pacto, de non alien. num.* 35 Sigiſmun *conſ.* 14 *nu* 46. Grat. *d. conſ.* 4. *lib* 1. Afflict. *deciſ.* 112. *& lib.* 3. *conſtitu. Rub.* 5 *num.* 11. *& Rub* 24. *num.* 84. *& in dict.* §. *hoc quoque, num.* 72. *&* 74 *de feud. ſucceſſ.* vbi hanc dicit communem, & *in c.* 1 *ex nu* 8. *de alien. feud. pater. & in c.* 1. § *ſi Titius, nu.* 5. *&* 13. *ſi de feud. fuerit controuer. & in cap.* 1 *num.* 4 *& ſequen. an agna.* Nec quiſquam incuſet tam curioſam allegationem, nimiamque ſolicitudinem in numerandis Dd. quum ad ea tempora, eamque miſeriam deuenerit Iuriſprudentia, vt ſententiæ magis numerentur, quam ponderentur: maxime, cum hæc, de quibus agimus, maximi ſint momenti, ſæpeque inter magnates contingant,

tingant, & ijs (vt vides) mire varient
94 Scribent. quorum autoriras sæpius capit ignorantes, vel iniquos Iudices. Ex ijs patet communem esse opinionem Scriben. vt in feudo hæreditario nihil iuuet Inuentarium, vt tanquam receptum tradit Alexan. *in d.cons.* 28.*num.* 19.*lib.* 5. Ruin.*d.cons.* 38.*num.* 15.*lib.* 1. Afflict.*d.decis.* 112.*num.* 3 *& deci.* 240.*numer.* 11. & Aymon.referens plures *consil.* 256.*numer.* 3. Sigismun.*cons.* 14.*num.* 43. Grat.*consil.* 4. *num.* 50.*lib.* 1. Rube.*cons.* 18. Afflict.*libr.* 3. *consti.* 1. *Rub.* 5.*num.* 9. Curt.Iun.*consil.* 138. *num.* 16 *&* 20. Paris.*cons.* 3 *nu.* 18.*lib.* 1. *& cons.* 16 *n.* 43.*eod. lib.* in quo contrarium non obscure scribit idem Paris. *cons.* 65. *num.* 47. *&* 49.*lib.* 3. Inde necessario inferunt idem Dd. quod vbi feudum est hæreditarium, indistincte repelletur hæres alienantis, securaque manebit alienatio, & factum possessoris semper nocebit posteris, eo quod non possunt succedere, nisi vt hæredes, secundum eos & cõmuniter Scribent. & ita Afflict. *decis.* 193. Ant. Capy. *deci.* 64.*nu.* 2. Syluan. *cons.* 15.*num.* 46. Paris.*cons.* 16.*num.* 34.*lib.* 1 & fatentur Alexand. & omnes *proxime* citati ad communem opinionem in hoc articulo. Et ita Zoane.*de reb.quoti.c.* 4. Hinc maxime ampliatur reg. *d. l. cum à matre.* extenduntur que alia iura similia, de quibus latissime *supra*. Ex quibus agnoscent periti, omnino necessaria fuisse, quæ *supra* deduximus, ad notitiam feudi hæreditarij, & de familia, quum in altera specie nunquam admittatur hæres contra alienationem defuncti. In altera autem admittatur facto Inuentario, secundum communem sententiam. Ex eisdem infertur ad casum, in quo consuluit Deci. *consil.* 28 *&* *consil.* 395. latius *in consil.* 185. apud Nouiores celeberrimos, quando feudum conceditur alicui, & eius hæredibus masculis: si enim tale feudum censeatur ex pacto seu de familia, nec Decius, nec alius ex multis citandis dubitat, descendẽtem, vel agnatum succedentem in feudo, simul hæredem alienantis aliquid feudale posse rescindere alienationem, admittique contra factum defuncti, saltem confecto Inuentario. In quo Deci. concludit hæredem tunc admittendum, & ita limitandam regu. *d. l. cum à matre.* tum quia, vt ipse opinatur, tale feudum non hæreditarium, sed ex pacto & prouidentia, appellari debet, tum quia in ea specie non potest succedere extraneus, & secundum Dec. id satis est, vt hæres audiatur, nec feudum omnino hæreditarium appelletur, quod probant aliqui recẽtiores *supra* citati, *num.* 87.*vers. ea tamen.* In qua specie pro Dec. probauimus *supra n.* 88. verius & receptius videri, vt feudum tunc omnino de familia dicatur, quo retento, necessario sequitur (iuxta proximam distinctionem receptam) heredem facto Inuentario admittendum contra alienationem & factum defuncti. Et ego Decij opinionem verissimam puto, non tam ex suis fundamentis, quam ex alijs *infr.* adducendis, eandemque opinionem magis communem puto, licet aliqui Decio contradicant, quos sequi videtur D. Couarru.*d.cap.* 18.*consil.* 6. in quo mire variant Nouiores, & contra Dec. maxime insistit Curt.Iun.*cons.* 155. & Syluan. *cons.* 30.*num.* 11. *& sequent* Aliqui etiam secum pugnantes, modo Dec. sequuntur, modo ab eo recedunt. Rub. enim *cons.* 84. Decium sequitur. idem vero *in cons.* 18. contradicit. Eodem modo Hiero. Grat. *cons.* 4.*n.* 48. *&n.* 55.*lib.* 1. Decij opinionẽ falsam esse scribit. idem vero *cons.* 91.*nu.* 26.*eod.* † *lib.* Decium sequitur. Sic Paris. variat modo pro, modo contra, vt patet ex *consi.* 2.*num.* 2. *&* *consil.* 10.*num.* 7.*lib.* 1. Sic (quod magis miror) Soci. Nep. *consil.* 68. *ad fin. lib.* 2. aperte probat opinionem Curt. Iun. quem citat, reiecta opinione Decij, quem tacet. Sed idem Socin. sæpius opinionem Decij probat, vt patet ex *cons.* 72.*num.* 28.*lib.* 1. *&* *consil.* 112.*nume.* 14.*lib.* 2. sic contra Deci. scribit Aymon. *cons.* 256. *num.* 3, idem tamen cum Dec. *in cons.* 197. *numer.* 2. At opinionem Decij probat & summe laudat Matth. de Afflict. *in cap.* 1.*num.* 11 *an agnat. vel fil. & in constit. Neapol. lib.* 3. *Rubr.* 24 *nume.* 74. Zas. *de feu. part.* 8 *num* 62. Exea. *de pact. nu.* 228. Zoane. *de rebus quotid. cap.* 4. & Decium referendo sequitur Molyn. *in consuetu. Paris.* 1. 22.*num.* 85. & Bello.*consil.* 33.*nume.* 2. vbi communem appellat opinionem Decij. Retuli, quam potui diligenter & 95
fideliter, quæ in his arduis articulis scripta inueni, nullibi collecta Sed omnibus † mature pensatis, in ea sum sententia, contra omnes fere Scribent. curiose *supra* citatos, vt hæres alienantis rem feudalem, succedens in feudum ex tenore concessionis absque facto &

voluntate alienantis, admittatur contra alienationem factumque defuncti: & hoc non solum in feu. familiari, seu ex pacto & prouidentia, sed etiam in hæreditario, quod tamen ad extraneos transferri nequit: idque etiã non facto Inuentario. Pro qua opinione facit, primo quod in iuribus feudalibus sæpe legimus, factum vnius vasalli vel possessoris sibi soli, non successori, nec domino nocere posse. *cap. 1. §. quid ergo. de inuestit. de re alien. fact.* melior text. *in cap. 1. in princip. de feud. succes. ibi, nulla ordinatione defuncti in feudis valente.* Iuuatur secundo hæc opinio ex *cap. 1. §. Titius. si de feud. fuerit contr. inter do. & agnat.* dupliciter inducendo. Primo, dum loquitur de proximiore agnato, quem inquit reuocare posse alienationem feudi mortuo alienante. Verisimilius autem est, quod proximior agnatus hæres erit defuncto, & ita frequentius contingit, suadeturque ex *l. conficiuntur. ff. de iur. cod.* Cum ergo text. ille indistincte loquatur de agnato proximiore, qui sæpius ex testamento, semperque intestato hæres est, si velit eundemq; dicat posse alienationem feudi reuocare, absurdum & diuinatorium esset, restringere text. ad casum insolitum, nec tam verisimilem de proximiore non hærede. Inducitur secundo text. ille, dum loquitur de filio, & inquit, etiam viuo patre alienante, posse filium reuocare alienationem: vbi expendenda est implicatio verbi, *etiam*, innuit enim, mortuo patre plane admitti filiũ, & ideo exprimitur ibi casus maioris dubij, vt etiam viuo patre filius admittatur. Nec sanum esset intelligere casum patris mortui in filio non hærede, cum id fere nunquam contingat, manifesteque iura repugnent, vt *in l. cum ratio. ff. de bon. damn.* Roboratur tertio vrgenti ratione, quia feudum censetur honor familiæ, qui citissime aboleretur, si proximioribus hæredibus & successoribus ius reuocandi negaretur, fieretque iniuria primo acquirenti, cui posteri omnes successionem feudi debent: maxime præsuppositio, quod dominus alienationi non consensit. Tunc enim magis admittendus esset successor arguendo de feudatario emphyteutam & fructuarium: per Iaſ. *l. 2. numer. 18. C. de iu. emphy.* vt dicamus vero feudatario competere ius agendi pro domino, quasi ab eo mandatum habeat, sicut in vsufructuario, *in l. 1. §. final. & l. 2. ff. vsufruct. quemadm. caue.* Et ita successor tunc agens nomine domini, minus repelli poterit, si ei obijciatur nomen hæredis. replicabit enim de his & alijs exceptionibus ad regu. magisque intentione tuebitur ex persona domini. argum. *l. tutorem. ff. de his, quib. vt indig. cum ijs, quæ supra diximus, n. 72 & seq.* Iuuatur quarto hæc opinio cõtra Dd ex altera parte cõmunis opinionis de feudo concesso alicui & liberis, quo casu concedunt omnes, vt saltem facto Inuentario possit hæres reuocare alienationem; puerile enim & absurdum videretur, totum effectum huius rei pendere à leuissima verborum differentia, contra *l. 2. C. commu. de lega.* Quod ergo permittunt liberis, quando feudum pro liberis conceditur, idem permittendum est, quando pro liberis & hæredibus, vt nonnulli aliquando bene sentiunt. Et hãc sententiam contra communem aperte probat glo. ad quam Scribent. non aduertunt *in c. 1. verb. inuestire de feud. succes.* vbi indistincte inquit, hæredem alienantis simulque successorem antiqui feudi, posse reuocare alienationem. fulcieturque eadem opinio ex ijs, quæ statim adducemus *in seq. maioratu.* Astringit magis hoc argu. quia post aditam hæreditatem nihil interest inter formam concessionis feudi vel emphyteusis, pariterque militat obligatio hæredis, & regu. *dict. l. cum à matre.* Nec obstant in feudo ea, quæ à Scribent. adducuntur, nihil enim facit *c. 1. an agnat. vel filij*, imo retorquetur in prima parte, dum loquitur de agnatis, quos vocat ad feudum absque necessitate additionis hæreditatis, nec obstat in secunda parte, dum agit de filijs, loquitur enim tantum de respondendo creditoribus paternis, nihil vero de non reuocanda alienatione, imo cũ text. ibi. *& in c. 1. §. filius. de cap. qui cur. vendi.* grauet filium, vt hereditatem non repudiet, si feudum velit, magis inducere videtur vt alienationem feudi vel partis reuocare possit: tum ex regu. qui in vno grauatur: tum ex proprietate verbi, feudũ enim intelligi debet de integro, iuxta §. 1. *l. si defensor. ff. de interro. act.* Minus obstat text. quem alij pro communi adducunt *in cap. 1. de not. feud. vers. item*

hæres.

hæres. quem in specie notat Ioā.de Amicis,*consil.3.nu.*20. vere enim tex.ille contra Dd.retorquetur, & nostram sententiam confirmat, habet enim: *item hæredes necesse habent tenere firmam inuestituram,quam pater fecit*. quibus verbis text. non astringit hæredes ad conseruandam alienationem, sed ad firmam tenendam primam concessionem, quæ tunc firma tenetur, quando bona feudalia non alienantur, omniaque ad tenorem inuestituræ continuantur. Ad regulam autem *l.cum à matre*. quæ magis obstat:respondetur ex prædictis fundam. huius opinionis,quibus regul illa limitatur,cui etiam satisfit ex limitationibus *supra* seriatim ad eam l.adductis, magisque adducendis *in seq. q*.Responderetur magis ex eo quod plures scribūt in proposito, non valere alienationem in præiudicium successoris,per *d.§.Titius.si de feud. fuerit controuers.*& alia iura *supra* citata.Et ideo alienantem posse venire contra factum suum, ex *l.quemadm. C.de agri. & censit*.& ita eius hæredem, iuxta limitationem *supra* traditam ad *l. cum à matre*. & ita ex Bald.& alijs tradit Rube. *consil.* 84.*numer.*7. & colligitur ex Afflict. *decis.* 240.*num.*8.*& in constit.Neap.lib.*3.*in Rub.* 5.*numer.*7. Ex his autem inferuntur, primo elegantes interpretationes ad varia iura feudorum, reducendo ea ad rationes, & regulas iuris, contra receptas Dd. traditiones, vt ex prædictis facile colligi potest. Infertur secundo contra omnes fere Scribent. *supra* citatos,*num.*93.*vers.inde*,non esse indistincte verum,quod illi indistincte affirmāt, factum possessoris semper nocere posteris in omni feudo hæreditario, solumque succurrunt hæredi & successori in feudo concesso alicui & liberis.Contrarium enim constat ex prædictis, maxime respectu agnatorum, ex *c.*1.*an agnat.* iuxta intellectum plurimorum, de quo *supr a.nu.*85.& ita cauebis à durissima illa generalique traditione, in qua vltra ibi citatos,est Alexan.*consil.*13.*nume.*11.*lib.*5. Curt.*de feu* 4.*part.numer.*132.*in fin.*Infertur tertio,si cum iudicio aduertas,quando agitur de reuocand aalienatione, nihil curandum esse de Inu entario,in quo Scribent.omnes incaute totam vim huius negocij constituunt, vt constat ex Bal.& innumeris *supra* citatis,*numer.* 93. *& præced.* Quis enim non videbit inspectionem Inuentarij impertinentem hic esse,cum eius effectus sit,ne hæres vltra vires hæreditarias teneatur, vt antiquo iure tenebatur? non vero vt cōfecto Inuētario hęres liberetur ab obiectione *d. l. cū à matre*.cuius regula semper militat etiam facto Inuentario, quatenus bona hæreditaria suppetunt, vt diximus *supra* in ampliatio. ad eaml. sic etiam non facto Inuentario, non debet in ijs repelli hæres, quem iuris rationes & illius regu. exceptiones tunc admittunt. Infertur quarto, quod vbi agitur de reuocanda alienatione, Inuentarium vtile erit, non vt ex eo detur ius reuocandi alienata,sed respectu precij, quod soluēdum est emptori, iuxta text.gloss.& Afflict.*in d.c.*1.*§.Titius.si de feu.fuerit controuers.* & Afflict.notanter *decis.*278.*num.*3 *& seq.* vt ex quantitate hæreditatis dignoscatur,an successor hæres teneatur ad totum precium: ad hoc enim apte congruit confectio Inuentarij, non ad effectum reuocandi alienata,quod Scriben. non aduerterunt. Infertur quinto, longam esse differentiam, an tractetur de repellendo successore feudi vel maioratus à reuocanda alienatione: an vero de eo astringendo ad solutionem æris alieni creditoribus defuncti: quæ duo ab omnibus Scrib.in proposito minus bene æquiparātur, vt videre est apud *supra* citatos,& in specie Afflict. *d.decisio.*240.*n.* 10.*& 11.& lib.*3.*constitut. Neap. Rub.*5.*col.* 3.*numer.*9.*& sequen.* & contra citatos à Couarru *d.ca.*18 *vers.* 8.*ibi,eadem ratione.* Infertur sexto,attento effectu & beneficio Inuentarij, quod etiam in feudo hæreditatio succedens ex tenore cōcessionis, simulque hæres confecto Inuentario, si bona hæreditaria non sufficiant, non tenebitur ex fructibus feudi satisfacere creditoribus defuncti, vt bene tradit Alber.Brun.*in consil.feud.*8.*numer.* 16.citans Alex.& aliquos in hoc variantes,& inde cauebis ab Afflict.*d.deci.*140. *numer.*10.*ad fin.*& ita notabiliter declarat tex.*in d.cap.*1.*an agnat.* cum Præpos. ibi.& Afflict.*nu.*11. feudum enim quamuis tunc exigat hæredis nomen, non accipitur à defuncto, sed à concedente & primo acquirente, vt vltra ordinarios docte probat Molyn.*in consuetud. Paris.* §.32.*nume.*83 *&* 85. Infertur septimo contra plures & graues Dd. qui indistincte scriptū reliquerunt in feudo hęreditario

nihil prodesse Inuentarium: quod vt receptum tradit Afflict. *lib.3.constit. Rub.5. nu.9. & dec.f.*112. Et ex alijs D.Couar. *d. lib 2.resol.c.*18.*col.*10. *vers.*8. & Paril. *cons.* 16 *n.*43 *lib.*1.& Curt.Iun. *cons.*1.*num* 12. Aymo.*cons.*256. *num.*3 Vides enim Inuentarium tunc prodesse quo ad æs alienum, ne successor feudi teneatur vltra vires hæreditarias, quod nimis inuoluit Afflict. *in c.*1.*§.Titius,num.*16.*§. si de feu.fue.contr. & inc.* 1.*nu.*7. *an agnat.* vbi cogitãdum relinquit. Infertur octauo contra plures, quo ad reuocandam alienationem feudi vel rei feudalis, tunc impediri successorem hæredem alienantis, quando feudum est omnino hæreditarium, vt possit venire ad quẽcunque voluerit possessor: non vbi possessor id auferre nequit descendentibus vel agnatis vocatis in concessione, vt prudenter aduertit Dec.*cons.*208 *col.*3.*& seq. & cons.* 185. *&* 395. & cum Deci. Paris.*cons.*10.*num.*7.*lib.*1.*& consil.*65.*num.*37. *lib.*3. & Syluan.*consil.*15.*nume.*45.*& consil.* 30.*numer* 35. in quo Paris. fuit sibi contrarius, vt patet ex *cons. supra* proxime citato, & *consil.*2.*num.*21.*&* 23.*li.*1. Quod etiam colligi potest ex Bal. *in l. cum virum.numer.*21.*C.de fideicom.* Et ita saluo Dec. à Nouioribus male damnatum, inter quos maxime Cur. *consil.*155. Aymon *consil.*256. *numer.*3. Gra. *cons.*4.*lib.*1.
† Rub.*consi.*118. Infertur nono, vt in feudo, quo descendentes vel agnati vocãtur sine, vel cum nomine hæredum, succedens & hæres alienantis, etiam nõ facto Inuentario, reuocare possit alienationem Hoc autem nouum puto contra omnes, & contra eundem Dec. *d. consil.* vbi Inuentarium exigebat. & Paris. & Syluan. vbi *supr.* & Afflict. *in d.cap.*1 *num.* 11. *an agnat.* Ratio patet ex *supra* dictis, quia tunc ius successoris non pendet ab Inuentario, sed ab alijs longe diuersis, quæ vigent etiam non facto Inuentario, cuius beneficium his non adaptatur. 97 Hæc autem in fauorem successoris hæredis tutius procedunt, vbi alienatio fuit sine consensu domini, quia tunc vere dicitur nulla, nec nocere potest successori, iuxta *c.*1.*de feud.succes.& cap.*1. *de alie.patern.feu.* Si vero alienatio fiat cõsensu domini, mire variant Scri b. vt patebit ex statim adducendis, patet ex Ana.*in disp. feud.* post scripta Bal. *ad titu. de prohib.feud.alien.* per Feder. & pungit Ias. *consil.*7.*col.*9.*vers.*3 *lib* 3. & dicit hoc esse fortissimum dubium Afflict. *in c.*1. *num.*19.*de alien.feud.patern.* In hoc scribũt plures indistincte in feudo hæreditario alienationem cum consensu domini nocere semper successoribus, vt tradit Afflict. *in constit. Neap. lib* 3. *Rub.*5. *numer.* 8.*& dec.*240.*ex num.*7 & late Paris.*consi.* 2.*ex num.*32.*& consil.*16.*num.* 42.*lib.*1. Alij autem frequenter scribunt, distinguendum esse inter primum acquirentem & alium successorem, vt primus acquirens indistincte cum consensu domini nocere possit sequentibus, quod vt receceptum tradit Aymo. *consil.* 135.*numer* 8. vbi plures citat. & Afflict *dec.* 112. *n.*6.*&* Paris parum sibi constans, *consil.*2.*nume.* 9 *& cons.l.* 3.*num.*1.*lib.*1. Sed receptior opinio est, vt etiam in feudo nouo, & in persona primi acquirentis, distinguatur inter feudum hæreditarium, & feudum ex pacto seu pro liberis, vt in hæreditario nouo possit primus acquirens cum consensu domini excludere futuros successores, non autem in feudo de familia. quam opinionem probat Afflict. *in cap* 1.*num* 15.*& seq.de feu.succes.* & communem dicit idem *in cap.*1.*numer.* 74. *de prohib. feud. alien.* per Fed. latius hoc tractat, sed inuolute *in cap.* 1.*ex numer.* 18. *de alien. patern. feu.* & hanc dicit communem resolutionem Alexan. *consil.*106. *numer.*8.*& consi. seq lib.*4. idem Alex. *cons.* 13.*nu.*11. *lib.*5. Molyn *ad Alexan.consil.* 8. *num.*15.*lib.*3. vbi refert Corn. variantem. & ita Paris iterum varians *cons* 3.*ex num.* 15.*& consil.* 5.*ex num.*15.*lib.*1. eandem dicit communem Hieron.*cons.feu.*136 *numer.*6. & Syluan.*consi.*15.*numer.* 40. Curt. Iun *cons.*55.*num.*8 Ias.*cons.*56.*col.*5.*lib.*3 Socin. Nep *cons.*67.*num.*35. Loffred *cons.feu.* 10.*numer.*24.*lib.*1. Zoane. *de reb.quotid. cap.* 5. idemque vult Bald. ita distinguens, *in cap.*1.*§.hoc quoque.num.*4.*& nu.* 14. *de succes. feu.* & eod. modo distinguunt hi omnes in emphyteusi. & ita Pau.Aret.*in l.idem Iulianus.§.si quis alicui. ff.de legat.*1. Ias.*in l.*2. *ad fin. n.*213.*C.de iure emphyt.* Ex qua communi resolutione sequitur necessario etiam in feudo nouo seu existente penes primum acquirentem, non nocere successori factum possessoris, nisi in feudo hæreditario. Cauendum est igitur à multis, qui contrarium indistincte scripserunt in feudo hæreditario, vt Ruin.*consi.*1. *num.* 13.

libr.

lib.1.& conſ.25.num.12.lib.2 ſæpe Pariſ.& plures *ſupra* citati. Et ita confirmatur, quod *ſupra* diximus contra plures, oſtenditurque Scriben. in his fere ſemper ſibi contradicere. Et in hunc ſenſum reducenda eſt gl.c.1.§.*hoc quoque. verb.inueſtire.de ſucceſſ feud.* Inde etiam ſequitur facilius tunc valere refutationem ſeu renunciationem in ipſum dominum, quia tunc vere concurrit conſenſus domini, in quo fundatur principaliter hæc communis opinio ex doctrina Barto.*in l.qui Romæ,§.Flauius.ff.de verbor. obliga.* Inde ſequitur, quod in feudo & emphyteuſi pro ſe & liberis contra communem opinionem eius immemores reſponderunt aliquando Alexan & alij,& cum eis Gozad *conſ.75.num.12.& 13* aſſerentes,quod etiam tunc poſſit parens nocere liberis. Sed mihi placere non poteſt receptior hæc opinio. Primo, quia non eſt ſufficiens ratio,quam Scribe.conſtituunt in tam leui verborum differentia, vt *ſupra* dixi, maxime cum vſus loquendi eam non obſeruet.Secundo,quia fundamentalis ratio in hac re eſt, vt ſucceſſori, & ſic tertio non conſentienti ius ſuum nō adimatur,*d.c.1.de ſucceſſ.feu. & d.ca.1. de alie.pat.feu.*cum alijs iuris regulis,quę ita vrgent in feudo vel emphyteuſi, per illa verba,*tibi & liberis*. vt per illa, *tibi & liberis & hæredibus*. cum vtroque caſu deſcendentibus & agnatis tantum ſucceſſio deferatur, ſecundum omnes. In ea igitur ſententia ſum , vt reiecta verbali differentia ſola ratio rei attendatur, quæ vrgere videtur, vt primus acquirens ſibi & poſteris vel liberis, poſſit conſentiente domino ſeu concedente refutare vel renunciare feudum vel emphyteuſim, etiam in conceſſione, quæ familiarem, non hæreditariam ſucceſſionem inducat,cōtra omnes,maxime Paul.& Aret.*in dict.§.ſi quis alicui.* & contra alios, vbi *ſupra*. Non enim videtur tunc fieri iniuria futuris ſucceſſoribus, cum res non exijt à primo acquirente, cui dominus conſentit. Idque ſuadetur fortiſſime vtroque caſu ex doctrina Barto.*in dict.§.Flauius.* quam Scribent. in his adducunt, quæ verior & receptior eſt, licet plures controuertant, vt aliquando latiſſime, Deo duce, deducam poſt Alexan. Soci. Iaſ. Dec.Benedict.Exe. Couarru. Xuar.& alios *ad l.quoties.C.de donat.quæ ſub mo.* quæ ratio non militat in alio poſſeſſore poſt primum acquirentem, nec eſt periculoſum hanc facultatem tribuere primo acquirenti, quia veriſimiliter abſque magna cauſa deſcendentibus nocebit, iuxta *l.ſcripto. §. fina ff. vnde libe.* Hoc autem tutius procedit, quando feudum vel emphyteuſis acquiritur re, vel pecunia patris. tunc enim fatentur Dd.quod etiamſi conceſſio fiat pro liberis , citra mentionem hæredum, poſſit pater alienando vel renunciādo liberis nocere, vt notabiliter tradit Bald. *in l.prima. in fine. C. per quas perſonas nob. acquir.* quem ſequitur Aretin. *in dict.§.ſi quis alicui.ad fin.*& Alexa. *dict.conſil.106.& 107.lib.4.* Corne. & alij quos refert & ſequitur Gozad. *d.conſil. 75.numer.14.* Ex quibus colligitur,quod ſi concedens feudum vel emphyteuſim æqualiter moueretur ex ſeruitijs & meritis liberorum ipſius accipientis , non poſſet poſtea ius illis quæſitum adimi, quod videtur probare Afflict. *in cap.primo.num.20.de alien.pat.feud.* & Iſern. *in cap.primo ad fin. princip. de ſucceſſ feud.* Inde ſequitur quod vbi liberi præſentes æqualiter acceptarent tempore conceſſionis , non poſſet eis poſtea auferri ius perfecta donatione quæſitum , iuxta *l.perfecta. C.de donat. quæ ſub mod.* probaturque ex receptis limitationibus ad doctrinam Bartol. *in dict.§.Flauius.* Ex eiſdem mature penſatis oſtenditur aliud, quod nullus Scribent. in hac re percepiſſe videtur, eſſe magnam differentiam inter hanc quæſtionem, & illam , an poſſit parens feudum vel emphyteuſim vni ex liberis prælegare: ratio differentiæ patet , cum hic agamus de alienatione patris cum autoritate domini, quæ non parum poteſt: ibi autem ſola patris voluntas datur, licet omnes Scrib. has qq pariter tractent, vt videre eſt per Iaſon. *in l.2 ex num.207.C.de iur.emphyt.& num.213.* vbi refert innumeras autoritates & varietates Scribe. & late Curt. *de feud.4.par ex num.131.* Tiraquel. *de retract.ligna.§.11.gloſſ.6.nu.24. cum præced.& ſeq.* Quæ anxietates & diſcordiæ Dd. ceſſant hodie apud Luſitan. in omni emphyteuſi , & rebus coronæ,in quibus ſunt claræ & æquiſſimę leges Regiæ *lib.4.titu.36.& titu.77.§.pen. & vlt.& lib.2.tit.17.§.2.* Tandem ex prædictis infertur ad quæſt. vtiliſſimam, vſu frequen-

frequentem, sed ratissime à Dd. tractatam, *an successor bonorum maioratus* (vt vocant) *simulque hæres alienantis rem aliquam eiusdem maioratus, possit alienatam rē vendicare*? Et contra hæredem vrget *d.l. cum à matre, & reg.l.vendicātem*, cum alijs *supra* adductis *in ampli. & illatio.d.l.* Obstant etiam autoritates eorum, qui hæredi successori feudi negant ius reuocandi alienata à defuncto, & expressim in rebus familiæ relictis, alienarique prohibitis, ne hæres reuocet alienata, quasi sine dubio scribunt Crot. *nu.* 146. & Loaz. *num.* 191 *versicu. quod tamen. in §. Diui. l. filius fam. ff de legat.* 1. Idemque non obscure colligi potest ex Cuma. Paul. Imol. *in l. peto §. prædium, ff. de legat.* 2. quos sequitur Rip *in dict. §. Diui. num.* 58. & ita Hispan. Xuar. *in d.l. quoniam in priorib. 7. ampli. fol.* 16. *col.* 4. idemque sentit Anton. Gome. *l. Tauri.* 40 *nu.* 84. *ibi, si non est successor vniuersalis*. Et pro his fortissime stare videtur text. *in d.l. filius fam. §. cum pater ff. de legat.* 1. vbi IC. respondet, in rebus familiæ relictis, alienarique prohibitis filium hæredem alienantis non admitti contra alienationem, cuius text. in proposito non meminerunt Cuman. Paul. Imol. Crot. Rip. Loaz. vbi *supra*, nec meminit Curt. *in toto suo tractat. de feud.* neque vllus alius (ni fallor) ex innumeris *supr.* citatis, cōsulentibus in materia feudali circa reuocanda alienata ab anteceſſore. meminit tamen illius tex. in proposito, dicēs eum singul. Xuar. vbi *supr.* & Tiraquel. *de retract. ligna. §. 1. gloss. 9. num. 49.* alibi autem notatur ad aliud, quod hic non seruit. Sed pro successore, eodemque hærede alienantis, vt reuocare possit alienata ex bonis maioratus, vrgent multa, denique in eius fauorem aperietur communis opinio. Iuuatur autem primo, quia maioratus instituitur semper ad honorem familiæ, & memoriam defuncti, vt re ipsa constat, probatque text. *in l. 7. §. ad autoritatem. ff. de annu. lega. & l. regula. §. pen. ff. de iur. & fact. ignor. ibi, gloriā repræsentet.* quæ omnia citissime abolerentur, si possessore alienante, successor repelleretur à reuocanda alienatione, cum fere semper successor maioratus proximior sit & hæres præcedentis possessoris, eoque excluso, nemo est, qui admittatur, & consequenter breuissime extingueretur maioratus. Facit secundo argum. ab absurdo vitādo, quod magnum esset, vt constat ex præcedenti fundamento. & ita in proposito arguit Rub. *consil.* 84. *num.* 7. & Afflict. *in cap.* 1. *num.* 4. *in fin. de eo qui sibi & hæred.* Iuuatur tertio ratione vitandæ fraudis, quæ facilime à quocunque possessore fieri posset successoribus, nisi eis detur facultas reuocandi alienata: fraudibus autem semper occurrendum esse iura volunt. Facit quarto fauor publicæ vtilitatis, vt defunctorum vltimæ voluntates non frustrentur, iuxta regu. 1. *C. de sacros. ec. les.* glos. *l. Gallus. §. si eius*, cum alijs, maxime tam seria solennisque voluntas instituentis maioratum. Fulcitur quinto ex text. *in cap. constitutus. de in integr. restitut.* vbi filius mortuo patre (& sic verisimiliter eius hæres) admittitur ad reuocandam venditionem factam à patre, ex consuetudine admittente proximiorem de familia. & ibi hoc notat Henr. Boic. (non Panorm. nec Ordinarii) idque extollit Ioan. Nico. *in l. generaliter. num.* 130. *C. de secund. nupt.* & Tiraquel. *de retract. ligna. §. 1. gloss. 9. num* 52. vbi alios refert. & ita Afflict. *de iur. prothō.* & cum eo Hispan. Cisonta. *l.* 70. *Tauri. quæst.* 20. † Facit sexto ratio, qua fundantur Boic. & præcedentes, quod tunc hæres auditur vt proximior de familia, & sic vt diuersa persona, quod satis congruit successori maioratus. Pro eodem successore hærede aperio communem opinionem & multorum autoritates, licet plures docti putent hanc q. nullibi tractari. id autem necessario ostendo ex traditione omnium in feudis, arguendo à fortiori: ita enim vult gloss. *in cap. 1. §. hoc quoque. verb. inuestire. de feud. succes.* quam expendit Ias. *cons.* 56. *colu.* 4. *versic.* 3. *lib.* 3. idem vult Bal. *cons.* 215. *in 1. dub. lib.* 2. dum respondet ad *l. cum à matre*. idem probat Dec. *cons.* 445. *num.* 55. & 56. & Rube. *consi.* 84. *num.* 7. Grat. *cons.* 91. *num* 36. *lib.* 1. Tho. Gram. *decis.* 93. *num.* 8. & *sequent.* qui omnes loquuntur in successore feudi de familia, hæredeque alienantis, asserentes posse eum reuocare alienata. Id magis euincitur ex communi resolutione *supra* deducta, qua habetur successorem feudi, vel emphyteusis alicui & liberis vel familiæ, etiamsi sit hæres alienantis, saltem confecto Inuentario, posse reuocare alienata, quod probant quam plures *supra* citati, *num.* 93. & in terminis Afflict.

in cap.

in cap.1. num.4. de eo qui sib. & hæredi. & Dec.*consil.*185 Gozad.*cons.* 26 *numer.* 54. Sigism Leffred.*cons.*10.*nume* 24.*& consil.* 14.*num.*4. Curt. Iun.*consil.*155. Alexand. *cons.* 19.*num.*14 *& consil.*28.*num.*18.*libr.* 5. & à feudo ad maioratum seu ius primogenituræ argumentatur Bald. *in l. cum antiquioribus.C.de iure delibe.* Quod etiã pro hac parte sit communis opinio induco receptam traditionem, quæ habet in feudo & emphyteusi hæreditarijs, primum acquirentem tantum cum consensu domini posse nocere liberis & successoribus: eundem vero primum acquirentem etiam cum consensu domini successoribus nocere non posse in feudo, & emphyteusi concessis alicui & descendentibus, seu familiæ, sine nomine hæredum. indistincte autem nullum successorem præter primum acquirentem posse nocere successoribus tam in hæreditarijs quam familiaribus, vt *supra* copiose deduximus, *nu* 97 *vers. sed receptior.* cum Bar.*in l.* 3.*ff.de interd.& relig* cum Paul.*in l idem Iulianus. §. si quis alicui, ff.de legat.*1 Quod autem à fortiori id dicẽdum sit in successore maioratus, multipliciter & necessario ostendo, na in feudo multa obstant hæredi, quæ in † maioratu cessant patet, cum Scribent. sæpe distinguant inter feudum hæreditarium, & feudum de familia seu ex pacto, & non semel laborent in dignoscendo, cuius naturæ & nominis sit feudum, vt supra late deduxi. At maioratus semper est pro familia, nec in eo curatur, an successor sit hæres ulterius, solaque sanguinis & proximitatis ratio habetur, vt docet vsus, & IC. *in l.peto §. frater. ff. de leg.* 2.*ibi, proximus quisque.* Sic etiam in feudo fit differentia inter filium & agnatum, quo ad succedendum sine vel cum additione hæreditatis, *cap.* 1.*an agnat.* in maioratu autem nulla inter eos differentia est, iuxta text.*in d.§. fratre.*& Dd. communiter asserentes *d. c.*1.non trahi extra feuda. Sic in feudo est dominus, cuius voluntas nimium potest, vt *supr.* quod cessat in maioratu, in quo nemo est superior possidenti, nec vnus successor plus habet quam alius. Sic in feudo datur primus acquirens, qui multum potest, vt *supra*, in maioratu nulla ratio habetur primi acquirentis, sed totum pendet à voluntate instituentis. *l.vnum ex familia.§.* 1. *de legat.* 2. ideoque recte dicimus facilius admittendum successorem maioratus ad reuocanda alienata. Quam sententiam vt æquiorem amplector, sed difficile est obiectis respondere obstat enim *d.l.cũm à matre & reg.l vendicantem*, cum similibus & *l.ex qua persona, ff. de regu.iur.* quibus non bene respondet Dec. *d.cons.* 445.*numer.*55.Rub.*d.consu.*84. Thom. *d. decis* 9 .Iaf. *d.cons* & alij *supra* citati, dicentes, quod hæres in his non succedit iure hæreditario, sed aliunde ex tenore concessionis, quod est manifeste contra *d.l.cum à matre & l.*3. *C de reb. alie.* & contra alia iura, de quibus *supra in ampl.a. ad d t.* Quibus patet hæredem non admitti contra factum defuncti, etiam iure proprio vel vndecunque quæsito. Et in terminis contra eos est tex. *in d. §.cum pater.l.filiu f.ff de leg.* 1. de quo statim. Melius ergo respondebitur ad illa iura (except. *§. cum pater.*) ex communi limitatione, de qua *sup.*qua habetur reg d.l.non procedere, vbi actus fuit in fraudem hæredis, & successoris, vt *supra* diximus cum Iaf *consil.* 56. *colum.*6. *in princip.lib* 3.& Afflict.*in ca.*1.§.*hoc quoque, numer.*35.*de succes. feu.* quod generaliter probat Molyn. *in consuet.Par.s.*§.8.*nume.* 22 Tiraq *d.*§.1.*glo.*9.*num.*57. Fraus autem satis probatur alienando rem feudalem, vel maioratus, quam alienans scit perpetuo familiæ relictam, vt constat ad sensum, & tradit Bal.*in d.§.hoc quoque.numer.*4.*versicu.præterea de succ. ff. feu.* Ad eadem iura posset etiam responderi ex alia limitatione, de qua *supra versicul. limitatur decimo.* qua communiter traditur hæredem admitti contra factum defuncti, quod nullum fuit, lege ei resistente, vt in proposito notat Rub. *d. consi.* 84.*nu.*7. citans alios. & Afflict. *decis.*240.*numer.*8. quæ limitatio recte hic applicatur, quia alienatio contra prohibitionem testatoris instituentis maioratum, est nulla, secundum glo. & omnes *in l.ea lege.C.de cond.ob caus.& in d.§. Diui. & alibi sæpe.* Et ideo inquit Pau.*in l.fina.* § *sed quia, num.*2 *C. commu.de lega.* alienationem tunc adeo esse nullam, vt nec obliget alienantem, nisi ad restitutionẽ precij, sequitur Thom.*d.deci.*93.*numer.* 3. & idem alienans potest contrauenire, secundum Paul. *in d* §.*Diui.num* 3.*ad fin.* & cum eo alij, quos sequitur Tiraq. *de retract.signa.*§.26.*glo.*2.*num.* 6. Sed hæc

100 (quæ alibi scriptis meliora videntur) difficultatem patiuntur ex text. fortissimo *in d. §. cum pater. l. filiusfam. ff. de lega. 1.* ad quem (vt dixi) non solet aduerti: ibi enim erat res familiæ relicta, & alienari prohibita, & consequenter alienatio nulla, secundum gloss. Barto. & omnes, & tamen filius hæres non potest venire contra alienationem, etiamsi sit de vocatis ad fideicommissum, admittunturque exhæredati: & sic videtur tex. contra præcedentes receptas limitationes, & contra quam plures graues Dd. *supr.* citatos, dum respondet ad *l. cum à matre.* quod alibi expensum non vidi. Conijcio aliquos responsuros, textum illum procedere secundum sua tempora, ante beneficium Inuentarij inductum à Iustiniano, cuius vigore communiter Scribent. fundant hæredem in his admittendum contra factum defuncti: quod mihi placere nequit, qui sciam aliud respicere beneficium Inuentarij, & rem aliunde pendere, vt *supra* dixi. Ob æquitatem vero huius opinionis & auctoritatem tot patrum, à quibus ea colligitur, & ob vitanda absurda cõtrariæ opinionis, potius ad *d. §. cum pater.* transeundum esset cõniuentibus oculis, cum ibi vltra filium hæredem erant alij forsan non recte exhæredati, qui tamen vt de familia admittuntur, & per eos satis fit voluntati testatoris, hic autem violaretur excluso hærede. Nec valet argum. ab eo text. de relicto familiæ ad maioratum, in hoc enim magis conseruatur memoria defuncti, cum in perpetuum tendat eius effectus, & vni tantum proximiori deferatur sine facto vllius successoris: at relictum familię non tam perpetuum, fauorabilemque effectum instituentis habet, nimisque pendet à facto, & electione restituere debentis, qui & plures simul eligere potest, vt *in l. vnum ex familia. ff. de legat. secundo*, & alijs tractãtibus de fideicommisso familiæ. Prædicta autem fundamenta pro successore maioratus hęrede alienantis, magis vrgent, quando maioratus instituitur in testamento, cum expressa prohibitione alienationis, quia tunc alienatio magis irritatur: tutius etiam admittetur hæres, quando non fuerit solus, vbi enim plures sunt, non repellitur nisi pro quota vel portione hæreditaria, quod semper obseruandum est, vt dixi *supra* in filio, *ad d. l. cum à matre.* Eadem etiam euincunt, vt hæres admittatur eo casu contra alienationem, etiamsi defunctus promiserit se nunquam contraueniturum: non enim attenditur tunc promissio vel obligatio defuncti, vt per Scribent. vbi *supra*, quod non percepit Masuer. relatus à Tiraq. nec ipse bene resoluit *d. lib. de retract. lign. §. 1. gloss. 9. numer. 53 & 55. cum seq.* Et ita contra eos amplio text. *in d. cap. constitutus, de in integr. restit.* vt procedat in filio & consanguineo hærede alienantis, qui promiserat solenniter firmitatem alienationis. Sed vltra eos aduertendum est, quod in illo c. ratio consuetudinis vigebat tantum in parte rei: alia enim pars ipsorum filiorum videbatur, ex litera text. & glos. *ibi verb. vtrique communes* licet Imol. *ibi numer. 3.* scribat, totam rem filiorum esse, quibus tamen existentibus hæredibus patri alienanti, magis vrgebit tex. ille in fauorem hæredis successoris ad reuocationem iure sanguinis. Eademque opinio admittit successorem feudi & maioratus hæredę alienantis, nec habet iniquitatem in fraudem emptoris, cui precium suum restituetur, iuxta glos. *cap. 1. §. Titius.* & ibi Dd. *si de feud. fuerit controuers.* Afflict. *deci. 278. ad fin.* Et respectu precij erit vtile Inuentarium, vt *supra* dixi. Quæ omnia à peritis & candidis speramus vtilissima censenda, vt merito prolixitati ignosci debeat, maxime cum hæc nullibi hucusque ita fuerint explicata. Ad reg. huius l. dum patri interdicit alienationem, addenda est amplia. etiamsi pater velit dotare filiam, non enim id facere potest ex aduentitijs aliorum filiorum, vt tradit Bald. *in l. fin. §. fin. titu. seq.* quod memoro, ne parum prouecti fallantur ex multis specialibus inductus fauore dotis, vel ex eo quod ea causa alienandi necessaria videtur in patre. Sed vltra Bald. aduertendum tũc est, an pater inops sit, filiaque aliunde dotari nequeat: tũc enim induci posset sententia glos. *in l. cum plures. §. final. ff de administr. tuto.* vbi voluit inopem Sororem germanam seu ex eodem patre natam, à fratre dotandam esse: quæ opinio recepta est apud Scribent. eamque vt communem tradunt Benedict. *in c. Raynutius. ver. dotem, numer. 71.* Iacob. à S. Georg. *in l. profectitia. §. si filius. ff. de iur.* 101

de iur.do. communis secundum Pala. seu Io. Lup. *in repe. cap. §. mihi. 76. numer. 3.* & secundum plures, quos refert Rip. *in l. 1. numer. 83. ff. solut. matri.* & Xuar. *in l. quoniam in prioribus. 2. limita. fol. 63. colum. 3.* Nouel. *de dot. 6. par. priuil. 16. numer. 5.* Ant. Gomez. *l. 40. Tauri. numer. 75.* tradit & probat Guid. Pap. *deci. 439.* Afflict. *lib. 3. constitu. Neapol. Rub. 14 in fin. & deci. 371.* late Boer. *deci. 129. numer. 3.* & Tiraq. de *primoge. quæst. 62. nume. 1.* quos omnes refero, quia casus est quotidianus, nec dubio carens, vt latius deducam (Deo dante) *in Commentar.*
102 *tit. seq.* Ex hac ampliatione causæ dotalis infertur ad quæst. vtilem, an possidens maioratum possit eius bona alienare causa dotandi filiam, maxime si aliunde dotare nequeat, quod tangit & inuoluit Hisp. Palat. *in Rub. §. 16.* vbi videtur id permittere, quando non adest expressa prohibitio alienationis, & sic distinguit inter expressam & tacitam prohibitionem: eumque sequitur Tiraq. *de primoge. quæst. 61.* idem sentit Anto. Gome. *l. 40. Tauri, numer. 87.* Sed Palat. seu Io. Lup. aliter intellexit hanc differentiam, quam Tiraq. putauerit: Tiraq. enim intelligit expressam prohibitionem in proposito, quando specialiter prohibetur alienatio, etiam causa dotis, sed Pala intelligit expressam, ad differentiam tacitæ, appellans *tacitam*, quando bona subduntur restitutioni, non addita expressa prohibitione alienationis, secundum traditionem gl. *l. cum pater, §. libertis.* vbi notanter Pau. *numer. 4. ff. de lega. 2* sed talis differentia inepta est, vt melius aduertit Alcia. statim citandus. Sed receptissima consuetudo totius Hispaniæ obseruat indistincte, vt nec ex ea causa possit possessor alienare bona maioratus, quod etiam asserit D. Couarru. *lib. 3. resolut. cap. 6. in fin.* quem vsum ego censeo Iuri consonum, cui nihil obstat text. *in l. mulier. §. cum proponeretur, ff. ad Trebel.* ibi enim agitur de filia testatoris, cui dos & legitima debetur, ideoque fideicommissum ei nocere non potest, vt satis colligitur ex text. & Scribent ibi. Magis videretur obstare decisio *Auth. res quæ. C. commun. de lega.* arguendo à bonis subiectis restitutioni ad maioratum, iūctis ijs, quæ ibi late tradunt Ias. & Curt. Iason *consil. 157. lib. 2.* Dec. *consil. 376. & cons. 519.* Socin. *consil. 75 lib. 1.* Socin. Nep. *consil. 19. lib. 2.* latissime Anto. Gome. & Couarru. vbi *supr.* & Guid. Pap. *decisio. 96. & seq.* Tiraq. *d. q.* & obstare videretur quod in causa dotis notat Barto. *in l. filiusfam. § Diui. numer. 10. qu. sec. ff. de legat 1.* vbi Alex. *num. 10* Crot. *ex numer. 44. & num. 165.* & Loaz. *numer. 135.* Rip. *ex numer. 70.* Alcia. *numer. 23.* Sed respondeo vltra omnes, quod hæc quæst. separari debet à materia *d. Authent.* ibi enim tantum fauetur desiderantibus testatoris contra personam particularem, cui bona erant restituenda, at in maioratu agitur de conseruanda memoria instituentis, quam homines maxime curant, vt tradit Plin. *in prolog. 7. lib.* in quo versari censetur honor & gloria, vt probat text. *in l. 7. §. ad auctoritatem. ff. de annu. leg. in l. Titia, §. fin. ff. de aur. & argent. leg. ibi, subscriptione nominis mei, & in l. reg. §. penult. ff. de iuris & fact. igno. ibi, gloriam repræsentet. l. legatum ff. de vsufr. lega. ibi, conseruandæ memoriæ.* Et manifestum est eam memoriam respicere instituentes maioratum, qui frequenter agunt, vt successores nomen suum ferant: facit *l. hoc iure. §. fin. ibi, nomen meum, ff. de donatio.* cum ijs quæ vtiliter tradit Benedict. *in cap. Raynutius. verb. & vxorem. numer. 22.* Rip. *in l. fœminæ. numer. 44. C. de sec. nupt.* Sic ergo noue limitabitur *deci. d. Authent.* quæ etiam rarius procedit, quam plures putant, non visis declarationibus Scribent. ibi & in locis *supra* citatis: quibus attentis, minus dubitabilis est hæc vera opinio, & Hispaniæ consuetudo. Alia ampliatio erit 103
ad eandem prohibitionem, vt patet non possit repudiare hæreditatem filio delatam minusque legatum, aliudve relictum, ne quis decipiatur ex *l. qui autem. ff. quæ in fraud. cred.* nec ex celebri opinione Federic. Senen. à multis male probata, qui scripsit, posse prælatum in ijs nocere Ecclesiæ repudiando, quasi tale ius quærendum sit, non quæsitum. Quibus alijsque non obstantibus, saltem post hanc *l. & l. cum oportet. & l. finatitu. seq.* indubia est hæc ampliatio. In hæreditate autem etiam iure antiquo habetur *in l. renitente. C. de iur. delibe. cum reg. l. is qui hæres. § fin.* & ibi not. Bart. *num. 10. ff. de acquir. hæred.* & in legatis erat tex. notab. *in l. ex repudiatione. C. de fideicom.* & generaliter notat Bal. *in d. l. renitente.*

tente. asserens non posse patrem renunciare ius aliquod filiorum. & ita Albericus *in l. sed si vnius, §. filiofamil. ff. de iniur.* facit quod notat Bal. *hic ad fin.* potestatem patri concessam, intelligi ad vtilia liberis, argum. *l. creditor. §. Lucius, ff. manda.* Et ita patere inquit tex. *in l. generaliter. Cod. de secun. nupt.*: probatur hoc fortissime ex tex. & eius ratione *in l. magis puto. §. fundum. ff. de rebus eorum.* In legatis autem, attento iure nouo huius *l. & l. fina. inf. titu.* 1. non est dubium, secundum glo. Barto. Bal. & omnes *in d. l. ex repudiat. & dict. §. fina.* imo repudiatio patris tunc operatur, vt res omnino filio acquiratur. Sed difficultas non leuis est circa *d. l. ex repud.* cum fuerit ante Constan. & Iustin. & tamen dicit patrem non posse repudiare legatum filio relictum, & Bal. ibi inquit, magnam fuisse rationem dubitandi. Sic Paul. Cor. ibi. ideoque glo. ibidem varie interpretatur. Augebatur difficultas ex *l. legatum. 7. ff. de legat. 1.* vbi dominus repudiat legatum seruo relictum, videbaturque ante ius nouum idem dicendum in patre, cum legatum statim acquiratur, cuius commodum & effectus nec momento penes filium esse poterat. ex *l. placet. ff. de acquir. hæred. l. 1. ff. si quis à parent. fuer. manu.* vt pro communi late probaui *in 1. part. huius. l.* Et ita ratio *d. §. fundum. l. magis puto.* iure antiquo vrgebat contra hanc conclusionem, vt hodie vrget pro ea. ex quibus fundamentis communis est opinio, secundum Alex. *in d. l. legatum. nume. 1.* & Iason. *num. 6.* Bapt. *in repet. numer. 5.* contra gloss. ibi, vt illo tempore ante ius nouum posset solus pater repudiare legatum filio relictum. Eandem dicit communem Corn. *in d. l. ex repud.* vbi gloss. sibi contraria, hoc aperte sentit, quam non percepit Bartol. *in d. l. legatum*, cum eam citat ad cõtrariam opinionem, quam tribuere debuit glo. & ibidem. & ita patet glos. in hoc variare, sed aliter quam Bart. putauerit *in d. l. legatum.* quod melius aduertit idem Barto. *in d. l. is qui hæres. §. final. n.* 10. qui etiam variauit: ibi enim probat hanc communem opinionem, contrariam vero probauit *in d. l. legatũ.* Ego
164 autem (licet res hæc nouo iure dubio careat) rejecta varietate glo. & Barto. venius puto contra Scriben. vt etiam ante ius nouum pater non posset repudiare legatum pure filio relictum, ex text. omni solutione maiore, vbi Bal. bene sentit *in d. l. ex repud. 26. C. de fideicommiss.* Nec enim teneri possunt varie interpretationes glos. & Dd. ibi, dummodo ariolantur filium ibi emancipatum fuisse, quod diuinatorium est, & contra præsumptionem iuris, iuxta *l. si emancipati. Cod. de collatio.* ineptaque esset quæst. legis in filio emancipato. Nec minus improbabile est quod gl. ibi subdit de causa castrensi, contra literam tex. vt Dd. ipsi agnoscunt. Deteriorque est 3. interpretatio glo. quam Dd. approbant magis contra literam diuinando, relictum ibi fuisse sub conditione, quæ non exiterat, quod vltra temerariam diuinationem manifeste corruit ex ratione text. ibi, *qui tibi nocere non potuit.* & sic patet ibi relictum fuisse parum, potuisseque à legatario sui iuris repudiari: ideoque ibi tamen inducitur ratio illa, quod pater repudiando non potuit filio nocere. Vnde per *d. l. ex repud.* potuisset glos. *in d. l. legatum* aperte probare, quod ibi tenuit glo. autem in hoc citabat *d. §. fi. l. is qui hæres.* sed male, quia loquitur in hæreditate, in qua est longe diuersa ratio, secundum Dd. communiter in illis locis, & *in l. 2. C. de repud. bon. possess.* Et reiecta communi opinione (quia est contra d. l. cui non respondetur) non obstat argum. *d. l. placet.* quia locum habet post veram acquisitionem: ita enim procedit reg. iuris, qua filius acquirit patri, magisque rationale erat, vt iniqua repudiatio patris filio non noceret, sed spectaretur, vt filius liberatus à patris potestate, relictum sibi acquireret, cum & in multis ante ius nouũ sibi acquirebat, vt dixi in prima parte huius l. Vltimo 105
loco ad ampliationem vel limitationem huius l. apte adducitur quæst. *an pater remittere possit iniuriam factam filiofam. & sic ei adimere iniuriarum actionem?* In quo vulgariter quasi sine dubio asseri solet, posse patrem id facere, & ita limitari hanc l. & iura *proxime* adducta, per text. notab. *in l. sed & si vnius. 17. §. filiofamil. ff. de iniur.* vbi expressim hoc notant glos. & Bart. & Albe. notat etiam glo. *in l. in personam. 31. ff. de pact.* Bart. & alij *in l. Lucius. ff. solu. matrim.* Bart. Paul. Imol. *in l. sisine, §. fin. ff. rem rat. habe* qui omnes ad hoc citant *d. §. filiofam.* eumque intelli-

gunt

gunt etiam inuito filio, & ita iudicauit Cape. Thol. *qu.* 241. tradit Catal. *de sindica. numer.* 128. Iaſ. vbi melius de materia *in l. contra iuris. §. ſi filius. numer.* 15. *ff. de pact.* & Boer. *deci.* 120. Qui omnes etiam eam concluſionem limitant, niſi iniuria fiat à cõiuncta perſona, quia tunc pater non poterit eam remittere. ita Bar. & omnes *in d. l. Lucius*, per text. ibi. quem ad hoc ſæpiſſime extollunt Scribent. vt per Iaſ. & alios, vbi *ſup.* & ita Ro. *ſing.* 92 Hip. *ſing.* 573. Sed hæc non omnino tuta videntur. Primo, quia Azo. *in ſũma. C. de iniur. numer.* 13. *ver. hodie.* magis probat, vt hodie attenta hac l. non poſſit pater remittere iniuriam factam filioſa. idem vult Hoſtien. *in Summa eod. tit.* & Iaco. de Are. qui tenebat, etiam ante hanc l. remiſſionem patris non tollere actionem iniuriarum, ſed ſuſpendere eius exercitium filio, & ita intelligebat *d. §. filioſam* vt refert Alb. ibi. & probat Fulgo. *in d. §. ſi filius, numer.* 10. ſed Azo. & alij melius allegarent. *l. cum oportet. tit. ſeq.* quam hanc l. ibi enim de omni cauſa aduentitia agitur, hic ſolum de bonis maternis. Ego veriorem puto hanc opinionem contra communem: iniquũ enim (vt Alber. agnoſcit *in d. §. filioſam.*) & iuris regulis contrarium eſſet, vt ſolus pater remittat actionẽ iniuriarum filio competentem, cum ea actio ſit è paucis quæ filioſam. proprio nomine dabantur. *l. filiusfam. 8. ff. de actio. & obligat. & d. l. ſed & ſi vnus. § fina.* vt latius (Deo fauente) trademus *in §. neceſſitate. l. fina. titu. ſeq.* vbi plenius de intellectu *d. §. filioſam.* Sic etiam attenta hac l. & iure nouiori, tutior videtur opinio Azon. & Hoſtienſ. contra communem, quia pecuniaria æſtimatio iniuriæ filio acquirenda eſt, & conſequenter in detrimentum filij eſſet remiſſio patris, cuius poteſtas ad vtilia reſtringitur, vt incommodum filio inferat, ſecundum iura & rationes, de quibus *ſupra.* Retenta autem iniqua communi ſententia, non dubito falſam eſſe dictam communem limitationem, quæ ei aſſignatur ex *d. l. Lucius. ff. ſolu. matri.* quæ id nullatenus probat, vt videntur ſentire Cuma. & Alex. ibi. Ego autem id oſtendo, quia in illa l. non erat caſus, in quo competeret actio iniuriarum, ſed irrogabatur vxori pœna viro applicanda ex iuris ſanctionibus longe ſeparatis ab actione prætoria vel legis Corneliæ: de quibus *in tracta. de iniur.* Nec aſſignatur ſufficiens ratio differentiæ inter iniuriam à coniunctis vel ab extraneis, nec generalitas regulæ pateretur talem reſtrictionem, iuxta *l. 1. §. & generaliter. ff. de lega. præſt.* Et huic veriori ſententiæ non obſtat *l. Papinianus. in princip. ff. de inoff. teſtam.* quam Dd. etiam pro ea limitatione notant. Aliter enim intelligi debet textus ex ijs quæ diximus *ſupr. prima parte huius l.* ad intellectum *l. filius. ff. de inoff. teſtam.* & in propoſito aliter illum textum not. gloſſ. *in d. §. filioſam.* Eandem tamen communem limitationem in iniuria coniunctæ perſonæ aperte intelligunt omnes, etiamſi pater eam remittat expreſſim, non tantum tacite, vt Alex. male intelligebat *in d. l. Lucius. ſub l. præced.* quæ incipit, *liberta. numer.* 8. Alias inepte omnes ex ea lege limitarent regu. quam colligunt ex *d. §. filiofamil.* Sed primum errorem in colligenda regula ſequuntur varietates & abſurda in limitationibus, vt ſæpiſſime in alijs articulis. Sic tandem claudantur huius l. Commentaria, quorum prolixitatem oblatrabunt liuidi: periti vero & candidi eam ab vtilitate longo interuallo ſuperari agnoſcent, forſanque non infimæ laudis cenſebunt ad perfectam tractationem tot articulos excogitaſſe, coſque plene & vtiliter diſcuſsiſſe, vt nos tueatur prouerbialis ſententia: Sat cito, ſi ſat bene.

SVMMARIA.

1 *Authentica nouaque conſtitutio huic titulo inſerta diuiditur & ſummatur.*

2 *Explicatur finis l. 4. titul. ſequen.*

3 *Tentatur vnum non negligendum ad declarationem huius text. & agitur de origine præſcriptionis lõgiſsimæ.*

4 *Agitur de ratione huius text. & explicantur aliqua iura.*

5 *Circa eandem rationem reprobantur aliqua dicta Scribent.*

6 *Comprobatur opinio contra communem, vt pater legitimus adminiſtrator non excuſetur à conficiendo Inuentario.*

7 *Ampliatur hic text. in fauorem liberorum, etiamſi habens cauſam à patre iuſte in facto erret, & bonam fidem*

fidem habeat, cum Fulgo. contra Cyn. Alberic. Paul.

8 Colligitur declaratio ad Auth. mala fidei. C. de lon. temp. præscript.

9 Assignatur notabilis ampliatio ad textũ in præsenti, & infertur alia ad l. fin. §. penult. C. communia, de legat. & num. 10.

11 Tractatur exacte, an in casu huius tex. etiam Iure Canonico valeat præscriptio cum errore iuris, in quo adducuntur plura vtilia: & conciliantur aliqua à nostris tradita, & num. 12. & 13.

14 Qualiter probetur mala fides ementis à patre in specie huius tex. in quo adducuntur alia vtilia, & emendantur nonnulla à Dd. tradita.

15 Explicatur contra glo. & Dd. l. penult. ff. de vsucap. pro empt.

16 Tentatur contra omnes, non induci malam fidem in emptorem, cui dominus rei vel alius denunciauit, ne emeret.

17 Explicatur contra omnes l. si fundum. C. de rei vendic.

18 Colligitur vnum ex hoc text. & infertur aliud non negligendum numer. 19.

20 Consultissimam fuisse declarationem Iustiniani admittentis hoc casu longissimam præscriptionem, & de eius effectu, n. 21.

22 Probatur opinio Paul. ad casum alienationis rei subiectæ restitutioni, & infertur ad bona maioratus. numer. 23.

24 Distinguitur quæst. quam Scribent. confuse tractant, an in prohibitis alienari detur præscriptio.

25 In eadem quæst. contra gloss. & plures probatur, regulariter non tolli vsucapionem ex prohibitione alienationis.

26 Probatur in his vnum notabile contra omnes fere Scribentes.

27 Agitur de intellectul. 2. C. de vsucap. pro empt.

28 Intelligitur contra Scribent. tex. in l. vbi lex. ff. de vsucap.

29 Explicatur contra gloss. & fere omnes l. alienationis verbum, ff. de verborum signific. & reijciuntur multa à Dd. tradita circa negligent. eius, contra quem præscribitur. & nu. 30. & 31.

32 Explicantur contra plures verba l. Imperatores. ff. de iure fisci, & ostenditur obligationem pœnalem in delinquentem non dari ex consensu.

33 Limitatur text. hic cum Cal. & nonnullis.

34 Tentatur alia limitatio vltra omnes, in qua adducuntur aliqua non negligenda, & n. 35.

36 Explicatur text. circa dominium, quod acquiritur ex præscriptione, & vsucap. & adducuntur aliqua. num. 37. & 38.

39 Agitur de iustificatione vsucapionis, & explicantur aliqua iura. num. 40.

Ad secundam partem huius text.

41 Agitur de regula, ne impedito agere currat præscriptio, & ampliatur cum Bald. adducunturque aliqua vtilia. nu. 42. & 43.

44 Infertur ad Bart. in l. si constante. ff. solut. matrim. & ostenditur contra plures non probari ex hoc text. quod filius viuo patre reuocare nequeat alienationem aduentitiorum. & numer. 45.

46 Infertur ad c. quia diuersitatem, de concess. præben.

47 Traditur notabil. declaratio contra Alex. ad l. 1. C. si aduers. cred. in 7. & num. 48.

49 Infertur ad quæst. notabilem, an in bonis maioratus præscriptio perfecta contra vnum, noceat successori, & adducuntur multa vtilia vsque ad numer. 54.

55 Ostenditur in eo articulo & in rebus in perpetuum familiæ relictis, non recte scripsisse Bar. & plures, quod præscriptio vel alienatio dari possit regulariter cum consensu successorum.

56 Pro complemento materiæ huius text. traduntur aliqua circa bonam fidem ad vsucapiendum. & numer. 57.

58 Tractatur celebris doctrina Barto. an ex ignorantia detur restitutio aduersus præscriptionem. vsque ad numerum 60.

Hæc

HÆc Authen. annectitur l præcedenti, quatenus ibi dictum erat, patre alienante aduentitia filiorum: illæsum eorum ius manere, nec eos vlla præscriptione repellendos à rebus suis vendicãdis. Quam decisionem maiores nostri limitari putarunt ex Authe. nouioribusque Iustiniani constitutionibus: ideoque hanc continuarunt ex *Authent. de nupt. §. sed quod sancitum, col. 4.* secundum vulgares libros, vel secundum emendatos, *inconsti. 22. de iis qui nup. iter.* 1 *§. insuper.* Hæc autem constitutio limitat l præcedent. circumscriptionem admittens longissimam, 30. annorum: deinde eam limitationem dupliciter restringit, vt scilicet id tempus non currat filiis, nisi postquã exierint à potestate patris: nec etiam durante impubertate seu pupillaritate. Quæ materia vtilis est, licet à nostris parum explicata, ad cuius ingressum præmitto ex gloss. & omnibus, receptissimum esse, vt originalis Authe. loquens de lucris nuptialibus vtriusque parentis, extendatur ad omnia aduentitia, quorum legitimus administrator sit pater, & ita vbique ad omnia aduentitia citatur textus hic, vt per Bal. *de præscrip. 1. par. 6. par. n. 15.* Aliqualiter autem dubitarunt antiquiores circa literam, in verbo, *tricennale*. Petr. enim & nonnulli legebant triennale, vt referunt Cyn. & Alber. Fulgos. Corn. sed in originali aperte fit mentio præscriptionis 30. annorum, tam in libris vulgaribus, quam emendatis. & ita confunditur opinio Petr. quam cæteri merito improbarunt, vt sic maneat contra Petr. non sufficere possessori hoc casu contra filium ordinariam præscriptionem, sed longissimã exigi, secundum omnes, quod suadetur ex *l. sicut, C. de præscri.* 30. *vel* 40. *annor.* probaturque ex verbis l. præceden. dum excludit præscriptionem, intelligitur enim de ordinaria. Et ideo hæc constitutio admittens tricennalem necessario erat intelligenda de 30. annis, quæ vt extraordinaria admittitur, exclusa ordinaria, iuxta *d. l. sicut.* & doctrinam gl. celebris *in l. postquam, verb. nulla, C. de pa.* cum 2 iis quæ *infra* deducemus. Et hinc vere intelligetur tex. *l. 4. ad fin. inf. tit. 1. ibi, nulla tẽporali præscriptione obsistente. & ibi, nisi forte ex continua & inconcussa tenentis possessione, eorum excludatur intentio.* excludere enim vult lex ibi ordinariam præscriptionem, non longissimam. Hinc etiam vltra omnes ostenditur, Constantinum *in l. præced.* nouum ius induxisse, dum vsucapionem vel præscriptionem tollit, cum regulariter ante nouum ius sufficeret ordinaria præscriptio, ex bona fide eius, in quem alienabatur, non obstante mala fide alienantis, *l. 1. C. de long. temp. præscript. l. si partem, C. de vsucap. pro empt. l. qui fundum, §. proc. ff. eo.* & ita iuuatur communis sententia, quam contra aliquos probaui *in 1. part. l. præced.* vt ea lex nouum ius induxerit. Imo videtur (vltra omnes) vere dicendum, quod ante Iustinianum & nouiores illas constitutiones, hoc casu, etiam filiis post pubertatem, & postquam suæ potestatis fuissent, obstaret ea præscriptio 30. vel 40. anno. ex constitutionib. Hon. & Arca. & Anast. *in d. l. sicut, & l. omnes.* quæ tam generaliter loquuntur, vt hanc speciem satis comprehendant, iuxta regul. *l. 1. §. & generaliter, ff. de leg. præsta.* Ex quo sequitur præscriptionem 30. & 40. annorum ante Iustinian. introductam fuisse, vt patet ex *d. l. sicut, & l. omnes, C. de præscript. 30. vel 40. annor.* IC. tamen incognita fuit, & Imperatoribus ante conditores illarum ll. vt annotauit glos. recepta *in l. qui occiderit. 30. ff. ad l. Aquil. & in l. Iulianus, 17. ff. ex quibus caus. maio. & in l. si quis emptionis, verb. veteres, Co. de præscript. 30. vel 40. anno.* Bart. *in l. in omnibus. ff. de actio. & obli.* & Scrib. vbique, vt tradit Corn. *cons. 38. nu. 10. lib. 1.* quamuis dubitans id inuoluat Bald. *in cap. vigilanti, num. 2. de præscript.* Cur autem in hac specie non sufficiat longum tempus, nec præscriptio ordinaria, respõdet Pau. *hic & in l. quicunque, inf. tit. 1.* & cũ eo Cor. eo. scilicet, quia lex interdicit patri alienationem, ideoque titulus, lege resistente, nullus est, *l. quemad. C. de agric. & cens.* & præscriptio longi temporis titulum exigit, *l. nullo. C. de rei vendi. l. diutina, C. de long. temp. præscr.* præscriptio autem † longissima non exigit titulum. Ego puto. Paul. & alios non percepisse rationem & sensum horum iurium, nam patre vendente vel aliter alienãte, emptor habet titulum cum bona fide, cum iuste ignoret rem esse filij, & iuste credere potuit rem esse alienantis, iuxta præsumptionem *l. merito ff. pro soc.* quod in fortiorib. terminis notat Bald. *ind. cap. vigilanti, num. 5. versic. amplius. de præscrip.* Ergo ta-

go talis error iustus facti sufficere debet, cum saltem inducat titulum putatiuum, iustum ad vsucapiendum longo tempore, vt not. Bart. receptus *in l. Celsus, ff. de vsucap. pro hared.* Nec obstat *d. l. nullo. & d. l. diuina.* quia loquuntur vbi omnino deest causa vel titulus, quod indicant verba earum legum, quæ etiam procedunt, vbi emptor vel alius, in quem fit alienatio, sciebat prohibitionem iuris: tũc enim idem est, ac si nullus sit titulus, cum desit iustus error facti inducens titulum putatiuum, & hoc vere probat text. *in l. si ab eod. 12. ibi, tu scias. ff. de vsucapio.* quem Bart. & alij ibi non bene summant, nec satis expendunt: & hoc respicit regu. *l. nunquam 13 ff. eod.* hoc etiam probatur ex *l. 2. § si à pupillo.* & ibi Scribent. *ff. pro empt. & in l. mandatum distrahend. 57. ff. mand.* Patet igitur in hac specie, secundum iuris regulas, maxime ante *Authen. malæ fidei, C. de præscr. long. temp.* potuisse procedere vsucapionem ordinariam longi temporis, ob iustum errorem facti, licet de iure alienata esset inualida, contra Paul. Corn. & alios. Ex quo sequitur contra eosdem, longe diuersam fuisse rationem, cur hæc iura exigunt in hac specie longissimam præscriptionem, non quia ordinaria procedere non posset, sed quia lex voluit obuiare fraudi patris alienantis bona filij, quia etiam maior erat causa fauendi filiis sub potestate patris existentibus, & facultates suas ignorantibus, cum pater omnia possideat & administret, nec rationem reddat, iuxta *l. fina §. sin autem non habet. ibi, à ratiociniis, infr. titu. 1.* & sic facilime posset fraus liberis fieri, quapropter iuste lex in hac specie præscriptionem abrogat, quæ rationes non militant in aliis distrahentibus rem alienã. Ex quibus noue comprobatur, quod contra communem tentaui *supra in sec. parte, l. 1. nu. 31.* vt pater non excusetur à conficiendo Inuentario aduentitiorum filij, cum id vtilissimum sit filio, vt sciat postea, quæ sua sint, vtq; possit alienata vendicare: patri autem non noceat, nec onus sit, vt constat ad sensum. Potestque in id subtiliter expendi text. *in l. si libertus sub cond. 20. §. existimo, ff. de bon. liber.* vbi conditio testandi censetur potestatiua & facilis. Ideoque in patrono & filio admittebatur, secundũ Bar. *in l. suus quoq. n. 3. ff. de hared. inst. & in l. si pater. 2. oppos.* & ibi Cyn. *col. 3.* & Iason *nũ. 2. C. de instit.* Sic ergo confectio Inuentarij patri remitti non debet, vt periculum & incõmodum filij vitetur sine onere patris. Inde etiam infertur secundo, cum lex iustissime in hac specie faueat liberis, ideoque remouerit ordinariam præscriptionem, solamque longissimam admittat, procedere eandem decisionem, etiamsi is, in quem pater alienauit bona fide, rem habuerit, licet etiam iusto facti errore iuuetur, quo regulariter vsucapio ordinaria procedit. Hic enim est fauor, quem ex causa lex præstat filiis in aduentitiis, quæ solus pater administrat. quod bene sentit Fulgos. hic, quem sequitur Corn Idque memoro contra insignes viros Cyn. Alber. & Paul. hic, magis contra Paul. *in l. quicunque, infr. titu. seq.* male restringentes tex. ad emptorem scientem rem esse filij, & ignorantem ius, non factum, quod non solum diuinatorium est, sed etiam contra veram rationem tex qui ita reduceretur ad casum nunquam fere contingentem, maxime attenta reg. *l. verius, ff. de probat.* Infertur tertio (si recte attendatur) notabilis declaratio ad decisionem *Authen. malæ fidei, inf. de longi temp. præscript.* vbi mala fides venditoris nocet emptori bonæ fidei, nec ei prosit præscriptio ordinaria, sed requiratur longissima: non generaliter, vt vulgus male illum textum citat, sed tantum quando rei dominus ignorat. Ex præcedentibus enim bene sequitur in hac specie malam fidem patris alienãtis indistincte nocere emptori, siue filius rei dominus sciat, siue ignoret, vt bene sentire videtur Fulgos. hic: voluit enim ius ex prædictis causis filijs succurrere, qui licet sciant res suas à patre alienari, non facile possunt contra factum patris venire, non solum ob impedimentum potestatis, sed etiam respectu honoris & verecundiæ. Et ita noue declaratur in hac specie decisio *d. Authen.* vltra notab. declarationes Pau. ibi, & plures per Ange. Aretin. *in §. sed. istæ quidem. num. 12. Institut. de action. & in §. furtiuæ, num. 3. Institut. de vsucap.* late per Alex. *in l. Pomponius, §. cum quis, ff. de acquir. possess.* & Bal. *de præscript. 2. part. 3 part quæst. 12.* Infertur quarto, quod etiamsi pater mala fide careat in alienatione aduentitiorũ filij, adhuc cesset ordinaria præscriptio, nec filius excludatur nisi per longis-

longissimam cũ requisitis huius tex. quia licet cesset vna ratio ex parte patris, militant alię ex parte liberorum, quibus lex succurrere voluit, ideoque manente altera ratione, lex sustinetur ex vulgari reg. *l. si non lex* 83. *ff. de hæred. instit.* cum aliis, vt per Iason. *in l. more, num.* 18. *ff. de acquir. hæred.* per Rip. *in l. si ventri, §. in bonis, num.* 13. *ff. de priuileg. cred.* per Tiraquel. *in tractat. de causa, limitat.* 22. quod tutissimum videtur, licet Scribent. non exprimant. Infertur quinto
10 ad decisionem *l. fi. §. sed quia, C. commu. de leg.* vbi etiam ordinaria præscriptio longi temporis remouetur in fauorem legatarij vel fideicommissarij, cui hæres restituere iubetur, quem textum à simili adducit Fulgos. hic, ex prædictis enim ampliatur tex. ille, etiamsi emptor sit bonæ fidei, cum iustissimo errore facti, adhuc enim militat ratio fauoris fideicommissarij. Infertur sexto ex Cyn. Alberic. Paul. & aliis hic sufficere longissimam præscriptionem, de qua in hoc text. cum errore iuris, puta quando emptor sciebat rem esse filij, putabatque patrem posse alienare aduentitia filij, quod de Iure Ciuili dubium non est, secundum quod præscriptio 30. vel 40. annor. effectum habet etiam cum mala fide, *l. si quis emptionis, §. 1. C. de præscript. 30. anno.* à fortiori igitur perficietur cum errore iuris, ea enim præscriptio tanto tempore perficitur, nec titulum exigit, vt resoluunt omnes in Lectur. & Consi. prout late refert Boer. *decis. 42. n.* 35. & 38. nec obstant leges ICtor. quæ dicunt, non valere iuris errorem ad vsucapiendum, quia adhuc non erat cognita præscriptio longissima. Sed du-
11 bium est, quid dicendum sit de Iure Canonico, quod præualet in hac materia, etiam in foro seculari, secundum omnes, in quo multa hinc inde adduci possent, sed resolutiue procedendo videtur primo asserendum, quod si is, in quem pater alienauit, sciebat ius & factum, id est, rem esse filij, & alienationem iure prohiberi, nullo tempore præscribere possit, quia tunc malæ fidei possessor est, ex mente Scribent. vbi *supra*. & clarius in locis statim citandis. Si autem is, in quẽ pater alienauit, ius ignorabat, sciens rem filij, & putans patrem posse alienare, & sic non fuit in vera mala fide, tunc plures tenent etiam de Iure Canonico suf-
ficere præscriptionem hanc longissimã cum iuris errore, mouenturque principaliter, eo quod causa iniusta & iuris error excusat à mala fide, licet bonam prorsus non inducat, ex glos. *l. sec. C. si quis ignor. rem mino.* text & Bart. *in l. sed & si lege. § scire ff. de petitio. hared.* ita in hac re tenuit Paul *in l. Celsus. colum. 1. ff. de vsucap. & in l. nunquam. in fin. eod. tit. & in l. 2. §. si à pupillo. num. 4. ff. pro empto. & in l. venditionib. C. eodem.* Imol. *in dict. l. Celsus. & dict. l. nunquam.* sequitur Afflict. *decision.* 47. *numer.* 12. & Rube. *consil.* 75. Eandem opinionem probauit Anton. Butr. quẽ refert Felin. *in c. de quarta. nu.* 34. *de præscr.* Corn. *cons.* 277. *num.* 6. *lib.* 4. quam opinionem communem dicit Rub. vbi *sup.* Sed contrarium tenent non pauci, idẽque Paul consulendo variauit, vt tradit Felin. vbi *supra num.* 35. & est nimis controuersum & inuolutum apud Scriben. vt tradit Bald. *in d. l. Celsus, in* 4. *not ab. n.* 15. tradit L. Couarru. *in c. possessor. 2. part. § 7. num.* 5. *vers.* 2. *conclusio.* & late Aym. Crauet. *de antiquit.* 4 *par. ex num.* 161. Apud quem videbis difficile esse discernere, quæ sit in hoc receptior sententia, ex omnibus autem quos viderim, Hispa. *d. loco*, & Aymo. & Bald. videntur me-
lius hoc tractasse. Omissa varietate Scribent. in hoc difficili articulo, puto verius in nostra materia, etiam Iure Canonico, securum fore emptorem ex præscriptione 30. annorum, cum requisitis huius Authent. etiamsi scierit rem esse filij, & iuris errore putauerit patrem posse alienare, ex mente Cyn. Alber. & Paul. hic, quia tunc vere non datur mala fides. quam improbat *cap. vigilanti. & cap. fina. de præscript.* Nec erat verosimile, patrem velle nocere liberis, argum. *l. fin. C. de curat. furio. l. scripto. §. fina, ff. vnde liber.* Facit pro emptore potestas patris, quæ in his maior est, quam tutorum vel curatorum, vt probatur ex multis *supra* in discursu l. 1. maxime ex opinione Azo. magis communi, quod non sit necessarium decretum. quæ opinio iuuatur ex generalitate huius text. & *d. l. quicunq; in fin. tit.* 1. iuuatur ex requisitis, quæ lex exigit hoc casu vltra longissimũ tempus. Adidem facit tex. *in c. peruenit. de empt. & vend.* vbi hoc longissimum tẽpus etiam iure pontificio inducit plenũ effectum, vt per Imo. & Hispa. Burg. ibi. per Hisp. Xuar. *l. Castellæ, de debitis. fol.* 58. Facit

quod habemus ex communi opinione præsumi bonam fidem in præscribente, glo. recepta *in l. pe. C. de euict.* Bar. & alij *in d. l. Celsus*, vbi Bal. 3. *par. num.* 2. Alcia. *reg.* 3. *præsump.* 5. maxime cum longissimo tempore. Boer. *decis.* 42. *num.* 3. Bald. *d. l. num.* 10. *versicul. sit ergo.* Quæ opinio posset controuerti ex resolutione, quã addunt Couarru. Balb. Aym. vbi *supra*, quod iuris error non excuset etiam in præscriptione longissima, quando lex resistit, ex Barto. *in d. l. sed & si lege*, §. *scire.* & aliis quæ adducunt. Respondeo
13 tamen quod lex præcedens non tam aperte, nec tam fortiter resistit, vt perpetuo & indistincte alienatio irritetur, vt constat ex limitatione recepta, per *l. cum à matre, C. de rei vendi.* constat etiam ex dict. opinione Azon. recepta, quod pater sine decreto potest alienare. Procedet autem tutius hæc opinio, quando pater fuerit bonis moribus præditus: secus, si emptor sciat rem esse filij, & patrem dissipatorem, arg *l. si quis cum sciret, cum ibi notatis. ff. de vsucap. pro empt.* Procedit etiam tutius, vbi emptor fuerit persona simplex, vt mulier, rusticus, minor. argum. text. notab. *in l. cum de indebito, ad med. ff. de probatio.* Bart. *in l. non fatetur num.* 2. *ff. de confessio.* Idem tamen puto in quocunque non iuris perito: at in iuris perito contrarium videtur dicendum, quia nec ei licet ius ignorare, nec est verosimilis ignorantia, ideo magis videtur mala fide emere, iuxta *l. professio, cum gloss. C. de muuici. patri.* & in hac materia notat Socin. Nep. *consil.* 69. *num.* 4. *lib.* 1. In iurisperito tamen crediderim etiam procedere hanc opinionem, quãdo aliqua causa facti concurrit, quæ eum mouere posset: puta, si pater diligens significauerit alienationẽ esse ob causã necessariã, vel maiorem filij vtilitatem. argument. *l. final. ff. de vsucapio. pro emptore.* vbi ad ordinariam præscriptionem sufficit color, etiamsi emptor sciat rem esse alterius, cuius mandato putat eam vẽdi. fac. tex. *in d. l. mandatum distrahendorum, ff. mandat.* Paul *in l. qui fundum, §. procurator. num.* 4. *ff. de vsucap. pro emptore.* facit quod notant glos. Bartol. & alij per *l. si vir. ff. de vsuca. pro dona.* quando error facti concurrit cum errore iuris. Bald. *d. l. nu.* 21. *versicul.* 6. *limita.* latius Couarruu. *dict.* §. 7. *num.* 10. Puto etiam hanc conclusionem tutius procedere in emptione, quã in donatione: emptor enim precium dat, potestque ex multis credere licere patri rem filij vendere, non ita donatarius sciens esse filij: non enim debuit nec potuit credere patrem posse donare res filij: repugnat namque sensus communis ratioque naturalis & notitia eorum, quæ moribus hominum obseruantur: quæ omnia indicant, non esse donandum de rebus alienis. facit tex. *in l. filiusfam. ff. de dona.* tex. *in l fina. ff. de cura furio. in l. contra iuris. §. filius, ff. de pact.* Ex quo eleganter limitabitur iuris reg. quæ in causa emptionis ampliorem bonam fidem exigit, quam in alio titulo. *l.* 2. *in princip. ff. de vsucap. pro empto.* & iuuatur quod hic dicimus ex Bartol. *in l. pen. ad fin. ff. eod.* vbi in simili plus tribuit causæ oneroſæ. Posset autem probari mala 14
fides in proposito, si filius ante venditionem denunciet emptori, ne emat, iuxta regu quam notant glos. & Scrib. communiter per tex. ibi *in l. si fundum, C. de rei vendic.* quem text. vt singul. extollunt Fulgo. & Paul. Castr. *ibi, num.* 2. dicit notab. Balb. *in d. l. Celsus, in* 3. *par. nu.* 13. *ff. de vsuca.* & est recepta sententia, vt per Feli. *in c.* 2. *num.* 5. *vers. fallit* 6. *de præscript.* Matth. Afflict. *decis.* 369. *num.* 10. *& præceden.* Quæ conclusio communis probari videtur ex ea lege ibi, *vel alio modo mala fide contraxit*, quod intelligunt Bart. Bal. Albe. *nu.* 3. Salice. *nu.* 2. *in fin.* Fulgo. *num.* 3 in prædictis terminis, quãdo denunciatio fit ante alienationem: nam post emptionem & possessionem, dicunt omnes non procedere eam l. nec induci malam fidem, per tex. *in l. penulti. ff. de vsucapio. pro emp.* vbi glos. & Dd. ita communiter intelligũt, & conciliant eã *l. cum d. l. si fundum.* & ita communiter Scribent. secundum Felin. & Balb vbi *supra.* Alexan. *in l. de pupillo, §. nunciationem, n.* 12. *ff. de noui oper. nun.* Qua in re aduertendum est, quod Bal. *d. l. si fundum.* Fulgos. & Paul. ibi expressim notant eam l. procedere, etiamsi dominus rei denuncians ante emptionem, nihil ostendat de iure suo. & ita ex Imo. & aliis tradit Bal. *in repet. l. Celsus, num.* 113. vel in paruis, 3. *par. num.* 13. Barto. *in l. non solum, §. morte, num.* 43. & ibi Rube. *num.* 405. *ff. de noui oper. nunc.* in quo labitur doctiss. Felin. *in dict. cap.* 2. *numer.* 6. immemor huius communis declarationis, maleque in contrarium citans Bartol.

Ex quo

Ex quo sequitur incaute loqui plures Dd. dum sæpe indistincte citant *d. l. pen.* quod denunciatio extraiudicialis non inducat malam fidem: debet enim intelligi iuxta prædictam resolutionem, non autem indistincte, vt ipsi per eam l. loquuntur. Sed hæc hucusque recepta, nō videntur tuta. & sine dubio assero glos. Bart. & omnes *in d. l. pen.* minus bene tractasse de conciliatione earum ll. quæ nullo modo aduersantur, sed ineptius glo. Bar. & omnes *in d l. pen.* & alij in locis *supra* citatis, colligunt ex *d. l. pen.* denunciationem extraiudicialem non inducere malam fidem post emptionem & possessionem. Id enim non probat, nec probare potest tex. ibi, cuius ratio & decisio aliud longe diuersum respicit, nempe quod talis denunciatio nihil facit ad interrumpendam vsucapionem, quod receptum est, & bene ad hoc *d. l. pen.* citatur ab Iaf. *in §. fœnales, nu.* 119. *Instit. de actio.* ab Alexand. *in l. fin. num.* 15. *ff. de eo per quem fact. erit.* Quod autem *in d. l. penult.* nullo modo probari possit communis allegatio & intellectus gl. ibi patet, quia licet ex tali denūciatione induceretur mala fides, & vere ostenderetur possidenti, rem esse denunciantis, non ob id impeditur continuatio vsucapionis, secundum reg. Iuris Ciuilis, vt *l. 2. in fin. eo. tit.* & *in l. vnica, C. de vsucap. transfor.* Vt enim colligi posset communis allegatio, oportebat Iuris Ciuilis Axioma esse, malam fidem superueniētem interrumpere præscriptionem: cum autem contrarium iure decisum sit, necessario sequitur quod dicimus, IC. ibi nihil curare de bona vel mala fide, nec euidentem malam fidem ibi possidenti nocere. Ex quo cessat ad eam l. ineptus labor Dec. *in d. l. velle nō creditur. n.* 3 *vers. sed responderi, ff. de reg. iur.* hæc quo ad *d. l. pen.* Quo vero ad *d. l. si fundum.* credo contra gloss. Bar. & omnes verius dicendū, ex denūciatione ante emptionē, non induci malā fidē, quæ impediat vsucapionē, nec de iure Ciuili, nec Pontificio, & cōsequenter in nostra materia denūciatio filij minus impediet longissimā præscriptionem habentis causam à patre, & puto cōtrarium incaute à nostris scriptum, deceptis per d. l. quam absque alio fundamento adducunt. Moueor primo ad nostrā speciem, quia in ea datur sola præscriptio longissima (vt cōstat ex tex.) quæ perficitur Iure Ciuili etiam cum mala fide, & secundum plures perficitur cum iuris errore de Iure Canonico, vt *supra* deduxi. Cum ergo iuris error non impediat hanc præscriptionem in eo, qui scit rem esse filij, minus impediet denunciatio ipsius filij, quæ consequentia à maiori necessaria est, si mature attendas. Facit secundo cōtra communem rationem & reg. iur. ex *l. si quis in scriptis. ff. depos.* quod is, cui denunciatur aliquid, non tenetur credere denuncianti, nisi manifeste ostendat vera esse quæ dicit, notat Bart. *ibi. & in l. quod te, num.* 15 *ff. si cer. pet.* Dec. & Cagno. *in l. qui in alterius, ff. de reg. iur.* Boer. *decis.* 154. & ita in proposito bene aduertit Felin. immemor communis opinionis *in d. cap.* 2. *num.* 6. *de præscript.* Nihil enim valet quod respondet Bal. *in d. l. si fundum,* 3. *opp.* sicut nec alia quæ respondet aliis obiectioni, ex *l. si maior. C. de rescind. vendit.* vbi talis denunciatio etiam ante emptionem, non tollit bonam fidem. Nec est ratio differentiæ, an denunciatio fiat à domino, an ab alio quo ad credulitatē eius, cui denunciatur. Facit tertio, quod videmus iure nostro improbari credulitatem. l. 1. & ibi late Iaf. *ff. de eo per quem fac. erit.* Quod fortius militat, quando denuncians se dominum dicit, minus enim ei credendum est, cum loquitur ad suam vtilitatem, *l. exemplo. C. de probatio.* Vrget quarto fortissime quod alibi tradūt Scribent. immemores huius communis opinionis, non induci malam fidem, nec impediri præscriptionem, si quis emat à possidēte rem vt suam, licet fama publica & generalis sit eam rem esse alterius: ita enim Bald. *in d. cap. vigilanti. num.* 5. *de præscript.* & cum eo Felin. *in cap si diligenti. num.* 5. *eod. titul.* & Afflict. *decis.* 178. *num.* 11. Faciuntque nimis fundamenta, quæ Bal. ibi bene adducit. Ad hunc sensum autem constat, quod plus deberet obstare fama publica generalis, quam particularis vox loquentis ad proprium cōmodum, & consequenter titulus vel causa, excusans ementem contra famam generalem, magis excusare debet ementem contra leuem denunciationem particularis personæ, quod iuuatur ex Bart. *in l. Celsus. nu.* 18. *ff. de vsucap.* Non dubito pluribus placituram hanc sententiam, cuius fundamenta iuridica sunt, sed difficultas est in respondendo ad *d. l. si fundum.*

dum. qua Scribent. mouentur. sed eum ratio naturalis & plures iuris rationes stent pro hac parte contra communem, cogitaui eam l. aliter intelligi posse, quod vbi vltra admonitionem aliud cõcurrebat, quo emptor cõstitutus fuit in mala fide, idque nõ omnino violat verba text. *ibi, per denunciationem admonentibus.* iunctis verbis inferioribus *ibi, non recte,* vt sic inferiora verba non inducant consequentiam malæ fidei ex solis præcedentibus, sed potius in facto aliquid addant, quod magis colligi potest ex aliis verbis text. *ad fin.* Vel melius intelligatur ibi non poni regulam generalem contra ementes admonitos, nec vllo modo ea l. ex tali admonitione censeat inductam malam fidem, quæ vsucapionem impedire possit, nec de hoc respondet ibi Imperator, licet omnes Scriben. inaduertenter contrarium colligant: imo si ibi fuisset quæstio post completam vsucapionem, ex præcedentibus rationibus & iuris regul. verosimiliter responderet Imperator, talem admonitionem non nocere: ibi autem rei dominus vt diligens fuit in admonendo, ita & in agendo antequam tempus præscribendi compleretur. Nec obstat, si instet aliquis, quod ibi possessor çondemnatur ex mala fide ad restituendos fructus, & sic videtur inducta vera mala fides, quia facilius excusatur restitutio fructuum, quam admittatur vsucapio, secundum omnes, per glos. *l. 2. C. si quis ign. rem min. & l. sed & si lege, §. scire, ff. de pet. hæred. iunctal. numquam, ff. de vsucap.* Respondeo enim ex *supra* dictis, quod *in d. l. si fundum.* non aperitur ex sola denunciatione inductam fuisse malam fidem & condemnationem fructuum, idque magis congruit verbis l. vbi post casum denunciationis, additur alius *in versicu. vel alio modo.* deinde quo ad fructus additur conditio, *ibi, quos mala fide percepisse probatum fuerit.* quasi non sufficiat denũciatio, alias incongrue staret conditio probandi malam fidem.

18 Quælibet etiam responsio potius admittenda est, ne iuris regulæ offendantur. Notandum autem est ex originali *huius Authent. prius dici,* alienationem aduentitiorum à patre factam nullam esse, adiecta clausula, quam nostri appellant decreti irritantis, *ibi, erit nec gestum, nec scriptum, quod factum est.* quibus verbis non obstantibus admittitur præscriptio hæc longissimi temporis. Ex quo posset confirmari, quod plures tradũt in variis locis, excluſa præscriptione, non remoueri longissimam 30. vel 40. annorum, vt per Chass. in locis statim citandis, per Boer. *decis.* 42. *num.* 35. & 38. In 19
specie autem ex hac consideratione posset comprobari opinio glo. *in c. 1. §. præterea. de capi. Corra.* vbi cum in feudalibus text. dicat nullam præscriptionem obstare, glo. intelligit de ordinaria, non de longissima, quam non obstantibus illis verbis admittit. & ita intelligit similem text. *in cap. 1. §. 1. ibi, nullius temporis præscriptione de prohib. feud alien.* per Feder. Qua in re mire variant Scrib. vt per Bal. quem vide *in tract. de præscript. 4. part. quæstion. 12.* vbi de hoc agit per *octo quæst.* & late Molyn. *in consuetud. Paris. §. 7. fol.* 108. Nimis autem in eo articulo feudali variasse Dd. patet, quia Matth. Afflict. *in d. c. de capi. Corra. num.* 29. dicit glos. communiter reprobari. Iason vero *in l. 1. num. 43. C. de seru fugi.* dicit eam gl. notab. & communiter approbari, & ita Chass. *in consuetud. Burg. Rubr. 3. §. 1. n. 16. fol.* 100. & *Rubr. 4. §. 18. ad fin. num. 2. fol.* 186. Sed contra glos. est Socin. (male à Chass. citatus) *consil. 86. num. 8. lib. 1.* circa quam glos. variauit Socin. Nep. qui eam probat *consil. 115. num. 34. libr. 2.* quam reprobat *consil. 86. numer. 19. libr. 1.* qua in re sæpe à nostris citatur text. *in cap. 1. §. si quis per* 30. *tit. si de feu. fuerit controuers. inter dom. & agna.* sed tex. ibi magis agit de præsumptione, quam de præscriptione. nec loquitur vbi feudum alienatur contra prohibitionem, & tandem habet quod possessio & vniformis recognitio per 20. annos sufficiat pro inuestitura vel titulo, vt alias per glos. & Dd *in l. 2. C. de iur. em. hyt.* Sed hæc maiori examine indigebant. Ego 20
autem puto Imper. prudenter declarasse, hoc casu admitti præscriptionem longissimam, cum enim *in l. præcedent.* magisque in origin. Authen. alienatio in hac specie omnino irrita dicatur, & præscriptio indistincte excludatur, tutius erat intelligere, etiam longissimam præscriptionem excludi, vt verbis legis seruiamus, iuxta *l. 1. in §. si is qui nauem. ff. de exercit. action. & regul. l. 1. §. & generaliter, ff. de legat. præstan.* Idque maxime iuuatur attento quod Iustinia. *in d. Authen.* loqui-

loquitur post leges illas, quæ præscriptionem longissimam introduxerunt, iam sibi notissimas: quibus non obstantibus reiiciendo omnem præscriptionem, sentire videretur etiam de longissima. Idque iuuatur ex multorum traditione, qua habetur, vbi remouetur omnis præscriptio, nullam admitti, nisi centenariam, vt per Felin. *in Rub. de præscript. ad fin.* Afflict. *lib. 3. constit. Rubr. 31. num. 18.* Capy. *decisio. 4. num. 20.* faciunt plures casus, quibus omnis præscriptio etiam longissima remouetur, per Chassan. *in dict. lib. Rub. 13. § 8* latius per Bal. *in 1. par. 6 p. in princi.*

21 De effectu tamē lōgissimæ præscriptionis, qua omnis actio tollitur, notāda sunt verba tex. *in d. l. sicut, & d. l. omnes*, quibus etiā Iudicis officium tollitur, secundū gl. *d. l. sicut, verb. persecutione*, quam extollit Bal. *ibi, & in l. secunda. num. 8. C. de execut. rei iudicat.* Iason *in §. rursus, numer. 12. Instit. de actio.* latius Balb. *de præscript. 4. part. 4. par. q. 30.* Quod in iure adeundi & immiscendi & petendi legitimam, & in iure dicendi nullum, & in multis aliis, plene & vtiliter ad ornatum earum legum, tradit Tiraqu. *de retract. lignag. §. 36. gloss. sec. ex num. 37.* cui in reductione ad arbitrium, adde Afflict. *decis. 132.* & in decreto Afflict. *decisio. 345.* & in sententia eandem *decisio. 178. num. 5.* & Rebuff. *3 Tom pag. 307. num. 5.* & aliqua

22 per Boer. *decision. 329.* Ex decisione huius text. & ex *supra* dictis infertur, tutius procedere quod tradit Paul. *in l. fin. § sed quia, col 1 & col. 3. C. commu. de lega.* vt in re subiecta restitutioni alienarique prohibita, non excludatur præscriptio longissimi temporis, tex. enim ibi non generaliter, nec indistincte omnem præscriptionem excludit, sed longi temporis tantum, & ita las. ibi, & *in consi. 57. col. pen. lib 1.* & est recepta opinio secundum Corn. *consi. 117 libr. 1. & consi. 294. ad fin. lib. 3* Balb. *de præscrip. quinta par. 5. p. qu. 4. nu. 4 versic. sed Pau.* Anto. Gom. *l. Tauri, 40. num. 90.* Gratus *consi. 21 num. 36. libr. 2.* Rip. *in d. §. Diui num. 113* Crot. *num. 140.* Loaz. *num. 191* Alciat. *num. 47.* Corn. *consil. 38. num. 1. libr. 1. & gloss. consue. Cathalo. pag. 240. col 2.* Ex qua resolutione saluatur, & in præscriptione longissima, receptior manet opinio Bar. *in d. §. Diui, col. fin. num. 22.* vt in materia text. ibi, in bonis familiæ relictis, alienariq; prohibitis, non tollatur præscriptio lōgissimi temporis, licet nimis id inuoluant Ordinarij & repetentes ibi Alex. *num 28* las. *1 lectu. nu 114. & in 2. lectu. nu. 78.* & alij, vbi *supra.* Et ita vitabitur quod contra Bar. *in dict. loco*, notat Imol. *in l. vbi lex, ff. de vsucap.* Inde vtiliter infertur ad q an in bonis 23
maioratus, vt vocant, vel similibus perpetuo familiæ relictis, secuta alienatione, detur præscriptio, in qua Hispan. *in d. l. Tauri, 40 num. 90* cum Paul. vbi *supra*, resoluit non procedere præscriptionem ordinariam, admitti tamen longissimā. Quod vltra eum satis colligitur ex Corn. las. Rip. & Nouioribus *supra, num. præced.* & ita resoluit Socin. *consil. 47. num. 16. libr. 3.* cum solo Bar. *in d. §. Diui.* & cum Socino Tiraquel. *de primogen. q. 30* Qua in re cauendum est à multis, qui in hac q. confundunt ius primogenituræ & proximitatis, cum inspectione rerum vel bonorum, cum inter hæc longa sit differentia, vt colligitur ex Tiraq. *d. q. ad fin.* & melius aduertit Molyn. *in consuetud. Paris. §. 8. gloss 3. q. 5. num. 29. ad fin.* confirmaturque ex doctrina Bart. *in l. is potest, col 2. num 8. ff. de acquir. hæred.* Et ex his, quæ dixi *supra in sec. parte Rubr.* 24
Sed hoc magis *infra* declarabitur. In quibus aduerto, non posse non esse maximam difficultatem & varietatem, vt est apud Scriben. omnes, qui vix se explicant, dum generice tractant, *an prohibita alienari, possint vsucapi vel præscribi?* quæ generica tractatio semper periculosa est in iure, potiusque descendendum est ad particularia, & in singulis rationem inuestigare, quæ aliquando euincet, vt prohibita alienatione impediatur vsucapio, prout ibi datur fraus vel mala fides, maxime attento Iure Canonico, vel durante minore ætate alienantis contra prohibitionem iuris, vt *in l. 3. C. quibus non obijcia. lon. tempor. præscrip. & in l. 1. C. si quis ignor. rem min.* cum traditis à gloss. *in l. 1 C. si aduers. vsucap.* Aliquando autem ratio prohibendæ alienationis non comprehendit alienationē legalem ex vsucapione vel præscriptione, sed tantum ex donatione vel alio contractu, vt statim multis ostendam. Aliquando prohibitio alienantis irritat † titulum, vt tollatur præscriptio ordinaria, non longissima, prout in nostro text. & in casu *dict. l. fin. § sed quia, C. commu. de leg.* cum *supra* adductis. Et hæc resolutio addenda est ijs, quæ bene tradit Bal.

in l.1.num.19.C.de seru.fugit. Salyce. *in l. fina.ad fin. C. in quib. cauſ. in integr. reſtit. non eſt neceſſ.* Panormita. *in cap. cum non liceat,num.7.de præſcr.* Bal. *in d.tract.5.par. 5.par.quæſt.4.* Ex quibus inferri poſſet in ſpecie ad quæſt. in qua Dd. variant, *an impediatur vſucap. rei eccleſiaſticæ alienatæ ſine ſolennitate, contra iuris prohibitionem?* per Felin. *in cap. de quarta. num. 35. de præſcript.* Nec tutum eſt quod in ea quæſt. quaſi receptum tradit Aym. Craue. *de antiq.4. part. num. 164.* vbi ſcribit, non impediri tunc præſcriptionem, ſufficere que iuris errorem, ſed contrarium tenent plures, vt per D. Couarru. *in cap. peſſeſſor. ſecunda par.§.7.* & Bal. *in l. Celſus. 1. part. num. 15.* in quo articulo non eſt omittendus text. *in l.2.§.ſi à pupil ff de vſucap. pro*
25 *empt.* In eadem quæſt. generice tractata, mihi verior videtur opinio Barto. *in d. §. Diui.num 22.* contra gloſſ. in multis locis, & contra quam plures citandos *infra num.29.* vt prohibita alienatione, regulariter non prohibeatur vſucapio vel præſcriptio ex his quæ Bartol. ibi adducit, licet ſibi contrarius fuerit, *in l.vbi lex, ff. de vſucap.* moueorque primo, quia videmus rem litigioſam alienari non poſſe, *l.1.cum ſequen.C.de litigio.* eandem tamen poſſe vſucapi, vt *in l.1.C.de præſcrip. long. tempo.* & ibi Paul. *ad fin.* agnoſcit gloſſ. *in l.alienationis verbum*, & in hanc partem hoc cum alijs argumentis expendit Tiraq. *de primogen.quæſt 30.num.3.* Facit ſecundo pro hac opinione text. *in l.3.ff.de diuer. & tempor.præſcriptio* vbi aliqua prohibita alienari, vſucapjuntur longo tempore, cui *l. non fatisfacit* Imol. *in d. l.vbi lex.* Fulcitur tertio, quod videmus Iuſtinianum in multis, quibus ante eum erat prohibita alienatio, noue introducere, ne longi temporis præſcriptio locum habeat, vt *in dict.l.fin.§.ſed quia, C. commu. de lega. & in l.fin.C.in quibus cauſ.in integr. reſti.* quaſi manifeſte doceat, prohibitionem alienationis ſolam non impedire præſcriptionem, neceſſumque fuiſſe id noue addi. Iuuatur quarto, quia vſucapio etſi aliquando cenſeatur ſpecies alienationis, à lege tamen introducitur, & neceſſitatem iuris habet, vt *in l.1. & 3.ff. de vſucap.* Ideoque neceſſaria appellari debet, & conſequenter non tollitur, licet generaliter alienatio prohibeatur, iuxta text. & Albe. *in l. alienationes, 13. ff.famil. erciſc.l.1.ff.de fund.dotal.* cum ijs, quæ tradit Afflict. *in cap. primo, notabil.13.de prohib.feud.alie.* per Federi. *ex num.73.* & late Tiraquel. *de retract.libr.1.§.1. gloſſ.14. ex num.8.* & Aymo. *conſ.115* Iaſon *conſil.44. lib. primo,* & notabiliter Hiſpan. Auendan. *reſpon.13.* Probatur quinto, quia res minorum concurrente bona fide, tituloque cum errore facti, vſucapi poſſunt, ſaltem poſtquam ceſſat maior ætas, vt *in dict.l.1.C. ſi quis igno. rem minor. & in d.l. 3.C.quibus non obiic.long.temp.* facit text. & Paul. *in dict. l.2.§.ſi à pupillo.ff.pro empt.* In ſpecie autem ex his infero ad bona ſub- 26
iecta reſtitutioni, vt non ſolum hodie in †
eis admittatur præſcriptio longiſſima, ſecundum Paul. & alios *ſupra* citatos, ſed noue contra omnes dicendum ſit, quod ante Iuſtinia. *in dict.l.fin.§.ſed quia, C.commu. deleg.* concurrente titulo & bona fide, neceſſario procederet ordinaria vſucapio vel præſcriptio, quod ſatis colligitur ex multis legibus, *ff. de vſucap. & de vſucap.pro empt.* cum ICti regulariter ex venditione rei alienæ, vel ad alium pertinentis, cum bona fide emptoris vſucapionem admittebant, idque ſuadetur ex reg. *l.Clauibus, ff.de contrahen.empt.* Maxime cum ante ius nouiſſimum mala fides alienantis non nocebat emptori, vt notiſſimum eſt, & *ſupra* diximus. Et in ter- †
minis pro hac ſententia videtur ſtare text. (cuius non video meminiſſe vllum ex Scribentibus in tot locis *ſupra* citatis) *in l.Sticho.36.ff.de vſufruct.lega.* vbi in fortioribus terminis hæres legatarij bona fide poſſidens, vſucapit rem, quæ ex præcepto teſtatoris mortuo legatario, alteri reſtituenda erat, & ſic pro Bart. *in d.§.Diui.num.22.* qui tamen ſecundum ea quæ allegat, non percepit eſſe in hoc agnoſcendam differentiam inter Iuſtinianum & ICtos. Quibus retentis, non 27
obſtant iura, quę contra Barto. adducuntur à multis *in d.§.Diui.* Imol. *in dict. l.vbi lex, & alibi ſæpe.* Inter quæ citatur *l.2.C. de vſuc.pro empto.* quam ibi in contrarium generaliter ſummat Paul. poſt alios, nam ad eam l. non male reſpondet Bart. & aliter intelligitur, vt per Iaſ. *in d §. Diui. nu. 21.* & Rip. *num.35.* & ibi nouiores, & Afflict. *deciſ.331. ad fi.* poteſtque ea l. intelligi, ſecundum alia iura *ſupra* adducta de præſcriptione in rebus minorum, vt non obſcure ſentit ibi gloſſ. *in vlt ſcholio, ibi, item quia pupilli*, prorſuſque reijciendum eſt, quod ex ea l. male notabat

Bal.

Bal. *in cap. si diligenti, num.8. de præscrip.* colligens ex prohibitione testatoris, omnem emptorem constitui in mala fide, quod naturali rationi, & iuris regulis aduersatur. Emptor enim ignorans talem prohibitionem testatoris, vere est in bona fide, vt patet ex *d. l. Sticho ff. de vsufr leg. & ex regu. l. quod vulgo, ff. pro emp.* solaque prohibitio testatoris non potuit impedire effectum legis, ex reg. *l. nemo potest ff. de legatis primo.* vt bene aduertit
28 Æmil Ferret. *in d. §. Diui. num* 127. Minus obstat text qui vbique male citatur, *in l. vbi lex, ff de vsucap.* vbi gloss. Bart & alij male colligunt consequentiam, vt prohibita alienatione impediatur vsucapio, & ita sæpe Scriben. vt per Cor. *cons.* 294. *num.* 9. *lib.* 3. Alciat. *in l. alienationis verbū*, & ibi nouissimus Brech *ff. de verbo. signif.* in quo errore sunt & alij, vt colliges ex allegatione Tiraquel. *de retract. libr.* 1. §. 1. *glos.* 9. *num.* 247. & cum his Anto. Gome. *dict l.* 40. *num.* 90. *in princip.* gloss. *ad consue. Cathal. pag.* 240. *colum.* 2. quam allegationem erroneam esse patebit ex litera *dict. l.* cuius sunt verba, *vbi lex inhibet vsucapionem, bona fides possidenti nihil prodest.* Vides igitur ibi non probari consequentiam, ex prohibitione alienationis impediri vsucapionem, sed tantum disponi, vbi lex inhibet vsucapionem, intelligendum esse vsucapere non posse etiam possessorem bonæ fidei, vt in multis, in quibus possessio cum titulo & bona fide & omnibus requisitis, non prodest ad vsucapiendum, per Balb 1. *par.* 6. *par.* Chass. *in consuetu. Rub.* 13. §. 8. *fol.* 375. quasi dicat IC. quod cum possessor malæ fidei non vsucapiat; ex regulis iuris notissim. ineptum esset putare, legem ali quocasu ex professo inhibentem vsucapionem, referendam fore ad eam, quæ sine tali prohibitione procedere non posset. Et ita cauendum est à vulgari allegatione illius l. quam melius citat gl.
29 *in l. si fundum, ff. de fund. dot.* Nec obstat text. qui deterius intelligitur & allegatur *in l alienationis verbum*, 28. *ff. de verbor. significe.* quam semper notauit glo. ad erroneam illam consequentiam *supra* confutatam, vt patet ex glo. *in d. l. vbi lex, & in l. fin. C. ex quibus causis in integ. restit.* gloss. *in l.* 3. *C. quibus non obyci. long. tempo. præscript.* gloss *in l.* 1. *C. si quis ignor. rem min.* Alexand. & omnes *in d. §. Diui.* Panorm. *in dict. cap. cum non liceat, numer.* 7. Dec. *cons.* 445. *num.* 28. Affict. *decis.* 13. *numer.* 5. plures per Tiraqu. *de retract. lign. §.* 1. *gloss.* 9. *num.* 246. *& sequen.* & fere nemo est ex ijs, qui hucusque in lus scripserunt, qui eam l. ita non citet, vt prohibita alienatione, prohibeatur vsucap. quasi species alienationis, quod tamen verum non est, vt constat ex iuribus & rationibus supra adductis. Nec ea l. intelligi debet negatiue, vt negata alienatione tollatur vsucapio. Verus igitur sensus illius l. est iuxta tenorem literæ, vt negligens & patiens contra se perfici vsucapionem, dicatur quodammodo alienare & consentire in amittenda re sua, idque non semper, vt constat ex verbis illius *l. ibi, vix enim est, vt non videatur alienare, qui patitur vsucapi.* quod ibi dicitur contra negligentes, vt etiam inquit text. vbi notat Ange. *in Authent. de temp. non solu. pecu. in princip. colla.* 7. *ibi, si tacere elegerit, palam est noluisse*, facit text. *in l si ea quæ, C. qui acc. non poss. & in l* 1. §. *final. ff. ad Tertull. & in l.* 1. §. *quibus, & §. sequent. ff. de successor. edic. ibi, noluerit, vel diebus statutis, & ibi, tempore vel repudiatione.* Ita 30
enim iustificat lex pœnam, quæ afficit negligentes. faciunt quæ tradit Afflict. *decis.* 13. Tiraq. *de retract. conuen. §.* 1. *gloss.* 2. *num.* 49. Patet igitur *in dict. l. alienationis*, nullo modo probari prohibita alienatione, prohiberi præscriptionem, sed tantum exaggerari negligentiam patientis vsucapionem: Nam & talis negligens non consentit in amittenda re sua, idque negari non potest in ignorante, vt constat ad sensum, & reg. *l. si per errorem, ff. de iurisd. omn. iu.* not. Alex. *in §. Diui. num.* 28. Æmil. Ferret. *in l.* 3 *num.* 6. *ff. de vsucap.* sed etiam sciens & negligens vere non consentit, nec effectus præscriptionis ex consensu ipsius inducitur, sed magis à lege iustis de causis: ideoque eum consensum fictum appellat gloss. *in l.* 2 *in fin. C. quæ sit long. consuetu.* Albe. *in l. si pupillus, ff. de administra. tutor.* Aretin. *in l. Clodius, colum.* 2. *in fin. ff. de acquirend. hæred.* Et ideo Ld. parum in hoc sibi constantes, alibi sæpe tradunt, eum contra quem præscribitur, nullo modo consentire, cum gloss. *in l.* 1. §. *fin. gloss. fin. ff. de dolo.* quam extollit Bald. *in cap. ad audientiam, numer.* 3. *de præscript. & in l. cum quis, num.* 10. *C. de iuris & fact. ignor.* dicit singu. Iacob. à S. Georg. *in l. vnica, in fin. C. si in commu.* eademq; caus. & plures per Tiraq. *de re-*

de retract. ligna. §. 1. gloss 9. num. 250 Sed & in negligente adiecit IC. temperamentum in illis verbis, *vix*, & *videatur*, vt significet non esse verum consensum, nec semper in negligentia fundari vsucapionem, quia ea etiam contra ignorantem perficitur, vt *in l. fin. C. de præscript. longi temp.* & ita sentit Bal. hic. tradit Balb. *de præsc. 1. par. qu. 5 num. 3. & 5.* vult Bart. *in l. si ab hostibus §. fin. colum. 6 num. 11 ff. ex quib. cau. maio.* dum hanc l. citat. & Ias. *in §. rursus, num. 22. Inst. de act.* 31 Nec in ea re probabilis est resolutio, quam tradit Bal. *in l. 1. C. de in integ. restit.* vbi inquit, quod in amittendo iure non quæsito, præsumatur consensus eius, contra quem vsucapitur, non autem in iure quæsito, & ita Paul Alexan. & Areti. ibi, vt ita intelligantur iura *supra* citata, maxime *d. l. alienationis*, & ita Alexan. *ad Bar. in l. bonorum, ff. rem rat. habe.* addit Dyn. *in regu. ratihabitionem.* Sed hi patres inaduertenter id scripserunt, quia licet potentius sit ius † quæsitum, quam quærendum: illa tamen l. & alia iura aperte loquuntur de iure quæsito, & de re propria amittenda ex vsucapione. Ex quibus prorsus reicienda sunt aliqua in proposito tradita à Ioã. Hannib. *in Rubr ff. de vsucapio. num. 27. &* 32 *39 & sequen* Quæ interpretatio ad *l. alienationis*, confirmatur simili exaggeratione tex. *in l. Imperatores, 34. ff. de iure fisc. ibi, tu te huic pœnæ subdidisti*, quæ verba male à multis percipiuntur, quasi IC. ibi significet pœnam imponi ex consensu delinquentis, quod falsum est, vt patet ad sensum, sentit Bart. *in l. 1. num. 11 ff. de condict ex leg.* notant Paul. & Ias. *in l. si tibi decem, § quædam, ff. de pact.* Bal. *in Authent. ad hæc, column. 4. numer. 9. C. de vsur.* & tanquam receptum id tradit Hispan. Pala. *in repet. Rub. §. 66. num. 24.* & Balb. *de præscript. 1 part. quæst. 7.* & tract. Cancel. *pagin. mihi*, 88 & late tractat Fort. *in l. legitima ff. de pact.* Gome. *in §. omnium, Instit. de act.* Richer. *in Rubr.* † *ff. de verbor obligat. num.* 118. Vides igitur ibi allegari consensum delinquentis ad iustificationem pœnæ legalis, vt etiam notat Aldobran. *in §. ius autem, num. 22. Institut. de iur. natur.* non autem quod delinquens vere consentiat pœnæ legali, vult enim delinquere, sed non pœnam pati, vt not. Paul. *in l. quam Tuberonis § fin. ff. de pecul.* & ita intelligi debet text. *in l. fin. C. ad leg. Iul. maiest. ibi, quodammodo sua mente punitur*, ita etiam intelligi debet gloss. quæ à multis non bene citatur, *in l. 1. §. bestias, verb. onerari, ff. de postul.* Vt merito damnanda sit traditio eorum, qui ex verbis *dict. l. Imperatores, & dict. gl.* inepte scribunt contra *supra* dicta, & contra communem sensum, delinquentem consentire pœnæ legali. Vnde ca- † uendum est à Fabr. *in §. furiorum, Institu. de oblig. quæ ex delic. nasc.* ab Aret. *in §. ius autem, num. 7. Instit. de iur. natur.* à Floria. *in l. inde Neratius, §. fin. ff. ad leg. Aquil.* à Barto *in Authen. de non alie. aut permut. §. quia vero, 2.* ab Ias. *in l. 1. § sublata, in vtraque lectu. ff. ad Trebell.* ab Alciat. *reg. 3. præsump. 33, num. 4.* contra quos potest etiam induci *l. 1 ff. de bon. eor. qui ant sentent.* sed clarius *l. 4 in princip. ff. de actio. & oblig.* vbi ex maleficio, non ex consensu resultat obligatio pœnalis, magna quidem ratione, vt inquit text. *in l. si à reo. §. illud quod vulgo. ff. de fide iuss.* facit tex. *in l. bona fides, ff. depos. ver. nam male meritus:* & ibi notat Paul. vt sic ratio naturalis & vtilitas publica pœnam inducant contra voluntarie delinquentem, pœnæ autem nullatenus consentientem, & ita sanius intelligetur Bar. *in l. ex hoc iure, num. 15. ff. de iust. & iur.* Dum tex. hic exigit præ- 33 scriptionem longissimam, nec breuiorem admittit contra filium, cuius aduentitia pater alienauit, intelligitur in rebus in quibus pater habet vsumfructū: quia tunc militat ratio excusans filium, quia agere non potest: cum vero pater vsumfructum non habet, cessat ea ratio secūdum communem traditionem *in § necessitate, l. fin. tit. sequen.* vbi late, Deo dante, tractabimus. In his igitur, in quibus patri vsusfructus negatur, admittitur cōtra filium ordinaria vsucapio, seu præscriptio. & ita notat Bal. *hic ante num. 1.* & idem sentit aperte idem Bal. *in l. 1. num. 21. oppo. 21. C qui admi.* quo non relato, idem tradit Balb. *de præscript. 1. part. 6. num. 15 in princip.* cum Barto. qui hoc probat *in l. 3 §. vsuras, ff. de contra. iud. tut.* & ita Paris. *in cap. ex transmissa, num. 17. de præscript.* & hæc opinio videtur satis iuuari ex tex. hic, dum continuatur ad *dict. l. præced.* in qua solum agitur de rebus, in quibus pater habet vsumfructum, & consequenter in alijs obseruanda erit regula iuris, admittens ordinariam præscriptionem. Posset etiam vltra omnes 34 tentari alia limitatio ad hunc textum, vt ordi-

ordinaria præscriptio sufficiat contra filium, postquam exierit à potestate patris, cum text. hic exigat præscriptionem longissimi temporis, numerandum
† à tempore, quo sui iuris factus est. Quæ limitatio applicari posse videtur, quando is, qui à patre causam habet, in alium alienauerit, in quo concurrant necessaria ad vsucapiendum. Verba enim huius text. solum respiciunt eum, qui à patre alienante immediate causam habet, vnde non videntur trahi posse ad speciem hanc, non solum quia diuersitatem facti, sed quia diuersam rationem continet, quod patet, quia pater alienans rem filij, dolose id facere censetur, vnde titulus & possessio habentis causam ab eo, aliqualiter vitio afficitur, & hoc iure nouissimo mala fides vēditoris nocet emptori, vt non possit præscribere nisi longissimo tempore, *d. Authent. malæ fidei. C. de præscript. long. tempo.* At bona fide emens ab eo, qui etiam bona fide emit à patre, facilius vsucapere debet, cū in eo cesset dispositio *dict. Authen. malæ fidei.* Cuius reg. ita limitatur à Paul. *ibi, num.* 3. *limit.* 4. quem sequuntur Aretin. & alij *supra* relati, *num.* 8. notat Bartol. *in l. Pomponius. §. 1. num. 2 ff. de acquirend. possess. ibi, item loquitur de primo emptore, qui emit à malæ fidei possessore*, & est recepta declaratio secundum Balb. *de præscript. 2 part. 3. p.*
35 *quæst. 12. num 7. limit.* 3. Quod etiam confirmatur ex eo, quod alibi tradunt Dd. circa bona subiecta restitutioni, in quibus videmus *supra, num.* 22. Iustinianum excludere ordinariam seu longam præscriptionem, & Scrib solam longissimam admittere, & ita Paris. *in cap. cum non liceat. num.* 18 *de præscript.* Grat. *consi.* 21. *num.* 36. *lib.* 2. sed hoc intelligunt in emptore & alio habēte causam immediate ab hærede: tertius enim habens causam ab alio etiam habente rem ab hærede, ordinarie vsucapiet, vt notat Bald. *in l.* 2. *in prin. C. de vsuca. pro empt.* clarius tradit Paul. *in l. fina. §. sed quia, col.* 3. *versic. aduerte, C. commu. de lega.* quem sequitur Iaſ. ibi, & alij, quos refert & sequitur Bal. *de præscrip.* 5. *par.* 5. *p. q* 5. Eandem opinionem probat Paris. *cons.* 81. *num.* 44 *libr.* 2. Crot. *in rep. §. Diui, num.* 143 alij ibidem. & Rip. *nu.* 115. *col. pen* licet contradicat Hisp. Ant. Gom. *l.* 40. *Taur. nu.* 90. per tex. (qui parum vrget) *in l. si fundum. ff. de fund. dota.* & pro hac communi declaratione vrget tex. *in l.* 3. *C. quod metus caus. ibi, si modo qui secundo loco comparauit longæ possessionis præscriptione monitus non fuerit.* iuncto principio ibi, *si vi vel metu*, & ibi, *emptor eum alij vendidit.* vbi tamen gloss. & Dd. id inuoluunt. tradit apte Tiraqu. *de retract. lign. §.* 1. *gloss.* 10 *num.* 14. Sic alibi videmus restitutionem, actionemque facile dari minori læso, contra eum qui cum eo contraxit, non ita aduersus tertium habentem cau. ab eo, cui minor vendiderat, text. *in l. plane*, 15 *cum præce ff. de minor.* tradit Alex. *cons.* 67. *libr.* 5. extollit Hispa. Xuar. *all. ga.* 2. *ad fin.* explicat Couar. *lib.* 1. *resol. cap.* 6. *num.* 7. Ex quibus satis fundari videtur noua hæc limitatio, sed liberum cuique sit fauore filiorum ab ea recedere. Habet text. 36
hic, præscribentem consequi dominium, vt patet ex illis verbis *quo possessor dominus fit*, variarunt antiqui & noniores: Mart. (cuius opiniones sæpius reijciuntur) tenuit indistincte ex vsucapione vel præscriptione acquiri dominium directum: sed antiquiores crebrius contradixerunt, vt refert gloss. *hic, & in aliis locis*, & licet hic aliqualiter inuoluat, alibi sæpe aperte distinguit inter vsucapionem mobilium, in qua fatetur acquiri dominium directum, & vsucapionem seu præscriptionem immobilium, ex qua inquit solum vtile dominium acquiri, vt sic directum non auferatur à primo domino, quā distinctionem probat gl. hic, & *in l. traditionibus, supra de pact. & in prin. Instit. de vsucap.* & ita Bart. *hic, & alibi sæpe*, & hæc est communis opinio, maxime Italor. vt asserunt Iaſ. Dec. Curt. Alciat *in d. l. traditionib* Felin. *in Rubr. de præscri. num.* 3. & ibi latissime Bero. *num.* 15 Bal. *de præscript. 2. par. 2. qu.* vbi repetit plene scripta à Felin. vbi *supr.* & ibi tradit effectus huius inuestigationis. Verè enim parum referre videtur directum an vtile dominium præscribenti acquiratur, vt tradit Alci. *in Rub. de præscrip. nu.* 30 Et satis colligi videtur ex doctrina IC. *in l. act.* 49. *ff. de rego. gest. ibi, nec refert, an directa quis, aut vtili agat*, & ibi, *cum vtraque actio eiusdem potestatis est, eundemque effectum habet*, quam l. ornat Gerar. *nota.* 39. Forcat. *Dial.* 63 Mantua *in Enchirid. c.* 256. Opinionem 37
vero Mar. vt præscriptione acquiratur dominium directū, frequētius probarūt Dd. Galli. maxime Petr. à bella pert.

cuius

cuius opinio non displicet Cyn. hic, eamque sequitur Ful. *num.*3 eandemque de iure veriorem putat Imol. *in l.* 3. *ff. de vsucap.* & Cor. hic. Faber. Stepha. & aliqui *in d. princip. Institu. de vsucap.* & Curt. *in d. l. traditionibus, num.*14. *& nu.*18. Dec. *num.*9. idem Dec. *in l. fin. col.*1. *&* 2. *C. de edi. diui. Adri. tol.* & eandem veriorem dicebat Cuma. vt refert Anto. Nicel *in concord. gloss.* 84. & ita vere Cuma. *in d. l.* 3. *ff. de vsucap. num* 1 vbi etiam addit modici esse effectus eam Dd. controuersiam: & hanc partem contra glos. & communem late probat Io. Ign. *in l. contractus, ex num.*117. *& nu.*132. *ff. de regul. iur.* & multis vrgentibusque fundamentis Æmil. Ferret. *in d. l.* 3. *ex num* 20 *ff de vsucap.* & prolixe Io Hannib. *in Rub. ff. de vsucap. ex num.*82. & hanc opinionem magis probat Alcia. *in d. l. traditionib. & in d. Rub. de præscr. & in Commentar. de quinque ped. præscript.* sed apertius eam probat *in l. vt sunt* 230 *ff. de verb. signif.* Coras. *in Miscella. & in lect. de seruitu.* Mota. *in d. l. traditionibus.* Bartol. *in d. princip. Institut.* Conra. *de contract.* & hos quatuor extensius refert D. Couar. *in cap. possessor.*3 *par. in prin. nu.* 2. *versicu. cæterum.* vbi pro hac parte multipliciter cum iudicio arguit. Ex quibus hæc pars ratione superior, numero etiam Autorum non inferior videtur. Mihi verissima videtur opinio Matt. contra glos. 1. quia ratio & potestas l. inducentis vsucap manifeste suadet præscribentem omnino fieri dominum, nec aliud dominium manere penes eum, contra quem præscribitur: aliter enim maneret adhuc aliqua incertitudo & causa litium contra *l. fin. ff. pro suo.* 2 contra glos. & Bartol. & sequaces vrget, nam fundamenta, quæ ab eis adducuntur, vt ex præscriptione immobilium non detur dominium directum, necessario idem euinceret in vsucapione mobilium: in qua fatentur glo. Barto. & omnes dominium directum acquiri. Ergo idem dicē dum est in præscriptione immobilium. 3. pro hac parte vrget, nullam l. adduci pro contraria, quæ præscribenti tribuat vtile dominiū, nec ea differentia vtilis & directi dominij satis tuta est. 4. vrgent multa iura, quæ habent per vsucapionem mobilium & immobilium dominium acquiri. *l.* 3. *ff de vsucapio. acquiritur* 10. *§. non solum. ff. de acquir. rer. domin.* quæ iura & alia simpliciter loquuntur de dominio, quod secundum vulgares traditiones directum intelligitur per *l.* 1. *§. qui in perpetuum. ff. si ager vectig. peta.* 5. stringit d l. 3 quia apud ICtos *vsucapionis* verbum mobilia & immobilia comprehendit, vt omnes fatentur, & melius Nouiores cum Alciat. probatque insignis D. & præceptor meus M. Azpil. Nauar. *in suo excellentissimo Manuali confes. cap.* 17. *num.*85. & tamen d. l. effectum dominij pariter tribuit vsucapioni in vtroque casu, vt sic reiicienda sit inepta differentia glo. & sequaciū inter vsucapionem mobilium, & præscriptionem immobilium. 6. idem fundamentum magis stringit *in* §. 1. *Institut. de vsucap.* vbi tex. inquit, pariter circa mobilia & immobilia vsucapione acquiri dominium. Ergo non minus directum in vna quam in alia specie, ne vnū idemque verbum ad duo pariter relatum, diuersimode intelligatur, iuxta tex. & ibi Bart. *in l. fi. C. de senten. ibi, cum enim simul vtrumque vocabulum,* & vulgarem regu. *l. iam. hoc iure, vbi* Ias. *ff. de vulga.* 7. stringit etiam tex. *d. §. ex verb. prioribus dominis,* quasi dicat, quod post præscriptionem non sunt domini qui erant, sed qui vsucapiunt. 8. facit, quia vbi lex noluit vsucapientem fieri dominum, id expressit vnico casu in præscribente longissimo tempore mala fide, cui tunc solam exceptionem, non dominiū nec ius agendi tribuit, *l. si quis emptionis, §.* 1. *Cod. de præscri.* 30. *vel* 40. *annor.* 9 vrget, quod iura dicunt ita acquiri dominium ex præscriptione sicut ex contractu, *d. l. traditionibus,* præsuppositio, quod proxime dixi, *vsucapionis* verbum ad mobilia & immobilia pariter referri, & hic cadit eadem inductio §. 1. *Institu. de vsucap.* 10. pro hac parte vrget, quod iura habent, ita securum fieri præscribentem, sicut habentem aliam causam nimis legitimam, & ita finiri dubia & ius primi domini ex vsucapione, sicut ex iudicio vel contractu, vt colligitur ex *l. vt sunt* 220. *ff. de verb. signi. l. si pupillus,* 46 *in fi. ff. de admin. tutor.* Si autem teneatur opinio glo. (quæ receptior censetur) ex limitationibus ad eam traditis, notabilis esset ea, quam scribit Bal. hic, vt procedat, quādo vsucapitur contra ignorantem: quod si præscribatur contra scientem, fatetur Bal. tunc acquiri dominium directum, idque probat Felin. *in d. Rub. de præsc. n.* 4.

38 †

vbi

vbi refert Imo. dubitantem, & ita Iaſ. *in d.l.traditionibus,nu.*15.extollit Bal.*in d.* 2. *par.*2.*quæſt. num.* 9. Afflict. *in cap.* 1. *in* 5. *not.ſi de feud.fuer. controuerſ inter dom. & agn.lib.*3 *feu.fol.*23.*num.*4. quam declarationem dicit communem Fer. *in d l.* 3. *num.* 24. *ff. de vſuc.* Sed mihi non placet,
† nec in hoc diſtinguo inter ſcientem vel ignorantẽ,ex his quæ verius ſupra diximus ad *l.alienationis verbũ.*& ex *d. l. traditionibus,*& aliis iuribus tradentibus effectũ vſucapionis,quæ procedunt etiã cõtra ignorantem,per tex. apertum *in l.fin. C de long. temp. præſcript.* vt bene ſentit Imo.cui non bene reſpondet Pariſ.*in Rubr de præſcrip.nu.* 14. & ibi Bero. *num.* 35 adducentes effectum longe diuerſum circa reſtitutionem aduerſus præſcrip-
39 tionem. Ex prædictis colligi poteſt,vſucapionem Iure Ciuili inductam fuiſſe,vt tradit Pal. 1. *par. q.* 4. & fatetur ab omnib. receptum inepte id impugnãs Hannib *in Rub.ff.de vſucap nu.*16:quod probatur ex *l.* 3. *ff eod.titu. ibi, temporis lege definiti.* notat gl.*in l.* 1.*verb.ciuitatis ff. de acquir.rer. domi.* dum enumerat modos acquirendi Iure Ciuili. quam extollunt Dd. vt per Iaſ.*in §.omnium.num* 72. *Inſtit. de act & in l.ex hoc iure, n.* 40. *ff. de iuſti & iur.*notat Areti *in l.*3 *col.fin.de teſtam.*Sed quamuis vſucapio à Iure Ciuili introducta fuerit, videaturque rigorem continere,dum rei domino etiam ignoranti dominium aufert, iuſtiſſimis tamen de cauſis,& Reipub. vtiliſſimis inducta fuit moribuſque gentium vbique recepta, & tandem à ſacroſancto iure pontificio approbata: & de eius cauſis habetur per Anchar.*in cap.poſſeſſor.* poſt Ioan Andre. *de reg. iur. in* 6. Felin.*in d. Rubr. de præſcrip.num.*11. *& ſeq.* Alcia. *ibi.num.*8. *& in lib.de quinque ped. præſcrip. num.* 28.late Balb.*d.i. part. quæſt.*5. maxime *n*7. Ideoque IC. *in l.* 1. *ff. de vſucap.* dixit vſucapionem introductã fuiſſe bono publico, ne rerum dominia ſemper incerta eſſent. de quibus verbis ample agit Alciat.*d.lib. de quinque pedum præſcrip.* ſed in effectu non plus dicit quam gloſſ & Paul. *in d l.* 1. Datur etiam vtilitas publica, vt aliqualiter litibus finis imponatur, vt inquit gloſ. *ibi, per l. fin. ff. pro ſuo.* ne ſcilicet inquietentur longi temporis poſſeſſores, quod in commune perniciosum eſset; vt prudenter tradit Cicer. *lib.*2.*Off.*quem refert Couar.*in d. c.poſſ.*1. *par.§.* 1. *& in* 3.*par. in princip.* 3.*colum.* & prius Fran.Baldui. *in Rub Inſtit. de vſuca.* Iuſtificatur igitur vſucapio & præſcriptio fauore publico in vniuerſum, licet noceat particulariter iis, contra quos vſucapitur,ſecundum Scriben. *in d.locis,* maxime D. Couarru. *in d. initio* 3 *par. cũ gloſſ.cap. ius naturale.* 1. *diſt.* & vltra *ſupra* citatos reſoluit Fer.*in l.* 3.*colu.* 1. *&* 3. *ff.de vſucap.* notabiliter Reuerendus & doctiſſ. F. Alfonſus à Caſtro, *lib.* 2. *de leg. pœna.* Quibus omnibus addo conducere ad hæc prudentem rationem IC. *in l.* 6. *ff.de excep. rei iud. ibi, probabili ratione placuit, ne aliter modus litium multiplicatus, ſummam & inexplicabilem faciat difficultatem.* Idem etiam ſentit text. *in l. litibus, C.de agric. & cenſit.* melior text. *in Authe. hec conſti.* Inno. *col.* 8. *ibi, multa negocia commota ſunt. & ibi, velut antiquorũ vulnerum obductæ cicatrices patuerunt, ſed eorum ſanitas prouenire non potuit. & ibi, per tantum temporis ſpacium,nec actui fides, nec documentis integritas, nec ætas teſtibus valet ſuffragari.* Addo etiam aptiſſime memorabilem ſententiam Cor. Taci.*annal. lib.*14.in hæc verba: *habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod contra ſingulos vtilitate publica rependitur.* Ex † quibus infertur ad tex *in §.habeat.in Au-* 40 *then.vt eccle.Rom.col.*2. *ibi, nec iniquis hominibus impium maneat præſidium, & tutus peccandi locus,etiam ſcientibus relinquatur. & ibi, ille ſeruetur innocens, qui reuera innoxius ſit, nec improba tẽporis allegatione ſeſe tueatur, tempus pro puritate prætendens* quẽ text. contra *proxime* dicta fortem dicit Pariſ *in Rub. de præſcript. num.*8. & circa eum laborant plures Scribent. vt per Felin.*ibi num.*2. per Balb.*d.*1.*par. qu.*5.*nu.* 7.*ad fin.& ſeq.* Alciat.*num.*9. Æmil. Ferre. *in d. l.* 3.*nu.*7. *ff.de vſuca.*Hannib.*in Rubr. ff eod.ex num.*23.text. enim manifeſte loquitur de eo, qui præſcriptione ſe tueri volebat, idque appellat iniquum præſidium. Nec videtur tutum quod gloſ.ibi vult, quam ſequitur Imol. *in l. ſequitur, §. ſi vtam. num.* 24. *ff. de vſucap.* præſcriptionem iniquum remedium appellari,quia contra æquitatem naturalem, ne quis locupletetur cum iactura aliena. idque ſequuntur Variando Ferret. & Pariſ.vt *ſup.*& alibi, quos refert Aym. Craue. *conſ.* 201. *num.*37. Cum enim lex iuſtis cauſis induxerit vſucapionem, nõ poteſt improba nec iniqua cenſeri, *cap.*

erit autem lex, l. *distin.* maxime ob vtilitatem publ. quæ præfertur priuatæ, *Authent. res quæ, Cod. commun. de leg.* Nec etiam videtur tenendum, quod magis probat Ferret. *d. loco*, & Alciat. *in d. Rub. num.* 10. dicentes ibi esse speciale in ecclesia, licet enim priuilegium specialiter concederetur ecclesiæ Romanæ, vel generaliter omnibus ecclesiis, ne eis noceat præscriptio, non ideo remedium præscriptionis, à legis latore iniquum erat dicendum. & sic contra Hannib. magis etiam variantem *d. loco num.* 28. priuilegium enim vel exceptio non reddit reg. iniustam. Aliter Felin. *in d. Rub. nu.* 2. ex Imol. *in c. fin. eod. tit.* intelligit verba illa *d. §. in possessore malæ fidei*, vt in eo præscriptio dicatur improbum præsidium & ita Bal. *de præscript. 1. part. 5. q. num. 9. ver. ad quem.* vbi ad idem bene citat Angel. & Roma. Et ita illum text. intelligit Bal. *in l. 1. nu.* 3. *& seq. C. de præscr.* 30. vel 40 Contra quem intellectum insistit Paris. *in d. Rub. num.* 8. & Alciat. *num* 9. & Bero. *nu.* 12. Ferret. & Hannib. vbi *supr.* dicentes, quod ea constitutio fauet ecclesiæ contra omnem præscribentem etiam cum bona fide: & ideo verba illa, de quibus agimus, pariter referri ad bonę fidei possessorem, in idque expendunt dictionem implicatiuam illius text. *ibi, etiam scientibus.* quod ante eos ponderauit Imol. *in d. l. sequitur. §. si viam. col. 2. num.* 19. *ff. de vsuc.* quasi ex eo verbo implicatiuo colligatur idem esse in præscribente ignoranter, & sic cum
† bona fide Sed in hac difficultate aduerto, quod principalis decisio illius Auth. in fauorem ecclesiæ procedebat etiam in præscribente cum bona fide: nec id negant Felin. Ang. Bald. Balb licet Paris. & alij contrarium putent, quod apparet ex eisdem in aliis locis, vt *inferius* deducam. Similiter contra prædictam ponderationem verbi, *etiam*, stat manifesta ratio. Exprimeret enim casum clarissimum, & implicaret casum dubium, contra naturam eiusdem verbi, quod semper iungitur casui maioris dubij, vt implicet minus dubium, perpetuumque est in verbo, *etiam*, quando stat implicatiue, exprimi cum eo casum magis dubium, quod in ratione illius text. dici non potest. Cum enim scientes & malæ fidei possessores, improbos appellet, non erat intelligēdum ex verb. *etiam* idem sentire tex. in casu implicato, non expresso, de possessore ignorante & bonæ fidei. E conuerso autem, quando tex. ibi aut alibi vellet indistincte appellare iniquum remedium præscriptionis, potius cum verbo, *etiam*, exprimeret possessorem ignorantem, seu bona fide præscribentem: & tunc verb. *etiam*, apte staret, nēpe exprimendo casum maioris dubij, & implicando minus dubium: ad sensum enim constat possidentē scienter rem alienā, mala fide vsucapere velle, & tunc præsidium præscriptionis iniquum esse, maxime contra ecclesiam, de qua text. ille agit. Patet igitur verbum, *etiam*, in illo tex. non implicare casum bonæ fidei possessoris, quia repugnaret natura verbi, magisque repugnaret veritas iuris, qua probatur & receptum est præscriptionem cum bona fide non iniquam, nec odiosam censeri, ex *supra* dictis & statim dicendis. Verior igitur intellectus ad verba, & rationē d. §. colligi videtur ex Corn. *consil* 277. *numer.* 6. *libr.* 4. quem sequitur Socin. Nep *consi.* 145. *numer.* 90. *libr* 1. Ego vero magis explicabo, vt scilicet Iustinian. ibi volens ecclesiæ fauere, non admittat cōtra eam, nisi centenariam præscriptionem in omni possessore, vt habet principalis decisio: & tunc pro ratione pōnuntur verba *supra* relata *in princi. huius n. ibi ne iniquis hominibus. & ibi, etiam scientibus.* quasi significet, ideo ibi id statui in omni possessore, ne admissa breuiori præscriptione ignorantis seu bona fide possidentis, iniqui etiā possessores & scientes, eodē prælidio præscriptionis se tuerentur, & defensionem illā improbam redderent, quod facile euenire posset, quum scientia non præsumatur difficilimeque probaretur, maxime post longum tempus. Quæ interpretatio in se vera satis congruit verbis *d. §. & titul.* de quo circa principalem decisionem latius *infra.* Et ita manebit ex illo §. non censeri improbum vsucapionis præsidium, nisi quando est cum mala fide, aliquando tamen & cum bona fide non admitti, ne scienter & inique possidentes eodem præsidio vtātur. Ex quibus patet regulariter præ- 41
scriptionem non dicendam odiosam, † nec repugnare æquitati naturali, contra glos. *in l. nam hoc natura, ff de condict. indeb.* contra Bal. *in l. ancillæ, colu. 3. versic.*

versicu. quia præscriptio. C. de furt. Inde etiam cauendum est à glos. *in l. 1. ff. de nego. gest.* dum inquit, in præscriptione inesse iniuriam, seu aliquid contrarius, licet eam ibi commendet Ange. & Crau. *cons.* 201. *num.* 37. Sic cauendum est à multis alibi indistincte appellantibus præscriptionem iniquum & odiosum remedium, quod ex Dy. dicebat Paris. *consil.* 114. *num.* 24. *lib.* 1. & Chass. *cons.* 66. *num* 61. male citans Bal. & Ang. idem Chass. *in consue. Bur. Rub.* 13. *§* 8. *num.* 7. & quidam subscribens *consil.* Soci. Nep. 128. *num.* 17. *lib.* 1. Curt. Iun. *cons.* 60. *in fin.* Meliusque resoluendum est præscriptionem cum bona fide, iustam exceptionem censendam esse, non odiosam, neque iniquam, ex *d. l.* 1. *ff. de vsuc.* cum aliis *supr.* adductis, & ita sentit Felin. *d. Rub. n.* 2. cum Imol. quem citat, & ibi variat Bero. *ex num.* 10. idem probat Soc. Nep. *di. cons.* 145. *num.* 90. *lib.* 1 idem probat Pau. Castr. *in l. fin. §. fin. versic. restat. ff. rem rat. hab.* Balb. 1 *par. q.* 5. *num* 9. *& num.* 13. probat melius Couarru. *d. princi.* 3. *part.* & bene Duare. *in l.* 1. *ff. de pact.* ita Bal. & Ange. proxime citandi. Bal. *in l.* 1. *§. initium, ad fin. ff. de postulan.* Infertur etiam ad quæ. illam, quando arbitratori committitur causa dirimenda ex æquitate citra iuris rigorem; an possit reiicere præscriptionē? in quo variauit consulendo Ias. vt tradit Crauet. vbi *supra.* Felin. autem *in d. Rub. num.* 2. refert Angel. *in l.* 1. *C. de præscript.* 30. *vel* 40. *annor. & in l. sequitur, §. si viam, ff. de vsucapi.* dixisse, quod tunc reiici debet exceptio præscriptionis quasi iniqua, idemque tenuisse Roman. Lanfr. Corn. & Socin. refert Alciat. *in d. Rub. num.* 9. Sed Alci male citat Rom. & aliquos, qui potius contra sentiunt, sicut etiam Felin. male citauit Ang *in d. locis*, qui aperte loquitur tantū in præscriptione malæ fidei, vt bene aduertit Balb. *d.* 1. *par. quæst.* 5 *num.* 9. *ver. sed male.* & ita aperte Bal. *in d. l.* 1. *numer.* 3. *& num.* 4. *C. de præscrip.* 30. *vel* 40. *anno.* quod miror non aduertisse D. Couarruu. *d.* 3. *part. §* 2. *num.* 4. dum iniuste reprehendit Bal. & Angel. volentes idem quod ipse probat. Et ita in præscriptione cum bona fide, non solum verius, sed etiam receptius est, vt ea admitti debeat, nec reiici possit coram arbitro vel arbitratore, vel alio iudicante ex æquitate, vt vult Bart. *in gloss. extrauag. ad reprimendū, verb. videbitur, ad fi.* Mattheſi. Aret Crot. Cot. Rom. Felin. quos refert & sequitur Couarru vbi *supra*, idemque volunt Angel. & Bal. si recte intelligantur, vbi *supra*, & Socin. Nep *d. cons.* 145. *num.* 91. *lib.* 1. & Lanfr. *de arbi.* 6. *memb. num* 64. idem vult. Paris. *d. Rub. de præscript. num.* 8. *ad fin.* & ibidem Alc. *n.* 10. *ad fin.* citans pro hac parte Rom. *cons.* 149. vbi hoc dicit, *num.* 3. Et ita cauendum erit à Cor. contrarium respondente, *cons.* 251. *num.* 5. *lib.* 3. quem sequebatur Socin. Nep. sibi contrarius, *cons.* 141. *in fin. lib.* 2. Vides igitur communem opinionem in hac q. vt distinguatur inter præscriptionem bonæ, & præscriptionem malę fidei. Sed, subtilius aduertendo, dicendum est, nec inter † Iudices vel Arbitros esse differentiam, nec inter qualitatem præscriptionis: sed an de iure effectum habeat, vt in omni iudicio admittatur, nec miscēda est præscriptio malæ fidei, quæ secundum Ius Canonicum (quod attendi debet) sine effectu est, & ita non solum coram procedentibus ex æquitate, sed nec coram aliquo Iudice admittetur, & consequenter vbique repelli debet, quod prædicti patres aduertere debuissent, in quo bene sentire videtur Aemil. Ferre. licet Scriben. in hac re non satis vere citet, *in d. l.* 3. *n.* 8. *ff. de vsuca.* Ex 2. parte huius tex. 42 colligunt omnes hic, & in variis locis vulgare Axioma, vt non valenti agere non currat præscriptio, & ad hoc citatur tex. hic quotidie cum *l.* 1. *ad fin. de anna. exceptio.* vbi ea regula expressim traditur in nostra materia, & ita Bal. *in l. præced. col.* 2. *num.* 6. idem Bal. *in l. in rebus, n.* 3. *C. de iur. dot.* Balb. *de præscript.* 1 *part.* 6. *part. num.* 15. & vbique Scribent. Sed hæc reg. communiter intelligitur, quando est impedimentū iuris negantis alicui ius agendi, vt hic negatur filiofam. in aduentitiis, tunc enim præscriptio cessat, vt hic, quod si impedimentum facti sit etiam ex causa iustissima, præscriptio non cesset, sed ex causa restitutio datur, vt resoluit Bart. *in l. 5 C. num.* 2. *ff. si quis cautio.* Bart. *in l.* 1. *§. si quis autem, ff. de itiner. actuque priuat.* Bal. *vbi supra.* idē Bal. *in l. fin. §. donec. nu.* 2. *C. de iur. delib.* Bal. *in l. sicut in fin. C de præscrip.* 30. *vel* 40. *annor.* Bal. *in l.* 1. *in* 22. *oppo. numer.* 22. *Co. qui admit.* Bal. notanter *in l. quoties, C. de prec. imp. offer.* Paul. *in l.* 2. *§. si quis in iudicio, n* 4 *ff. si quis cautio.* Afflict. *de iur. Prothomiss. §.*

mis. §. 2. num. 22. Et est recepta distinctio, vt tradit Bal. *d. 1. par. 6. par. casu 22. ex nu. 16.* Ias. *§. rursus, num. 24. Insti. de act.* Boer. *decis. 40. numer. 3.* Iacob. à S. Georg. *in d. l. fin § donec. num. 3.* Panorm. Felin Paris. *in cap. ex transmissa. de præscr.* Chass. *in cons. Burg. Rub. 1. §. 8. num. 26. fol.* 84 qui omnes in impedimento iuris citant hunc tex. & magis *dict. l. 1. in fi. infra de annal. excep*, In impedimento autem facti adducunt text. *in l. & Attilicinus. 35. in fin. ff. de seruitut. rustic. præd.* & ita Dec. *in d. l. 1. C. qui admit. in vtraque lect.* Grat. *cons. 137. ad fin lib. 2.* Et hanc distinctionem benesentit gloss. quam illi non citant, *in Auth. de sanct. episcop. §. reuerendissimi. verb. si vero.* quam not. Affli. *in cap. 1. §. quoniam, num. 15. de prohib. feud. alien.* per Lothar. Non autem idem vult gloss. *ind. l. & Attilicinus*, nec ita aperte *in d. l. Senatusc.* licet eam ad hoc not. Bal. *in d. l. 1. §. fina. C. de annal. except.* Ad quam differentiam aliquando non aduertunt plures, generaliter adducentes regul. ad impedimentum facti, cum solum procedat in impedimento iuris. Vnde cauendum est ab allegatione Paris. *cons.* 101. *num.* 92. *lib.* 1. & ab allegatione Tiraq. *lib. de retract. lign §. 3. gloss. 4. num.* 5. quod melius sensit idem Tiraq. *lib. seq. de retract. conuent. § 2 gloss. 1. num.* 78. Nec videtur aduertisse Olden. *de vsuc. §. quanquam. num.* 18. *& seq.* magis cauendum à Ioan. Mona. *in c. quam sit. nu.* 7 *de elect. in 6.* à Bruno etiam *cons. feud. 5. nu. 4* Quæ
43 regula vt præscriptio non currat ei, qui ex iuris impedimento agere nequit, ampliatur ex Bal. hic, etiamsi lege vel statuto præcise tempus apponatur, vel præcise, & per verba generalia excludatur, qui intra tempus non fecerit. semper enim excipitur is, qui iuris impedimento agere nequit, quia pro eo est ratio naturalis, in qua fundatur hæc regula. Et ita cum Bal. communiter Dd. vt per Bal. vbi *sup.* Deci. *cons. 415. n. 48.* Cur. Iun. *cons. 181. colum. 2. num. 5.* Aym. *cons. 116. num. 8.* Dec. *in l. 1. in 1. lectu. n. 27. Cod. qui admit.* Chass. *in consuetu. Burg. Rub. 11 §. 2. num.* 42. Ampliatur secundo ea regul. in nonnullis impedimentis facti, quibus specialiter idem tribuitur, vt in eis præscriptio non currat, vt notant Panor. & Felin. *in d. cap ex transmissa, de præscript.* Boer *decis. 40 num. 3. & nu. 9.* Ampliatur tertio secundum omnes, vt in impedimento iuris non oporteat mittere procuratorem, cum alias in impedimento facti id sæpe exigatur, quando causa ardua non est, vt per Bartol. Paul. Alex. Ias. Iaco. *in d. l. 2. § si quis in iudicio. ff. si quis cautio.* Scribent *in cap. querelam. de procura.* Afflict. *decis* 29. plene & vtiliter tradit Rebuff 3. *Tom. constitu. Gallic. tit. de excus. pag.* 188 *cum seq.* à quo tamen caue. *num.* 88. dum etiam in causa ardua vult de Iure Canonico mittendum esse procuratorem: contrarium enim aperte sentiunt Ld. vbi *supra.* & specifice Canonistæ *in dict. cap. querelam.* per text. ibi. Felin. *in cap. cum R. num. 2 versic. 3. de off. delegat.* Bal. *in l. sed si per prætorem. 1. lect. ff. ex quibus caus. maior.* Et specialia in causis arduis notat Felin. *in cap. fina. num. 4 de off. deleg.* Barb. *consil. 18. lib. 2.* late Afflict. *lib. 2. constitu. Rub* 31 *nume.* 18. Et quando causa dicatur ardua, tradit Rebuff. vbi *supra, ex num. 79.* Addendum etiam est, quod in causis non arduis, ita demum culpa imputetur non mittenti procuratorem, quando eum idoneum facile inuenire posset, vt notat Bart. per tex. ibi, *in leg. idemque erit, ff. pro soci.* commendat Roma. *in l. si vero, §. de viro. in 10. fallen. versic. 4* Ias. *in l. 2 num. 29. ff. de in ius vocand.* Dec. *in cap intelleximus, num. 7. de iudi.* & ibi Felin. Dec. *cons. 632. num. 3. & consil. 562. num. 12.* facit gloss. *d. l. sed & si per prætorem, 26. §. 2. verb. permittere. ibi, facile*, & text. *in l. qui cum maior. ff de bon. lib. ibi, non facile.* Ampliatur quarto, vt iure impeditus non teneatur protestari, vt colligitur ex hoc text. & ex *d. l. 1. C. de annal. exce.* & volunt omnes, vbi *supra.* At impedimento facti plures exigunt protestationē, nec aliter excusant impeditum. Alij distinguunt, vt per Felin. *in dict. cap. ex transmissa. nu. 5. & nu. 6.* & ibi Paris. *nu. 14.* Imol. *in ca. fin. de appell.* Afflict *d. decis. 29. & decis. 50. nu 3. & num. 5.* Rebuff. vbi *sup. ex num. 51.* Boer. *decis. 40.* Paris. *cons. 101. num. 94. & cons. 34. num. 20. lib. 1.* tradit Alex. qui videri debet *in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori, num. 9. & num. 27. ff. de noui ope. nun.* & ibi Ias. late *num. 2.* vbi asserit plures esse autoritates, & tutius fore in praxi, vt protestatio regulariter necessaria sit in impedimento facti: declarando, vt per eum & Alexand. ibi, per Felin. Paris. & Rebuff. vbi *supra.* qui regulam ponunt & limitant. & omnino per

Syluan.

Syluan. *de feu. qu. 86. in 13. volu. tract. fol* 54. licet Hormanot. Dec. *in* §. *Cato*, 389 simpliciter & indistincte protestationem exigat. Mihi autem ex iuribus in hac materia verius videtur quod dicit Alex. *in l. 2* §. *quod diximus, ad fin. ff. si quis caution.* vt regulariter protestatio necessaria nō sit, sufficiatque impedimentum ad excusationem, & ita Aretin. *cons.* 11. Alex. *cons. 92. lib.* 1. vbi etiam sine protestatione resoluūt excusari debitorē, qui tempore solutionis nō inuenit creditorem, cui solueret, ita intelligendo tex. *in l.* 4. *in fi. ff. de legat. comm. ibi. si non habeat, cui offerat, posse eum securum esse.* Idem probat Dec. *cons.* 566. *num.* 5. tradit Ias. *in l. ad diē, ff. de verb. oblig.* contra Paul. *in l. si reus paratus, ff. de procur.* & contra aliquos relatos à Syluano, vbi *supra*, & de hoc clarius per Tiraq. *de retract. lign.* §. 9. *gloss* 3. *num.* 20. notat Gozad. *consil.* 66. *num.* 8. idem notat Aretin. *in leg. gerit, colum.* 7. *ff. de acquir. hæred.* Iustitia enim excusandi non in verbis protestantis, sed in causa impedimenti consistit, nec verba addunt vel minuunt rei veritatem, *l. sicut. C. ad leg. Cornel. de falsi.* Et ita hæc verior opinio generalius tenenda est, non tam stricte, vt scribit Afflict. *in cap.* 1. §. *in gloss. num.* 40. *de pace iurament. firman.* Ex quo etiam infero, in impedimento facti protestationem non posse tollere, quin præscriptio currat, restitutioque necessaria sit, quia verba partis non possunt tollere iuris dispositionem, *l. nemo potest. ff. de legat.* 1. quod notandum est contra Afflict. & alios, quos refert *in c.* 1. 2. *notab. num.* 10. *si de feu. fuerit controuers. inter domin. & agnat.* Ampliatur quinto eadem regul. vt sicut non currit tempus ei, qui omnino à iure agere impeditur, ita etiam non currat ei, cui legitima exceptio obiici potest, vt consuluit Anchar. quem sequitur Felin. *in d. cap. ex transmissa, colum. fin. num* 9. & Dec. *in l.* 1. *in* 1. *lectu. nu.* 27. *& in* 2. *lect. num.* 68. *C. qui admit. & in cap. cum inter. num.* 23. *de except. & in l. non videtur cepisse, num.* 2. *ff. de regul. iur.* Balb. *de præscript. d.* 1. *part.* 6. *part. num.* 20. & Chass. *in consuet. Rub.* 22. §. 2. *num.* 39. *fol.* 353. facit tex. *in l. is cui,* §. 1. *ff. de act. & obligat. ibi, sic tamen, ne exceptione excludantur.* Constat igitur ex Bart. Bal. & omnibus in locis *supra* citatis, dum alleganthunc text. nullo modo posse filium, saltem dum est sub patris potestate, reuocare alienationem aduentitiorum à patre factam: intelligunt enim omnes nihil aliud hic probari, nisi quod filius agere non potest, atque ideo ob impedimentum iuris præscriptionem ei non currere, quod magis probant ex *d. l.* 1. *in fin. infra de annal. excep.* & ita Bart. *in l. si constante, numer.* 63. *ff. solu. matri,* & ibi Crot. 2. *lecta. num* 118. Bello, *cons.* 24. *nu.* 5. Exea. *de pact. num.* 214. Mihi autem mirum videtur, si hæc iura expressa sunt, quibus Bart. & alij hoc tradunt, quomodo hoc putet dubium Fabi. *in Authent. nouiss. num.* 239. *& seq C. de inoff. testam.* & Paris. *in cap.* 1. *num* 24. *de præscr.* vbi enim est decisio legis, potest de ratione, non de veritate, dubitari. Ego vltra ea, quæ dixi *in tertia parte l. præced. num.* 74. aduerto plures ex his non recte proponere quæst. nec recte filio negare ius reuocandi viuente patre. impedimentum enim iuris tantum est ex potestate, non ex vita patris. Aduerto etiam quod tex. hic fauet liberis, ne durante patria potestate, præscript. currat, sed eis non adimit facultatem agendi contra alie. Sed dices cum Bart. *in d. l. si constante,* id probari in originali *Authen. de nupt.* §. *sed quod sancitum.* & aperte *in d. l. in fin. de annal. except.* Responderi tamen posset vltra omnes, quod *in dict. Authen.* proprie non agitur de aduentitijs, quę priori loco filiis ex facto suo, vel liberalitate alterius, vel fortuna deferūtur, sed agitur de certis bonis parenti acquisitis, quæ ob secundas nuptias à lege liberis reseruāntur: in quibus iam patet non esse tantam rationem admittendi filios ipsos viuente patre. Sic etiam responderi posset ad *d. l.* 1. *in fi. de annal. exce.* dum enim tex. ibi inquit filium agere non posse, non exprimit patrem alienasse aduentitia filij, potestque intelligi de præscriptione circa aliqua ad filium spectantia, quæ ab aliis detinentur, nec æquum esset, vt patre alienante aduentitia filij, non posset filius eo viuente admitti. Contrarium enim recte tradit Bal. *in l. fina.* §. *in comput. nu.* 7. *Cod. de iur. deliber.* quem referūt Paris. & Fab. vbi *supra*, eumque sequitur Corn. *ibi. nu.* 6. & Ias. *cons.* 56. *colum.* 3. *lib.* 3. *versic. confirmatur.* probat enim Bal. *in d. loco*, filium audiendum, & patrem compellendum consentire filio, licet pater ipse promiserit se nunquam venturum

44

45

† contra alienationem. Et sustinendo doctrinam Bal. quæ æquior & vtilior est, potest noue & eleganter intelligi text. *in d.l.* 1. *in fin. de annal. except.* vt ibi verba illa, quæ filiis potestatem agendi negare videntur, non præcisè nec omni modo negent. Obstaret enim æquitas & ratio vitandæ fraudis, obstaret etiam *decisio* 1. *Impera. ff. ad Trebel.* vnde verba *d.l.* 1. *in fin.* possunt referri ad reg. §. *necessitate, l. fin. titu. seq* secundum communem intellectum, vt dicatur filius agere non posse, quia non potest regulariter sine consensu patris, cuius est administratio, & ius agendi in aduentitiis, ex reg. *l. præced. & l. cum oportet. titul. seq.* satisq; verificantur ea verba attenta reg. prohibente filium agere, attenta etiam difficultate, quia filius premitur ex potestate patris argum. tex. *in l. in contractione, Cod. de nupt. ibi, cultu verecundiæ pro opriã noluerit voluntatem depromere.* text. & glos. *l.* 1 §. *quæ onerandæ, ff. quar. rer. act. non det.* quibus attentis, satis dicitur non posse, quod sine magna difficultate fieri nequit, ex text. *in l. qui cum maior.* §. 1. *ff de bon. libe. ibi, non facile impetratur.* notat Paul. *in l.* 1. *Cod. de vsu aleæ.* Iason. *in leg. apud Iuli.* §. *constat. numer.* 13. *ff. de legat.* 1. & respectus pudoris facit, vt aliquid dicatur fieri non posse. *l.* 10. *in fi. ff. ex quibus caus. maior. l.* 8. *in fi* & ibi Bar. *ff. de alim. leg. ibi. necessitas verecundiam adstringit.* Iuuatur hæc interpretatio, attẽta magna potestate patris in aduentitiis, cum absque decreto alienare possit, secundum veriorem & receptiorem sententiam, vt late deduximus *in tertia p. l.*
46 *præceden. ex num.* 21. Ex prædictis infertur ad text. *in cap. quia diuersitatem. de concess. præben.* vbi in Episcopo suspenso subdit text. *sic tamen, vt tempus suspensionis in sex mensibus non computetur.* deinde inferius subdit, *tempus etiam, quo ad Apost. sed. accessit, & apud illum pertransit, intra sex menses*
† *nullatenus computetur.* quem text. ad duo extollunt plures Dd. Primo, vt impedimentũ excuset, etiamsi eius origo prouenerit ex culpa impediti: nec enim absq; culpa potuit ibi Episcopus suspẽdi, & tamen excusatur iure tẽpus suspensionis, in quo eũ extollebat Anan. & cũ eo Iaſ. *in §. rursus, n.* 26. *Insti. de actt.* & ibi Gom. *nu.* 15. Bal. 1. *part.* 6. *part. casu* 22. *n.* 21. dicit sing. Alex. *consil.* 58. *num* 6. *libr.* 5. Igne. *in l.* 2. *§. si conditioni. num.* 58. *ff. ad Sylla.* notat Chass. *Rub.* 11. *§.* 2. *num.* 38. *fol.* 353. eundum tex. dicit ad hoc not. Dec. *in l.* 1. *in.* 1. *lectur. n.* 27. *C. qui admit. & in* 2. *lectu. nu.* 68. extollit Paris. *cons.* 14. *n.* 146. *lib.* 1. notat Aymo. Crau. *consil.* 201. *n* 29 Et ratio est, quia culpa ibi non fuit ordinata ad casũ impedimenti, aliter enim impedimentum ex culpa ad illud ordinata, non excusaret, vt multis probat Deci. *in cap. quæ in eccles. num.* 30. *column. penultim. de constitut.* Aym. *consil.* 247. *ad fin.* facit text. *in l. quamuis. ff. solut. matrim.* & ibi notat Alex. *colum.* 2. *vers. non obstat.* text. etiam *in l.* 4. §. *illud. ff. si quis cautio.* vbi etiam accusatus, & in vinculis detentus excusatur. Et text. *in l. succurritur. & l. seq. ff. ex quibus caus. maio.* sic in simili resoluit Alex. *in l. Marcellus.* §. *res quæ, num.* 3. *ff. ad Treb.* Alex. *in l. recusare. §. fin. num.* 6. *ff. eod* idem Alex. *cons.* 1. *num* 27. *lib.* 3. Sic in paupertate procedit gloss. notab. *in cap sacrorum* 12 *quæst.* 2. quam exollit Dec. *in cap. pastoralis, §. verum, numer.* 9. *de appell.* Ex quibus infertur ad quæst. emphyteutæ incarcerati non soluentis, de qua per Iaſ. *in l.* 2. *num.* 72. *C. de iur. emphy.* Infertur etiam magna † comprobatio ad opinionem Alex. quæ mihi verior videtur contra communem *in d. §. res quæ, & dict. l. quamuis.* ad ampliationem tex *in Authen. res quæ, C. commun. de leg.* vbi Iaſ. *num.* 20. autoritates refert. & Cro. *in §. Diui. num.* 64. & ibidem Loaz. *num.* 142. Sed his omnibus non parum videtur obstare text. *in l. pen. in prin. ff. solu. matr.* vbi culpa etiã non ordinata ad casum nocet, seu casus ex culpa ad eum non ordinata, non excusat. de quo alibi agimus cũ intellectu *l. Papinianus, ff. de minor.* Notatur 2. tex. 47 *in d.c. quia diuersitatem*, ad differentiam Iuris Canonici & Ciuilis, vt sicut de Iure Ciuili non currit præscriptio, vbi datur impedimentum iuris, nec est necessaria restitutio, vt *supra*, ita de Iure Canonico, vbi datur impedimentum facti, quod tentat Imo. *ibi, num.* 5. & ad hoc illum text. extollit Iaſon *in d. §. rursus. nu.* 25. & ibi Gom. *num.* 14. *vers. secunda conclusio.* & ita Zanet. id extollens in differen. Vtriusque Iuris. 89. cum Imo. quem solum refert, & ita Paris. *in cap. ex transmissa, num.* 23. *& num.* 26. *de præscript.* Sed in hoc aduertendum est, quod in prima parte illius capit. scilicet in tempore suspensionis erat impedimentum iu-

ris

ris secundū omnes, & ita nō potest inde probari talis conclusio. Et ita Balb. *d. 1. part. 6 par. nu. 21.* qui tamen non aduertit *in sec. part. d. c.* agi de impedimento facti, circa eundum & redeundum, & tamen eo casu idem dici, quod dictum erat in impedimento suspensionis, vt ibi aduertit Panorm. *num. 3.* Et ita videtur tex. æquiparare impedimentum iuris & facti, atque eo pacto probare quod prædicti Dd. colligunt ad differentiam Vtriusque Iuris, quod non satis expendit Imol. *ibi, nu. 9. versicul. in gloss.* dum generaliter distinguit inter ea impedimenta, cum tex. in suo casu ea æquiparet. Qua in re notandum est, differentiam illam Vtriusque Iuris à paucis tentatam, crebrius à Dd. non teneri, vt patet ex Panor. & aliis ibi, qui nullam mentionem faciunt talis differentiæ: imo aperte æquiparant decisionem Vtriusque Iuris. Ita etiam aperte Panor. & Felin. *in d. cap. ex transmissa*, Balb. vbi *supra*, Dec. *in d. l. 1. vtraque lectu. C. qui admit.* & alij *supra* citati. Nec Imol. *in d. cap.* eam differentiam probat, licet eam tentet, quia tandem Vtrumque Ius æquiparat, & text. ibi intelligit, ne generaliter procedat, nec tollat reg. Iuris Ciuilis, sed impedimentum facti æquiparari iuris impedimento in casibus à iure expressis, prout ibi, & *in d. cap ex transmissa.* & in nonnullis alijs, quod etiam probat Panorm. *in dict. cap. ex transmissa, num. 13 ad fin. ibi, nisi vbi contrarium reperitur expressum*, & Feli. *ibidem num. 8. ibi, nisi contrarium*, quod etiam probat Bero. *decis. 40 num. 3* Nec videtur admittenda differentia inter Vtrumque Ius, cum tex. *in d. c. quia diuersit tem*, nullatenus id probet, contrariumque in proposito magis colligitur ex *cap cum nobis, de præscript. ibi, tam legali, quam Canonica.* & ibi, *secundum iuris ordinem.* Text. etiam *in d. ca. quia diuersitatem.* non recte à Dd. allegatur ad præscriptionem; quia de ea non loquitur: nec enim ibi agitur de auferendo iure in futurum, quæ est natura præscriptionis, sed tantum de ijs, quæ facta erant tēpore impedimenti: nec mirum, si tunc non tractetur de restitutione, quia satis est in ijs impedimentū probare, vt in materia probat IC. *in l. 2. §. si quis in iudicio, & §. quod diximus, & l. 4 §. illud, ff. si quis cautio. & in l. qui cōmeatus, ff. de re milit.* per Deci. *in ca. ex ratione, n. 2. de appella. & alibi sæpe*, nec absurde dicitur tempus non currere, quando in effectu non nocet, vt nec nouum, nec mirum sit, *in dict. cap. quia diuersitatem*, & in alijs, solam causam impedimenti deduci, absque mentione restitutionis. Ex eisdem etiam infertur ad notab. q. Alex. *cons. 58 libr. 5.* vbi ex hac regu. ne impedito currat præscriptio, egregie limitabat *l. 1. C. si aduers. credit. lib. 7.* dum ibi habetur, tertium possessorem, ad quem peruenit res obligata, cum titulo & bona fide præscribere longo tempore contra creditorem, & ita tolli actionem hypothecariam. Cōtendit enim Alex. quod cum hodie actio hypothecaria in effectu non detur contra tertium possessorem, nisi excusso debitore principali, iuxta *Auth. hodie, C. de pignor.* non curret creditori tempus illud præscriptionis, nisi post eam excussionem, & sic postquam agere potest aduersus tertium possessorem, idque maxime inducit text. *in dict. ca. quia diuersitatem.* Sed vir doctus aliqua affectione longe deceptus est, perniciosamque opinionem inducebat: licet enim nouo iure excussio illa debitoris necessaria sit, in potestate tamen creditoris est, qui agere poterit, quando voluerit, iuxta *l. pure, §. fin. ff. de dol. except.* & consequenter non censetur impeditus, qui potest tollere impedimentum, iuxta tex *in l. qui potest facere, 135 ff. de reg. iur.* & ibi gl. & Dec. tex & Panor. *in ca. fin. de elect.* bonus tex. *in l. quibus diebus, ff. de cōdit & demonstratio. ibi, nec per testes, quo minus agendo eum submoueas.* & ibi notant Alber. Bal. Paul. colligentes non excusari impeditum, qui adeundo Iudicem potuit impedimentum remouere, & illum textū extollit Rube. *in l. non solum, §. morte, n. 30 de noui. ope. nunci.* tradit multa Feli. *in d. ca. ex transmissa, col. 1* notat Alexan. *cons. 72. nu. 13. lib. 3* & in simili notat Pau. *in l. 2. ff. de iudi.* & ibi Iacob. *num 8.* Et inde infertur in praxi, non excusari litigantem, cuius testes noluerunt testificari, nisi adierit iudicem, vt eos compellat: quod vtile est ad *leg. Reg. lib. 3. tit. 42. §. fin & eo. libr. 111. 47. in princip. ibi, por nao quererem teste munchar.* Sic in proposito negligentia creditoris non agentis contra debitorem non potest impedire præscriptionem actionis hypothecariæ tertio possessori rei obligatæ, quo fundamento & alijs opin. Alexā falsam dicit

Balb 4 *part.4.par.3.qu.prin* vbi multa apte adducit, & cum eo Neguz. *de pign 6. par.2.memb.num.3.* Deci. *in l.1. C.qui admit.& in c.cum inter num.23. de except.* & Paris. *in dict.ca.ex transmissa.ad fin.* & Soc. Nep. *consi.17.li.2.* & Moly *ad Alex.in dict. consil.* & ita secundum hanc veriorem † opinionem contra Alex. iudicatum vidi. Satisque probatur apud Lusitanos *lege Reg.libr.4. titu.33. §.2. ibi, contados do primiero dia que a cousa for a poder do possuidor contitulo, e boafee.* Ex quo cauebis ab Afflict. *decis.139. num.7.* vbi incaute sequitur *d. cons.* Alex. Cauebis etiam à Chass. *in consuet. Burgu. Rub.11.§.2 num.36. vsque ad num.42.* vbi in effectu probabat opin. Alexan. eodem erroneo fundamento imaginarij impedimenti, quod retorquetur, vt *supr.* & ita glos. recepta *in d.c.quia diuersitatem. verb suspēsionis. ibi, intellige, cum non est negligens in petenda absolutione.* Et ita contra Alex. resoluit Aymon. *consil.263. colum. final. in princ.* vbi refert eundum Alexand. sibi contra-
49 rium. Ex eisdem infertur ad quæst. vtilissimam, *an in bonis maioratus perpetuo familiæ relictis, præscriptio alicuius rei ipsius maioratus, perfecta contra possessorem, noceat successori?* Superius enim *num. 22.* cum Paul. & multis vidimus talem alienari prohibitam, posse vsucapi longissimo tempore, contra possessorem maioratus. Sed quæstio est, *an ea præscriptio effectum habeat contra successorem?* Ex iis autē, quę scripta inuenio, recepta videtur opinio, quod præscriptio perfecta contra possessorem non noceat successori maioratus vel bonorum, in quibus simile vinculum apponitur. & Dd. statim citandi id maxime probant ex regu. huius text. & *dict. l.1. de anna. excep.* impedito agere præscriptionem non currere: successor autem vel quia non natus, vel quia præceditur à præsente possessore, non potuit agere contra tertium, ad quem peruenit res maioratus: & consequenter ob impedimentum iuris & facti, arguunt Dd. præscriptionem contra eū non currere, & ita in specie asserit doctus Hisp. Xuar. *allegat* 3. vbi in prin. dicit id vidisse responsum in quodam cons. Paul. Castrens. quod etiam tradit Curt. Iun. neminem citans, *cons.181. num.5. & in fine cons.* idem probat Dec. *cons.445. num.* 47. & cum Deci. Rube. *cons.84. num.6.* & Grat. *cons.21. num.37. & cons.101. num.42. lib.2.* & ita Loffred. Neapol. *cons.10. num.* 22. & Socin. Nep. *cons.126. num.27. lib.1.* Paris. *consil.13. num.199. lib.1.* idem Paris. *in cap. cum non licea', num.18. in fin. de præscrip.* citans Anani. *cons.46.* quod etiam vult Iacob. à S. Georg. neminem citans, *in l.fin. ad fin. C.qui admit.* idem vult Cro. *in repet. §. Diui. nu.146* & ibi Rip. *num.116.* & Loaz. *num.191.* Claudi. & Alcia. *ibi, ad fin.* Balb. 4. *par.4 q.12. in fin. num.20.* & vltra eos Bal. *consi.215. libr.2. & in feu. lib.* id voluit Iser. (quem plures ex *supr.* citatis non allegant) & cum eo Matthæ. Afflict. *in ca.1.§. quid ergo, num.20. de inuestit. de re alie.* Ex quibus patet hanc esse cōmunem sententiam, contra quam, eius immemor, loqui videtur Curt. Sen. *cons. penult. col.3. versic. quia ad ista.* Ex quo etiā cum iudicio legendus est Socin. *cons.47. num.16. lib.3.* dum in bonis maioratus expressim cōcludit longissimi temporis præscriptionem locum habere, secumque præscribentem efficere: id enim secundum communem opinionem restringitur ad præsentem possessorem maioratus, nec extenditur cōtra successorem, cui ea præscriptio non nocebit: & ita attente legendus erit Tira. *de primoge. q.30* qui huius receptæ opinionis meminisse debuit. In quo articulo aliud 50
etiam est memoratu dignum, quod ea † communis opinio fauens successori maioratus procedit, etiam si ipse successor hæres sit eius, contra quem præscriptio completa fuit, quia tunc cessat ratio *l. ex qua persona. ff. de reg. iur. & l. cum à matre, C. de rei vendicat.* vt probaui *supra in tertia parte. l. præced. versicul. limita. quint.* is enim, contra quem vsucapitur, solum negligit, non vero contrahit, nec aliquid facit quod hæredem obliget. Et in terminis ita notat Rip. *in d.§. Diui. num.116.* & ibi Alciat. *ad fin.* Dec. & Rub. *in consiliis supra allegatis.* colligitur ex Fulg. & Ias. *in l. quoties. C. de fideicommiss.* notat Paris. *d. consil.23. num.201. & 203. libr.1.* in quo labitur Crot. *in d.§. Diui. nu. 146. versic. primus casus.* Qua in re, vltra *su-* 51
pra citatos, est mirabile consil. Paul. 44. *col. fin. lib.2.* vbi in feudalibus & similibus inquit deterioris esse conditionis filios eius, qui expressim alienauit, vel tacite, & ponit exemplum in eo, qui patitur cōtra se vsucapi: filios enim (non alios successores) perpetuo remouē dos putat, ex alienatione vel præscriptione. Sed, ne

Paul.

Paul. autoritas obstet, attendendum ipsum loqui, quãdo feudum erat eius qualitatis, vt possessor renunciare vel disponere posset in præiudicium liberorum, quod regulariter non potest ad maioratum applicari, cum in eo nullus possessor aliquid disponere possit contra successorem, qui non ab eo, sed à primo instituente, cap iuxta *l. vnum ex familia*, §. 1. *ff. de leg.* 2. cum alijs, vt plene deduximus *supra, ad fin.* 3. *part. l. præced.* & ex dictis cauendũ videtur à Paul. *in d. cons.* Ex
52 qua resolutione colligitur in proposito differentia inter præscriptionem & rem iudicatam: hæc enim etiam in feudalibus & maioratu perpetuo excludit condemnatum & eius successores, vt plene & vtiliter probauimus *supra in* 3. *part. l. præced. num.* 49. Hinc etiam colligitur ex mente omnium, quos supra citauimus circa præscript. eos velle, vt præscriptio reguletur secundum iura & regulas, quæ loquuntur de alienatione, vt sic accedat naturæ actus voluntarij, qui successoribus in his negociis non nocet, vt late deduxi *supra in d.* 3. *part.* & docet Paul. *in l. factam. §. si hæres. num.* 2. *in fin. vers. cum non fiant, ff. ad Trebel.* & ita plures ex *supra* citatis in hoc articulo præscriptionis arguunt ex *l. alienationis verbum. ff. de verb.*
53 *sign.* Sed ea ratio multorum vera non est, neque enim *d. l. alienationis verbum*, recte adducitur, vt *supra* late probaui, *num.* 30. Et manifesta ea argumentatio non habet locum, quando præscribitur contra ignorantem, vt frequentius contingit: tunc enim non potest argui, quod consentire vel alienare videatur. Nec etiam in hoc articulo præscriptionis, tutum est aliud fundamentum, quo vtuntur plures ex *supr.* citatis, arguentes, quod prohibita alienari (vt bona maioratus) vsucapi nequeant. Contrarium enim regulariter verius est, imo prohitionem alienandi non tollere vsucapionem, vt plene cum Bart. probauimus *supra, nu.* 25. Et ita patet in hac q. præscriptionis à Dd. in fauorem successoris, nihil firmum adduci, præter reg. huius tex. *& d. l.* 1. *in fin. de annal. excep.* vt non valenti agere non currat præscriptio, quæ etiam currere non solet ante actionem natam, secundum Bal *l. in rebus, col.* 2. *num.* 3. *C. de iu. dot.* Bar. & Paul. *in l. pignori. ff. de vsucap* glos. *in l. sicut, verb. seruanda, C. de præscript.* 30. *annor.* Balb. 1. *part.* 6. *part. num.* 16.

Cum autem bona maioratus & similia 54
perpetuo familiæ relinquantur, iam patet etiam nascituros posterosque in omne tempus vocari, vt ratio & vsus indicant, facitque tex. *in l. pronunciatio.* 95. *§. familiæ, ff. de verbor. signif. ibi, nepotes & neptes, & de inceps. & ibi, omnes qui ex eadem domo & gente proditi sunt. & ibi, quasi à fonte quodam memoriæ.* not. Bart. *in l. si cognatis, in fin. ff. de reb. dub.* Qua verissima consideratione attenta, necessario sequitur, in ijs rebus, etiam ex consensu tacito vel expresso viuorum seu præsentium rem in perpetuum firmiterque alienari non posse: restant enim nascituri, quibus præsentes nocere nequeunt, iuxta *supra dicta, & l.* 3. *de interd. & releg.* & consequenter nunquam erit verum dicere in alienatione vel vsucapione harum rerum consentire omnes de familia, vel omnes, quorum interest, cum res vltra viuentes ad futuros extendatur. quod non perceperunt plures grauiss. viri ex *supra* citatis, nec Bartol. ipse *in d. §. Diui. num.* 22 *q. pen.* & ibi Alexan. & alij tradentes in hac re firmari alienationem consensu aliorum de familia. Et ita limitandum est, quod aliquando legitur de vltimo familiæ: id enim procedit, quando intra certas personas, vel certas generationes dispositio terminatur, non vbi in perpetuum confertur, quod memorabile est ad tex. *in l. qui solidum* 80. *§ prædium, ff. de legat.* 2. cum ijs quæ ibi notantur, & per Ias. *in d. §. Diui.* 2. *lectur. num.* 82 Paul *cons.* 1. *lib.* 1. Ias. *cons.* 4. *lib.* 1. *& cons.* 164. *colu.* 3. *libr.* 4. Patet igi- 55
tur ex *supra* adductis communem videri opinionem, quod præscriptio longissima in re maioratus vel feudi, noceat tantum præsenti possessori ipsius feudi, vel maioratus, non vero posteris vel successoribus, vt per multos *supra* citatos, maxime Iser. & Afflict. *numer.* 20. *in cap. primo, §. quid ergo, de inuestit. de re alien.* Dec. *dict. cons.* 445. *nu.* 47. Paris. *d. cons.* 23. *num.* 159. *& num.* 203. *lib.* 1. Balb. *d.* 4. *part.* 4. *par. in fin. qu.* 12 *princip. nu.* 20. Cuius opinionis aliqua fundamenta adducuntur, quæ nihil faciunt ad ea, quæ *supra* reiecimus, nec alio fulcitur ea opinio, nisi ex hac regul. ne ei, qui agere nequit, currat præscriptio, maxime ante actionẽ natam. Sed contra tot grauiss. patres *supra* citatos videtur tenendum, quod habens titulum & bonã fidem in re maioratus,

ratus, præscribensque contra præsentem possessorem maioratus, securus maneat etiam quo ad successorem eius, contra quem præscripsit. Quod primo iuuatur ex ratione legis inducentis vsucapionē, quæ non minus militat in hoc casu, quam in aliis, ne dominia rerum sint incerta: ne etiam lites suscitentur. *d. l. fin. ff. de vsucap.* & denique ratio publ. vtil. *d. l. 1. ff. eod. titul.* quæ singulorum vtilitati præfertur, vt *supr.* deduxi. Maxime secūdo, cum in his subiectis restitutioni secundum communem opinionem requiratur longissima præscriptio, nec breuior sufficiat, vt diximus *supr. num. 22. & sequent.* post tempus autem longissimum execratur lex inquietare possessorem, *d. Authen. hec constitutio innouat collationem octauam.* Facit tertio, nam Dd. in proposito arguunt à multis, quæ contra eos retorquentur, quod ostendo, quia adducunt pro reg. quod prohibita alienari, prohibentur vsucapi. Sed nos *supra, num.* 25. contrarium verius probauimus. idque *nu.* 26. ostendimus specifice in re subiecta restitutioni, per text. *in l. Sticho, ff. de vsufruct. legato.* Iuuatur quarto, quia siue dicas maioratum fuisse constitutum in cōtractu, siue in testamento, non est potestas in testatore, nec in contrahente ad tollendam vsucapionem tertio habenti titulum & bonam fidem, vt supra probaui. Facit quinto, nam effectus & natura vsucapionis est reddere præscribentem tutum in futurū. *l. 1. & 3. ff. de vsucap.* Ergo non tantum contra præsentem possessorem maioratus, sed etiam contra successores. iuuatur sexto, quia ex communi opinione hoc casu resultat absurdum, cum Dd. concedunt, vt præscriptio effectum habeat contra præsentem possessorem, non contra successores: esset enim diuidere effectum præscriptionis contra *l. cum qui ædes, ff. de vsucap.* Facit septimo, nam concessa vsucapione contra possessorem maioratus, conceditur, præscribentem effici dominum rei: at dominium semel iure quæsitum, non potest sine facto partis offerri, vulgar. *l. id quod nostrum, ff. de regu. iur. l. si quis, 6. §. differentia, ff. de acquir. possess.* Nec videretur decisio Iurisprudentiæ consentanea præscribenti concedere dominium statim ei auferendum, contra *l. final. §. final. infra tit.* 1. Probatur octauo, hæc opinio in feudalibus, autoritate glos. *in cap. 1. §. præterea, de capi. Corra.* dum enim glos. asserit in rebus feudi, dari præscriptionem 30 vel 40. annor. plane sentit effectum præscriptionis fore perpetuum, nec tantum contra præsentem possessorem, quod Ifern. Afflict. & alij non aduerterunt. Nec Dd. sibiipsis constare videntur, dum eam glo. sequuntur: id enim non aliud est, nisi fateri præscribentem securum: manare etiam in successores eius, contra quem præscriptio completa fuit, & regulariter opinio dict. glo. receptior est, vt dixi *supr. nu.* 19. & eam secure sequitur Brun. *consi. feud.* 67. *num.* 9. idem colligitur ex Balb. 4. *par.* 4. *par. qu.* 12. *princip.* & ita Curt. Sen. *consi.* 82. *col.* 1. *& seq* vbi *col. tertia. versic. quia, dicit hanc opinionem communem,* & ita Chas. *cons.* 4. *num.* 9. colligitur ex Panor. *in cap. ad audientiam,* & ibi Felin *nu.* 18. *de præscript.* tradit vt receptum Moly. *in consuetud. Paris. §.* 7. *num.* 8. *fol.* 109. Nec his aduersatur quod interdum notant aliqui exigentes in feudis præscriptionem centenariam, quia loquuntur secundum legem particularem regni Neapolitan. quando agitur de præscribendo contra Regem: inter priuatos enim ordinariam, vel longissimam præscriptionem admittunt, vt per Afflict. *decis.* 254 latius per eum *in constitut. Neap. lib* 3. *Rubr.* 31. *cap. consuetudinem, fol. mihi* 308 Sic igitur in feudalibus posset contendi cōtra quam plures, hanc opinionem videri receptiorem ex glo. *d. §. præterea,* quæ tam loquitur contra successores, quam contra præsentem possessorem, quod aperte tradit Curt. Sen. *d. cons. penul. col.* 3. vbi id minus dubitabile censet in præscriptione 40. annor. per *l. omnes, C. de præscript.* 30. *annor.* Retenta autem hac opinione contra tot patres, reiectoque argumento à feudalibus, respōdendum restat ad principale fundamentum cōmunis opinionis ex regul. huius text. & *d. l.* 1. *de annal. except.* ne impediat agere & ante actionem ei natam currat præscriptio. Responderi autem posse videtur quod tex. hic, & d. l. 1. loquuntur, quando in initio ipsius præscriptionis datur tale obstaculum, prout hic in filio rei domino agere non valente, vel in muliere constante matrimonio, *l. in rebus, §. omnis, C. de iur. dot.* & alijs similibus. & vbi lex resistit initio, magis impeditur effectus *l. 1.* & ibi Bar. *nu. 11. ff. de reg. Cato.*

At in

At in feudalibus vel rebus maioratus præsens possessor censetur dominus, vt probaui *in sec. parte, l. præced. num.* 5. & conferendo ius suum ad spem successorum, longe plus habet præsens possessor quam quilibet futurus successor, vt constat ad sensum. Atque ita nihil est quod obstet initio præscriptionis, cuius finis à lege inducit firmum perpetuumque effectum, vt præscribens securus reddatur contra præsentem possessorem, & inde contra successores in consequentiam ex natura vsucapionis, & ratione legis, secundum supra deducta. Nec nouum est, vt quod separatim & principaliter fieri nequit, fiat in consequentiam, iuxta text. *in l. quædam 62. ff. de acquirend. rer. dom. l. 1 ff. de author. tutor.* ex ijs cogitabam sustineri posse nouam hanc opinionem, quæ doctis fortasse non displi-
56 cebit. Diximus *supra* ad limitationem & materiam huius text. ex communi sententia, standum esse Iuri Canonico in materia præscriptionis, vt nullo tempore vsucapi possit cum mala fide, per *cap. vigilanti. & cap. final. de præscript.* & ibi Dd. & vbique, & Alexan. vbi vide Molynæ. *consil. 99 libr. 4.* Et ita hodie cessat etiam ius illud excipiendi quod resultabat ex præscriptione cum mala fide, secundum leges Imperatorum *l. si quis emptionis, §. primo. C. de præscript.* 30. *anno.* quod ICti non admittebant, exigentes veram bonam fidem, *l. nunquam, 31. ff. de vsucapion.* Sic hodie non vsucapiet hæres sciens rem alienam, licet defunctus inceperit cum bona fide: abrogata regu. *l. 2. §. si defunctus, ff. de vsucapio. pro empt.* Sic etiam cessabit quod Iure Ciuili statutum erat, non nocere malam fidem superuenientem, si præscriptio incepit cum bona fide, *l. vnica, C. de vsucapion. transforma.* nam scientia rei alienæ quocunque tempore ante completam præscriptionem eam impediet, *d. c. fin.* & ibi communiter Dd. Paul. *in l. nullo. C. de rei vendicat.* Balb. 2. *par. 3. par. quæst.*
† 7. & 8. Sic etiam cessabit quod plures notabant, Iure Ciuili posse incipere vsucapionē cū mala fide, quando causa vel titulus erat cum autoritate rei iudicatæ vel decreti, per tex. quem Bal. ibi extollit *in l. generaliter, ff. de noxal.* Paul. *in l. 1. n. 5. C. de acquir. possess.* Id autem cessare attēto Iure Canonico, necessario consequitur vltra Dd. ex aurea doctrina text. *in l. obligationes, qu. 26 ff. de act. & oblig.* In 57
hoc articulo præscriptionis, quæ aliquādo cum mala fide ab Imperatoribus permittebatur, iterum agendum est de intellectu, *§. habeat,* & totius constitutionis *in Authen. vt eccle. Rom. col. 3* Non dubito enim Scriptores Vtriusque Iuris, sæpe lapsos fuisse circa eam constitut. aliasque Iustiniani in eo proposito. Diximus *supra nu. 40. in d. Authen.* iniquum præsidium appellari præscriptionem malæ fidei, probauimus tamen principalem decisionem illius Authent. loqui etiam in præscribente cum bona fide, & ratio *dict. Authent.* licet solum tendat contra malæ fidei possessorem, indicat decisionem principalem procedere in omni possessore, idque receptius esse colligitur ex *supra* adductis, *dict. nu. 40.* cum id exprimant plures ibi relati, nec negent alij, qui ratione illius text. intelligūt in solo possessore malæ fidei, quod multi non percipiunt. Nonnullis autem videri posset *d. Authent. vt eccles. Roman.* loqui in solo possessore malæ fidei, ex verbis *d. §. habeat,* quasi satis esset, cum ab alijs Imperatoribus præscriptio longiss. sima admitteretur generaliter, etiam cum mala fide, Iustinia. id ibi tribuere ecclesiæ, vt nemo cum mala fide aduersus ecclesiam præscriberet, nisi per 100. annos Sed mihi placet receptior interpretatio, vt decis. *d. Authen.* fauens ecclesiæ procederet etiam in præscriptione bonæ fidei, in qua proprie congruit fauor ille, quod maxime suadetur ex simili decisione *l. fin. C. de sacros. eccles.* vbi etiam Iusti. in eodem fauore ecclesiæ indistincte loquitur in omni possessore, facit vulg. reg. *l. de precio. ff. de public.* Maior difficultas est circa *d. Authen.* communiter enim intelligitur specialiter in ecclesia Romana, non in aliis ecclesijs, & ita vbique citatur in Lecturis, Tractatibus, & Consilijs, quod facile innumeris allegationibus ostēdere possem, quas cōsulto omitto. Vnde etiā crediderunt plures, quod cū idem Iusti. *in Authen. hac constit. col. 8.* (seipsum expressim corrigēdo) generaliter contra ecclesiā admittat præscriptionē 40. anno. abrogato priuilegio præscriptionis centenariæ, hæc nouior decisio nō procedat in ecclesia Romana, seu in hisque particulariter ad eius patrimoniū spectāt, quasi lex noua generaliter loquēs, nō trahatur ad casū anteriori

lege

lege specialiter prouisum, iuxta doctrinam glossi *in l sciendum, ff. qui satisda. cog. & in Authent. offeratur, C. de lit. contest.* & ita in terminis huius articuli tradit glo. *in Rub. dict. Authen. hæc constit. colu.* 8 inde effectum est, vt Irnerius ordinator Authenticarum quæ li C. adiectæ leguntur, hoc ita intelligens post *dict. l. fin. C. de sacrosanct. eccles.* adiecerit *Authen quas actiones*, per verba quæ in aliis ecclesiis generaliter admittunt præscriptionem 40. anno. in ecclesia autem Romana solam centenariã. Inde etiam manauit, vt posteriori iure pontificio, eadem retenta opinione, exprestim (quasi sine dubio) referatur contra ecclesiam Romanã non sufficere præscriptionẽ, nisi centenariã, contra alias vero sufficere quadragenariam, vt *in c. ad audientiam*, & ibi omnes, & *in cap. de quarta. de præscript.* vt iam attento Iure Canonico, hoc in dubium trahi non possit. Ego autem contra omnes non dubito verius esse, Iustini semper in hoc æquiparasse omnes ecclesias, nec aliquid speciale tribuisse ecclesiæ Romanæ, & sic intelligo contra gloss. & omnes Vtriusque Iuris Scriben. quod *in d. Authen vt eccles. Rom.* priuilegium illud centenariæ præscriptionis non indulgebatur specialiter ecclesiæ Romanæ, sed omnibus ecclesiis. Gloss autem & omnes decepti videntur ex sono verb. dict. Rub. loquentis de ecclesia Romana, omissisque argumentis, hoc ostenditur ex verbis Iustin. *in dict. Authent. §. quod igitur.* quæ ita habent, *Quod igitur nostra æternitas ad omnipotẽtis Dei honorem, venerandæ Sedi summi Apostoli Petri dedicauit: Hoc habeant omnes terræ, omnes insulæ totius Occidentis.* Hoc etiã patet ex *prin. Authen. ibi, In totas Catholicas ecclesias. & ibi: Et sic totius Occidentis, nec non Orientis lex propria ad honorem Dei conseruata. & ibi, nos sacrosanctas ecclesias, & in d. §. habeat. ibi, hanc legem Catholicis totius Occidentis Ecclesiis profuturam, & in Orientales partes propagandam, in quas aliquid sacrosanctæ ecclesiæ possident.* Quibus verbis manifeste ostenditur, ibi nihil specialiter concedi soli ecclesiæ Romanæ, vt scioli non obiiciant alia verba eiusdem Authen. *inferius*, quæ de Romana ecclesia loquuntur. Hoc etiã satis patet ex eodem Iustinia. *in dict. l. final C. de sacrosanct. eccles.* vbi idem priuilegium centenariæ præscriptionis, ecclesiis concedebat generaliter, non autem specialiter ecclesiæ Romanæ, vt patet ex litera dict. l. per quem ita necessario intelligitur constitut. *d. Authent. vt eccles. Roman.* quod mirum est Scrib. non aduertisse. Eadem veritate retenta post *d. l final. & post dict. Authen. vt eccle. Roman.* idem Iustinia. *in d. Authenti. hæc constitu. col.* 8. seipsum expresse corrigens inquit, quod post concessum ecclesijs illud priuilegium centenariæ præscriptionis, experimento cognouit esse illud Reipub. pernicioſum, multasque inde lites suscitari, maximasque difficultates. Vnde concludit, abrogatis legibus suis, hodie generaliter contra omnem ecclesiam sufficere præscriptionẽ 40. annor. quæ veritas necessario etiam conuincitur ex alia posteriorẽ constitut. eiusdem Iustin. *dict. Authen. de ecclesia. tit. col.* 9. vbi *in §. pro temporalibus*, secure & indistincte habet, sufficere contra omnem ecclesiam præscriptionem 40. annorum. Nec respondeat quis eam nouiorem sanctionem non trahendam ad casum, quẽ vocant specialem eccle. Rom id enim non patiuntur repetita & vniuersalia verba tex. ibidem, sed, ne tergiuersationi locus sit, hoc ostenditur ex *d. Authen. post princ. vers. ideoque.* vbi loquitur de Papa, & ecclesia Roma. in specie. Hoc autem posterius bene sensit Accur. *in d. Authent. quas actiones, in vlt. schol.* vbi concludit, quod per *d. Auth. hæc constit.* non distinguitur Romana ecclesia ab aliis, & sic quod secundum Iustin. in posteriore constit. etiam contra ecclesiam Rom. admittatur præscriptio quadragenaria, quod probauit Pet. & bene sequitur Salye. *ibi, num.* 1. contra alios, imo contra omnes, secundum Bart. *ibi, nu.* 2. in quo variauit gloss contrarium enim scribit *in Rub. d Auth. hæc constit.* nullibi autem glo. nec alius aduertit, quod proxime diximus ad *d. Authen. vt eccle. Roma.* semperque putabat gloss. & omnes *in d. Auth.* solum agi de eccles. Romana, non de alijs, & inde dubitabant an generalis decisio *d. Auth. hæc const. col.* 8. traheretur ad casum specialem ecclesiæ Romanæ, in quo bene scribit glo. *in d. Authent. quas actiones*, quod *dict. Authent. constit.* eundem casum comprehendebat, cum Iustin. ibi dicat se corrigere constitutionem, quam nuper promulgauerat: quæ verba plane referuntur ad *d. Authent. vt eccles. Roman.*, nec est alia, ad quam

quam apte referri possint. & ita manifeste ostenditur, quod *d. Auth. vt eccles. Rom.* loquebatur etiam in aliis ecclesiis. Et quocunque modo loquatur, patet eam expressim abrogari per posteriorem cõstitut. *dict. Authen. hæc constitut.* quæ eam refert & corrigit, vt manifestis non sit opus coniecturis. Ex quibus verissime (ni fallor) probatis, infertur, vt seruata debita reuerentia summis Pontificibus, sacrosanctoque Iuri Canonico, dicendũ sit de Iure Ciuili ex nouioribus etiam constitut. Iustin. nihil speciale in hac re tribui eccles. Roman. imo omnes ecclesias in id æquiparari, & ita non solum *d. Authen hæc constitut.* sed etiam *dict. Authent. vt eccles. Roman.* pariter loqui in ecclesia Romana, & aliis, vt sic priuilegiũ Romanæ ecclesiæ à summis Pontificibus primo inductum dicatur, contra omnes *in cap. ad audientiam, de præscript.* contra Bartol. Bal. Albe. & omnes *in dict. Authen. quas actiones.* Infertur secundo, quod *d. Authent. vt eccles. Roman.* suo tempore pariter loquebatur in omnibus ecclesiis, non specialiter in rebus immediate ecclesiæ Romanæ, contra gloss. & omnes *in d. Auth. quas. actiones*, contra Bal. *in l. sicut, num. 18. de præscrip. 30. annor.* contra Imol. *in l. sequitur, §. si viam, nume. 19. ff de vsucap.* contra Iacob. à S. Georg. *in Rub. ff. de rei vendi. nu. 30.* contra omnes vbique secure relatos à Balb. *de præscrip. 1. part. 5. par. in prin. à num. 1. vsque ad num. 27.* contra Ferre. *in l. 3 num. 7. ff. de vsucap.* contra Boer. *decis. 39. num. 7.* & contra omnes vtriusque Iuris Interpretes in variis locis. Infertur tertio priuilegium illud particulare Roma. eccles. probandum fore tantum autoritate Iuris Canonici, ex *d. c. ad audientiam*, cum similibus. & ita intelligendum quod Bar. præsupponit *in l. cum sponsus, §. in vectig. ff. de publ. in rem actio.* & alij, quos citat Carol. Ruin. *cons. 195. numer. 2. libr. 2.* Infertur quarto, hinc constare cur Iustin. *in l. fin. C. de sacros. eccles.* in eo priuilegio nihil speciale tribuat ecclesiæ Roman. sed indistincte loquatur de omnibus ecclesiis, prout *in dict. Auth. vt eccle. Roma.* id autem corrigi posteriore constitu. *di. Authent. hæc constitu.* à qua bene sumpta fuit prima pars *di. Auth. quas actiones.* Infertur quinto, quod dict. l. final. quoad præscriptionẽ centenariã, de qua ibi, procedebat nõ solũ in relictis, donatione & emptione, de quibus loquitur, sed etiã in omni actione ex quacunque alia causa. Idque necessario ostenditur ex eodem Iustin. *dict. Authenti vt eccles. Roman.* contra plures ibidem, quod inuoluit gloss. ibi, *in verb. centum.* Bal. & Ias. & alij, quorum aliqui tres casus, alij quatuor, alij plures ea lege contineri dicebãt. Infertur sexto, recte dixisse gloss. *in dict. Authen. quas actiones*, & Salycet. ibidem, quod Irnerius errore lapsus, adiecit vltimam partem text. ibi contra originale *dict. Auth. hæc constit.* in cuius Rubr. gloss. sibi contraria cum aliis errauit: quæ omnia inter doctos vt nõ vulgaria forsan commendabuntur. non enim alibi de intellectu eorũ iurium tã exacte tractatur. Inde etiã colligitur manifesta cõfessione Iust. *in d. Auth. hæc cõsti.* ipsum aliquando leges suas aliis posterioribus abrogasse, vt comprobetur, quod Scriben. notant *in l. omnimodo. C. de inoff. testam.* per Iustin. ibi sufficere pro forma testamenti aliquid relinquere filio, etiam titulo particulari, non institutionis. postea vero nouiori sanctione contrarium decisum ab eodem Iustin. *in Authen. vt cum, de appellat. cognos. §. aliud quoque capitulum*, vbi institutio vel solennis exhæredatio requiritur. Sic Iustin. *in multis ll. C. præsupponit*, impuberem etiam infantem, & posthumum posse exhæredari, querelamque necessariam esse, vt *in l. si quis in suo, §. legis. C. de inoff. testam. in l. cum quidam, Cod. de lega. in l. maximum vitium. ad fin. C. de libe. præter.* Hodie autem ex causis necessariis ad exhæredandum expressis ab eodem Iustin *in dict. Authen.* colligitur, posthumum & infantẽ exhæredari non posse, nec impuberem regulariter, secundum gloss. & communem opinionem *in d. locis*, quicquid aliqui contradicant, vt plenius *alibi* tracto. Quibus explicitis restat vtilissimus difficilimusque articulus, an in casu huius text. & alijs, post completam & longissimam præscriptionem, is, contra quem vsucapitur, possit ex causa iustæ ignorantiæ aduersus præscriptionem restitui, quem articulum dicit notabilem & difficilem Aretin. *consil. 104.* & Socin. *in leg. cum filius, §. in hac, numer. 8. ff. de verbo. obliga.* & difficiliorem quam vnquam viderit Boer. *decisio. 390.* Qua in re aliquid est diuersum in ecclesia & minore à maioribus & priua-

tis, vt inferius. Plures etiam in hoc separant præscriptionem 40. annor. à præscriptione 30. in quo mire variant Scribent. vt statim. Magis communiter autē resoluere videntur in præscriptione cētenaria nullam restitutionem admitti, ex iusta ignorātia. Quoad præscriptionē 30. annor. nonnulli Bartol. alij gloss. tribuunt opinionem affirmatiuam, vt ex causa iustæ ignorantiæ omnibus detur restitutio contra eam præscriptionem, citatur Bart. qui id aperte scribit *in l. 1. §. si quis propter, ff. de vi. & vi. actu. prima.* per text. ibi quem Bartol. & plures notant, & in specie Afflict. *decis. 329. num. 6.* & Couar. *cap possessor. 3. part. §. 3. colum. 2.* Citatur etiam ab Alexa Panorm. & aliis, ad idem gloss. *in l. si partem. ff. quemad. seruit. amit.* & gloss. *l. 1. C. de patria potest.* & glo. *l. 2. in fin. C. de iur. emphyt* sed hæc aliud vult, vt *infra*, nec gloss. *d. l. 1.* satis probat, gloss autem *dict. l. si partem. verb. non vtendo*, melius id probat expendendo, quod æquiparat causam iustæ ignorantiæ, de qua ibi, causæ iustissimi impedimenti, de qua *in l. & Attilicinus, ff. de seruit. rust. prad.* vbi in fin. ea restitutio conceditur. Est tamen aduertendum gloss. *in dict. leg. si partem* (licet restitutionem concedat) non loqui in præscriptione longissima, quæ tempore illius l. cognita non erat, secundum communem sententiam, vt *sup.* diximus, *num. 3.* vt autem prius constet, quid in his receptius sit, non dubitatur communem esse opinionem Bart. *in l. 1. §. si quis. ff. de itin. act. pri.* vt ex causa ignorantiæ detur restitutio aduersus præscriptionem 10. vel 20 vel 30 annor. & ibi est ampla additio Alex. plures referentis, probat idem Alexa *in l. cum filius, §. in hac, num. 4. ff. de verbor. obligat.* vbi refert gloss. *in d. locis*, & prius id fecit Roman. dicens opinionem Barto. communem esse. *cons. 149. in fin.* Eandem opinionem sequitur & extollit Panorm. *in cap. vigilanti, num. 3. de præscrip.* vbi Felin. *num. 1.* eam dicit communem, & ibi Paris. *num. 3.* & Ias. *in §. rursus, num. 59. Institut. de actio.* Eandemque dicit communem Deci. *cons. 36. num. 9.* Couarru. *in d. §. 2. num. 1.* latissime Balb. *de præscript. 4. part. 4. part.* vbi citat plura consi. Alexa. pluresque autoritates, & ita Boer. latissime *dict. decis 39.* & ita Paul. *in l. fin. num. 5. C. de long. temp. præscrip.* idem Paul. *in l. vnus ex sociis, ff. de seruit. rustic. prad.* Alexand. & Molyn. *cons. 71. libr. 1.* Grat. vbi dicit communem, *cons. 91. num. 55. lib. 1.* Alciat. *lib. 1. de verb. sign.* Et quam plures citat Tiraq *de retract. ligna. §. 35. glo. 4. nu. 35. & 36.* Et opinionem Bart ex Ordinariis ample, & ingenioſe defendit Socin *in d. §. in hac num. 8. col. 4. cum tribus seq.* & ita Socin. Nep. *cons. 128 ex nu. 247. lib. 1.* eandemque opinionem dicit communem Afflict. *lib. 3 feudo. tit. si de feud. fuerit controuers. inter domin. & agna. 2. notab. num. 12. & 4. notab. num. 4.* & ita cum Bartol. iudicatum tradit Afflict. *dec. cis 329* Contrarium vero tenuerunt nonnulli magni nominis, imo quod præscriptio firmum effectum inducat contra ignorantem, adeo vt ex causa ignorātiæ non detur restitutio. ita Bal. *in l. 1. nu 24. C. qui admit.* Anchar. *consil 170. num 3.* Cuman. & Angel. quos referunt Alexand. Socin. Felin. vbi *supra*, & ita contra Bar. Curt. Sen *cons. 82. col. 2 ad fin.* Et hanc opinionem magis probat Aretin. *cons. 104.* Qua in re Ioan. Igne. *in l. 3. §. si conditioni, num. 126. ff. ad Sylli.* inaduertenter intelligebat Bart. in longa præscriptione, non 30. annor. contra expressa verba Bart. cuius opini. authorum numero longe superior est, vt constat ex *supra* dictis, licet dubitauerit Iacob. à S. Geor. *in l. fin. col. pen. C. de temp. in integ. rest. pet.* Maior varietas est inter Scribe. circa præscriptionem 40 anno. *an aduersus eam detur restitutio ex dict. causa ignorantia?* in quo articulo alij aliis, pluresque sibiipsis aduersantur, vt difficile discernatur, quę sit receptior opinio. Bart. autem *in d. loco* solum loquitur de præscriptione 30. annorum. Alex. variauit, vt pungit Feli. *in d. c. vigilanti. num. 2. in 1. limit.* & Bal. *in d. 4 par 4. par. num. 3. & 4.* variarunt etiam Dec Socin. Gozad. Rube. vt tradit Aymon. Crauet. de *antiq. 4. par. nu. 187.* idem *cons. 201. num. 34.* Ob quam varietatem inquit Couarru. vbi *supra*, vix dignosci, quid in hoc receptius sit: & ita ex conflictu opinionum fluctuat Bertran. *cons. 15. num. 43 & seq. in nouo volu.* Alexa. etiam *in d §. in hac. num. 4.* & Socin. *ibi, ad fi.* in hoc articulo magis dubitant, quam aliquid firment. Vnde quo ad discernendum, quæ sit in hoc receptior opinio, separanda est præscriptio 40. an. à præscriptione 30. Et ita patet, non recte eas æquasse Tiraq. vbi *sup.* neque plures ex iis, quos citat ad cōcedendam restitutionem,

nem, id dicunt in præscriptione 40. annorum. Cum autem Alex. & Soci. *in lectu dubitent*, consulendo autem varient, parum in hoc facit eorem autoritas. Nec satis firmat Felin. *in d. cap. vigilant.* pano. tamen *ibi*, *num.* 3. aperte vult etiam in præscriptione 40. annor. procedere opinionem Bartol. & restitutionem ex ignorantia dari, & ibi Paris. *num.* 5. dicit hãc esse magis communem opinionem. Idem asserit Boer. *d. decis.* 39. *num.* 6. & Soci. *consil.* 80. *col. fin. lib.* 3 & eandem opinionem magis probat Crauet. *d. libr. de antiq.* vbi *supra*, maxime ex *num.* 188. *d.* 4. *par.* Et ita concludit Balb. *d.* 4. *par.* 4. *p. quæst.* 29. *num.* 7 cum Imol. *in cap. fina. de præscript.* & ita Afflict. *decis.* 37. *column.* 2. *& decis.* 329. quibus in locis omnino in proposito æquiparat has præscriptiones, & dicit ita fuisse iudicatum. Et ita Rui *cons.* 26. *ad fin. lib.* 1. & Loffred. Neap. *consi. feuda*, 16 *ad fin.* & Syluan. *cons.* 4. *ad fin.* & Rebuff. *in constit. Gallic. Tom.* 2. *tit. de restitut. art.* 1. *n.* 26. *pag.* 119 Horum autem præcipua ratio est in æquiparanda vtraque longissima præscriptione, quia militat eadem ratio, nec est aliqua l. quæ aperte tunc restitutionem neget. Contrarium vero non semel tenuit Alexan. sibi contrarius, vt *supra*, imo quod opinio Bartol. non extendatur ad præscriptionem 40. annor. & ita Soci. sibi contrarius *cons.* 30. *in fin. lib.* 3. *& cons.* 194. *nu.* 6. *lib.* 2. ita etiam resoluit Lec. *cons.* 29. Curt. Sen. *cons. pen. lib.* 3. Socin. Nep. *cons.* 149. & latius *cons.* 145. *num.* 77. *lib.* 1. vbi diligenter tractat, & dicit hanc esse communem sententiam. idem *consi.* 115. *num.* 43. *lib.* 2. & Ioann. Dilect. *de arte testand. tit. de acquir. hared. caute.* 8. Couarru. *in d. c. possessor.* 3. *part.* §. 3. Gome. *in* §. *rursus, colum.* 4 *ad fi. Insti. de acti.* Dec. *in l.* 2. *C. qui admit.* Galiau. *in l.* 2. §. *& harum, num.* 39. & ibi Alciat. *num.* 72. *ff. de verb. oblig.* Anton. Rub. *cons.* 97. Zoan. *de reb. quotidia. cap.* 54. *num.* 1. & ita Barb. & Gozad. & Iaf. *in cons.* relatis à Tiraq. *d* §. 35. *gloss.* 4. *num.* 37. Et sic vides miseriam Iurisprudentiæ ex tanta Scribent. varietate non parum Reip. pernicioſa : horum autem præcipuum fundamentum est ex verbis *l. omnes, C. de præscript.* 30. *annor.* quæ geminate inquit plenissimam securitatem parari ex præscriptione quadraginta annorum, plenissima autem securitas excludere videtur restitutionem in integrum, per ea, quæ citant. Quam considerationem inquit Curt. Sen. *d. cons pen. colum.* 3. cum magna lætitia vidisse in consil. Alexa. quem aureum Doctorem appellat, memor, quã varie in hoc locutus fuerit idem Alexan. nec immemor illud fundamentum (quod magni facit) fuisse Bal. *in l. fina. num.* 5. *ad fin. C. ex quibus caus. maior.* quem refert Aret. vbi hanc partẽ magis probare videtur *dict. cons.* 104. *nu.* 3. *& seq.* Hæc de numero autorum non sine improbo labore, de iudicio autem & electione verius puto, vt contra præscriptionem 40. annorum non admittatur talis restitutio, ne offendantur verba generalia & geminata amplissimę securitatis *d. l. omnes*, maxime cum ea præscriptio non incipiat contra aliquẽ, nisi post pubertatẽ, vt *in l. sicut, C. de præsc.* 30. *annorum.* & in nostro text. *in fin.* Et sic longior sępe manet, quam eius verba sonent: vnde post tantum tempus perniciosũ esset lites susciture, vetustissimosq; possessores inquietare, contra text. *in d. Authen. hæc constitu. collat.* 8. Idq; mihi maxime comprobari videtur ex decisione iuris inducentis efficacẽ præscriptionẽ ex lapsu 40. annor. contra eccleſiam, *cap. de quarta, & cap. illud, de præscript. & Authent. de eccleſiastic. titu.* §. *pro temporalib. colum* 9. Sed contra Bart. & communem opinionem etiam in præscriptione 30. annorum, & in longa præscriptione veriorem puto opinionem Bal. & paucorum, quos *supra* retuli, vt restitutio non detur contra præscriptionem, quod etiã probat glo. *cap. auditis, verb. eccles. de in integr. restitut. ad fin. ibi, Verius videtur, quod contra præscrip. non detur restitutio, ne frustra, imo loquentia de præscriptione, sint statuta*, & hanc partem magis probare videtur Couarru. *ad fin. d. cap. possessor.* Pro qua opinione vrgent multa quæ adducit Anchar. *d. cons.* quib. nõ satisfacit Socin. *in d.* §. *in hac.* nec Felin. *in d. cap. vigilanti.* nec alij sequentes opinionem Bar. Vere enim nimis vrget decisio & ratio *l. final. C. de præscrip. long. tem.* vbi aperte ea præscriptio tam datur contra ignorantem, quam contra scientem, & tex. *in Authent. malæ fidei, C. de præscript. long. temp.* quod omnes agnoscunt, sed cauillando respondent, nõ ideo negari restitutionem, quod *infra* reiiciam. Obstat magis ratio eiusdem l. quæ stare non videretur, si restitutio admittatur, ibi, *nulla scien-*

la scientia vel ignorantia expectanda, ne altera dubitationis inextricabilis oriatur occasio. Vrget secundo ratio iuris inducentis vsucapionem ad bonum publicum, quod præferri debet vtilitati, & causæ singulorum, vt sic effectus vsucapionis non rescindatur ex ignorantia partis, iuxta ea quæ *supra* deduximus *nu.* 39 *& seq.* Tertio facit, quod vere inquit Anchar. *dict. consil.* si restitutio tunc concedatur, inania fere reddi omnia iura, quæ effectum vsucapionis, & præscriptionis tradunt, contra reg. *l.* 2. *C. commu. de lega.* Quarto vrget quod videmus in iure nostro, restitutionem dari absenti, vel iuste impedito, & de iis causis varia exempla tradi, nunquam vero de ignorante mentionem fieri, vt patet ex *l.* 1. *cum seq. ff. ex quib. caus. maior.* Quinto fortissime vrget ponderatio *l. vnic. C. de vsuca. transfor.* quam refert Soci. cauillose respondens *in d. §. in hac. column.* 5. & eam tradit Paris. *in d. cap. vigilanti.* verba enim d.l. in vsucapione iure completa, nullum recursum admittunt, vt patet, *ibi, nullus ad eas reseruabatur regressus, & ibi, nescientibus dominis.* Sexto iuuatur hæc pars ex qualitate & natura rei, ius enim pro constanti habet eum, contra quem vsucapitur, ignorare, & tamen vsucapionem admittit, ob rationes, de quibus *supra.* Quæ euincunt, ne contra tam solennem iuris decisionem restitutio detur: idque satis probatur in casu huius tex. vbi pater omnia facit filio ignorante, & tamen præscriptio cũ suis requisitis admittitur. Septimo pro hac parte posset noue induci, quod probatur de iure Canonico *in d. c. vigilant. in fin.* & aliis locis, vbi Scrib. fatentur præscriptionem induci contra ignorãtem, sed respondent, quod dabitur restitutio, sicut impedito. Quæ cauillatio non potest stare, si teneatur opinio eorum, qui scribunt Iure Canonico potius non currere tempus impedito, etiam impedimento facti, nec esse necessariam restitutionem, vt *sup. num.* 47. Ita enim eodem Iure Canonico ignoranti non curreret præscriptio, nec oporteret spectare restitutionem. Octauo contra communem vrget ratio, vt vitentur multa absurda, quæ resultarent ex tali restitutione contra præscriptionem, maxime longissimã: facilime enim deduceretur causa ignorantiæ, quæ etiam iure præsumitur, secundum communem allegationẽ, *l. verius, ff. de probat.* Nec erat verosimile, quem pati rem suam vsucapi, si id sciret: quotidie igitur rescinderetur vsucapio & præscriptio, frustratoriaque rederentur omnia iura tam serio tractantia effectum vsuca. in infinitumque procederet illa causa ignorantiæ. Quæ absurda sequũtur necessario ex communi opin. vt negare non possunt eam tenentes. Boer. *d. decis.* Aym. *d.* 4. *par. de antiq. num.* 196. *& seq.* Grat. *d. cons.* 125. *ad fi. lib.* 1. *& cons* 91. *num.* 54. *eo volum.* & Zoan. *d. cap.* 54. *in fi.* Nono probatur hæc opin. arguendo à repugnantia omnium Dd. in proposito ipsi enim dicunt ignorantem restitui aduersus ordinariam & longissimam prescriptionem, darique quadriennium ad petendam restitutionem: illud autem quadriennium nunquam incipere contra ignorantes, sed demum à tempore scientiæ, vt not. Bal. *in l. falsam, C. si ex fals. instrum.* & est recep. opin. ex Panor. *in c.* 1. *in fi.* & ibi Feli. *num* 9. *de præscri.* extollit Alex. *cons.* 69. *nu.* 6. *lib.* 3 *& in cons.* 81. *in fi. lib.* 5. Balb. *d.* 4. *par. q.* 29. *ad fi.* Dec. *cons.* 36. *num.* 9. Aretin. *cons.* 15. *ad fin.* Socin. Nep. *consil.* 128. *num.* 168. *lib.* 1. Iacob. à S. Georg. *in l. fi. nu.* 7. *C. de temp. in integ. restit* Hippol. *singul.* 572. Iason *in §. rursus, num.* 74. *Instit. de actt.* Rube. *cons.* 98. *n.* 3. *& alibi* fæpe Scrib. vt tradit Tiraq. *d. §.* 35 *gl.* 4. *n.* 43. & Couarruu. vbi *supra*, secundum quod nec lapsus centum annorum, nec immemoriale tempus sufficeret contra ea, quæ dicunt ijdem Dd. non aduertentes quam sibiipsis repugnent. 10. impugnatur communis opinio, quia secundum prædicta ex causa ignorantiæ ita post longissimum tempus restitueretur quilibet priuatus, sicut ecclesia, in qua & in minore Dd. ipsi inaduertenter dicunt esse speciale, vt vltra longissimum tempus præscriptionis, detur restitutio, vt per glo. *in Auth. quas actiones, verb. excluduntur*, & ibi Ias. *num.* 33. eam dicit communem opinionem, & Dec. *d. cons.* 29. *& cons.* 375. *ad fin.* Socin. Nep. *cons.* 56 *colum. fin. lib.* 2 Rom. *cons.* 123. *nu.* 4. Dec. *consil.* 36. *num.* 9. Afflict. *in constitut. Neap. lib.* 3. *Rub.* 31. *in fin.* & saltem ex causa ignorantiæ par ius esset priuati & ecclesiæ, vt colligitur ex Aretin. *consil.* 15. *ad fin.* Tandem hæc opinio contra Bartol. & communem magis fundatur reijciendo responsionem, qua vtuntur Bart. Alexa.

Alex. Socin. & omnes ad iura clarissima, quæ habent, præscriptionem perficicõtra ignorantem: maxime *d. l. fin. Cod. de præscript. long. temp.* Ipsi enim respondent ex verbis præcisis, & generalibus non excludi restitutionem, tanquam remedium extraordinarium, per gl. *l postquam liti. verb. nulla. Cod. de pact.* Qui respondendi modus non solum cauillosus est, legemque verbis, non rebus, impositam redderet, sed etiam manifeste corruit ex verb. *d. l. omnes, C. de præscript.* 30. *annor.* Magisque reiicitur, attento quod doctrina gloss. *in d. l. postquam liti.* & aliæ quæ de restitutione adduci possent, procedunt, quando lex loquitur generaliter de aliquo actu, contra quem neminẽ admittit: tunc enim ea generalitas non excludit restitutionem minoris, vel aliã in iure expressam, quia l. tũc manet vtilis & efficax regulariter in omnibus aliis: nec iuris ratio patitur, vt verba generalia excludant beneficium alibi in iure specialiter concessum, iuxta gloss. celebrem *in l. 3. C. de silentiar.* At *in d. l. fin.* & in nostra materia indistincte approbatur præscriptio contra omnes etiam ignorantes, & contra ecclesiam, & cõtra eos, qui Minores fuerunt, & qui olim agere non poterant: cum moderamine tamen, vt præscriptio non incipiat, nisi post pubertatem, postquam agere potest is, contra quem vsucapitur. vt in nostro text. & in aliis de quibus supra. Post quæ omnia si adhuc ex cauillationibus Scribent. daretur restitutio, qua rescinderetur præscriptio, inania redderentur ipsa iura, quatenus de præscriptione contra ignorantes loquuntur: non enim omissum censeri potest id, quod specifice exprimitur, & ita retorquetur argumentatio ex gloss. *d. l. postquam liti.* Nec obstat text. *in d. §. si quis propter. l. 1. ff. de itiner. actu. priua.* & alia iura, quæ pro communi opinione adducuntur: non enim loquuntur de ignorãte, sed de impedito iusto impedimento, vt fatetur Socin. *in d. §. in hac, num. 8. ad fin.* cui addo quod tex. in dict. §. loquitur tantum de eo, qui vniço anno iure suo non vtitur propter ineuitabile impedimentum, vereque non loquitur in præscriptione, nec est par ratio tam breuis temporis ad longum vel longissimum. In tempore namque vnius anni, vel alio ita breui cessant absurda, & incommoda, quæ resultarent, si longi temporis vsucapio rescinderetur. Ideoque apud Scribent. receptum videtur, vt tam modicum tempus ignoranti non currat, quod ex multis tradit Tiraqu. *d. §. 35. gloss. 4. numer. 22.* Ex his (quorum plura nostra sunt) probabilior, & Reipub. vtilior videtur opinio contra Bartol. & communem, vt ex causa ignorantiæ non detur restitutio aduersus præscriptionem iure cõpletam, ne aliter inextricabilis confusio, odiosaque litium occasio resultet, contra *d. l. fina. C. de long. temp. præscriptio. & l. fin. ff. de vsucapion. pro suo.* contra text. notabil. *in Authe. hæc constitu. col. 8.* contra rationem *l 6. ff. de except. rei iudic.* Retenta autem opinione Bart. & communi, vt contra præscriptionem detur restitutio ex causa ignorantiæ, restringenda est aliquibus modis per Felin. *in d. cap. vigilanti.* & Balb. *in d. q. 29* maxime cum Imol. quem referunt, quod ignorantia tunc debet esse iusta & probabilis, & ita Alex. *ad Bart. in d. §. si quis propter*, Alexan. & Socin. *in dict. §. in hac*, Paris. *in d. c. vigilanti. num. 6.* Boer. *d. decis. 39. ad fin.* & fere omnes in locis *supra* citatis, Roman. & alij quos citat Dec. *cons. 266. in fin. & in l. 2. C. qui admit.* Præcipuumque iustæ ignorantię exemplum traditur in hærede, vel alio successore, si in hæreditate documenta iuris sui nõ extent, ex vulg. *leg. qui in alterius, ff. de reg. iur.* vt per Alex. & Socin. *in d. §. in hac*, & Affli. *decis. 37. n. 2.* Grat. *cons. 125. n. 5. lib. 1.* alias non excusaret ignorantia, si adhibita diligentia posset rei notitia haberi, secundum Dd. vbi *supra*, Aret in. *cons. 15. ad fi.* plene Tiraq. *d. §. 35. gloss. 4. nu. 33.* facit text. *in l. quib. dieb. ff. de cond. & demonstr.* Ex quo infertur, quod cum ignorantia hoc casu debeat esse iusta & probabilis, non sufficiat dubitatio, licet alibi dubius & ignorans æquiparentur, *l. fin. C. de condi. indeb. l. fin. §. 1.* & ibi Bart. *C. de fur.* bonus tex. *in l. scriptum, ff. de Carbo. edict.* Infertur etiam ex supra dictis contra fere omnes *supra* citatos, quoad causam ignorantiæ, non esse speciale ius in eo, qui minor fuit, cum præscrip. longi vel longissimi temporis nõ perficiatur nisi multo post, quam is effectus est maior. Infertur etiã communem opinionẽ tutius procedere, quando in vsucapione contra ignorantem ageretur de actione personali, puta alicuius legati vel debiti, cuius notitiam

tiam non habuit is, cui soluendum erat, quia tunc vsucapiens verè non habet causam, seu titulum vsucapiendi, nec militat tunc ratio tuendi antiquum possessorem, *l. litibus, C. de agri. & censit.* Multò tutius procedet communis opinio, quãdo soluere debens, non haberet iustam ignorandi rationem, puta si hæres habẽs penes se testamentum, non præstiterit in eo relicta. tunc enim iniquè se præscriptione tueretur, neque condemnationem vitaret, ob præsumptam malam fidem, ex Panor. *cons. 19. ad fin. lib. 2* facit *l. qui cum tutoribus, § qui per falluciam, ff. de transaction.* Tiraq. *§. 35. glos. 4. num. 29.* Ex quo nouè & eleganter sustinebitur glos. *pen. in d. l. si partem, ff. quemadm. serui. ami.* dum intelligit text. ibi, qui loquitur in relicto ab hærede præstando, quod legatarius ignorabat: vnde nil mirum si in ea specie ius legatarij saltem restitutione seruetur, quod Dd. non aduertũt. Tãdem ex *supra* dictis infero, neminem ex Scrib. recte accepisse gl. quam pro communi opinione citant (vt *supra*) *in l. sec. in fin. C. de iur. emphyt.* dum excusat hæredem emphyteutæ, qui iuste ignorans qualitatem rei, non soluit debitam pensionem: id enim proprie non est restituere contra præscriptionem. Nec tunc militat præcipua ratio non inquietandi vetustos possessores, cum idem hæres possideat. nec offenditur ratio *l. 1. ff. de vsucap. & l. fin. ff. de vsucap. pro suo,* satisq; est, vt hæres emphyteutæ postquam nouerit rei qualitatẽ, præteritas pensiones soluat. in quo gl. est communiter approbata, secundum Iaſ. *ibi, n. 184. & d. l. cum filius, §. in hac, n. 7. ff. de verb. obli.* & ibi Alex. & Aret. *cons. 104. col. 1.* Et de his hactenus ad decisionem huius Authen.

SVMMARIVM.

1 *Ex hac l. 2. colligitur ampliatio ad l. 1. supra eod.*

2 *Ex eadem l. declaratur prohibitio alienationis, vt hypothecam comprehendat.*

3 *Expenditur litera ad aliud, quod tractatur in l. 1.*

4 *Ex litera agente de successione ex testamento & ab intestato aliqua inferuntur.*

5 *Agitur de intellectu l. 3 §. de illo, ff. pro socio. & l. lege obuenire, ff. de verborum signific.*

6 *Reiciuntur scriptæ interpretationes ad ea iura, probatutque contra Alci. Bud. & plures, non esse differentiam inter iustam & legitimam hæreditatem, vsque ad num. 8.*

9 *Infertur ad vtilem quæstion. de emphyteusi accepta pro se & suis hæredibus, vel pro se & legitimis, & num. 10. & adducuntur alia vtilia in simili vsq; ad nu. 12.*

HÆc l. 2. ampliat decisionem l. 1. vt ibi dixi *in 1. par. n. 68.* probat enim quod ibi statuebatur in bonis à matre venientibus, locum habere in bonis venientibus ab auo, vel auia, proauo vel proauia, lineę materne, vt in eis pater solum vsumfructum habeat, alienare autem nequeat. Quæ extensio tempore huius l. necessaria erat secundum Bal. & alios hic, quod latius probaui in dict. loco, vbi etiam ex l. alia deduxi pro recepta sententia contra aliquos. Ex litera huius *l. ibi, alteri obligare,* 2 colligo hic expressim probari, quod trado *in 3. parte, l. 1. num. 18.* dum iura prohibent, ne pater alienet aduentitia filiorum, verbo, *alienationis* comprehendi pignus & hypothecam, vt sic in proposito cessent, quæ Antiqui & Nouiores controuertunt ex *l. in quorum, ff. de pignor. cum l. fin. C. de reb. alien.* Colligo etiam ex litera huius l. ibi, *donatione, vel alio titulo largitionis.* hic aperte probari, quod contra aliquos annotaui *in tertia part. leg. 1. versicul. infertur 29.* vere & proprie liberalem donationem appellari, quæ liberis seu descendentibus fit, nec minus donationem appellari, eo quod successio bonorum necessario eis à lege post mortem donantis deferatur, quod ibi eleganter tractatur. Habet etiam hæc l. 4 non esse in proposito differentiam inter successionem ex testamento, vel ab intestato. Ex quo ornatus & vtilitatis gratia infero ad intellectum & conciliationem text. *in l. lege obuenire. 120. ff. de verb. sign. cum l. 3. §. de illo, ff. pro socio,* in quibus conciliandis torquentur Scribent. Vlpianus enim inquit, *lege obuenire hæreditatem non improprie quis dixerit etiam eam, quæ ex testamento defertur, quia lege 12. tab. testamentariæ hæreditates confirmantur.* Paul. autem *in d. §. de illo.*

de illo. speciem proponit in hæc verba: *de illo quæritur, si ita societas coita sit, vt si quæ iusta hæreditas alterutri obuenerit, communis sit, quæ sit iusta hæreditas, vtrum quæ iure legitimo obuenit, an etiam quæ ex testamento? Et probat illius est ad legitimam hæreditatem tantum hoc pertinere*. gloss. autem *in d. l. lege obuenire*. scribit, ibi regul. *in d.* §. particularem casum tradi, quæ interpretatio nullius momenti est, qui difficultatem non tollat, nec exprimat, cur decisio dict. § deuiare videatur à regula dict. l. Iason vero, Decius, Curtius, & nouissime Cagnol. nimis circa ea iura laborant *in l. vnica. C. quando non petent. part.* de quo etiam agunt Alex. & Bellon. alijque statim citandi. Alber autem *in d. l. lege obuenire* distinguit inter dispositionem legis, & hominis, vt in priori procedat regul. d. l. & legitima vel iusta hæreditas dicatur etiam ex testamento, in secunda strictius intelligatur de ea, quæ tantum ab intestato defertur, & ita procedat decisio ad §. quod sequitur Iason *in d. l. vnica, numer.* 8. Sed Dec. ibi *in vtraque lectu.* acriter hoc impugnat, & Alciat. *in d. l. lege obuenire, & lib.* 4. *Parad. cap.* 7. Crebrius autem intelligunt & reconciliant Scriben. vt Vlpian *in d. l.* loquatur secundum latiorem significationem, & quasi per extensionem. Paul. autem *in d.* §. loquatur magis secundum propriam & strictam significationem, vt per Dec. Cur. *in d. l. vnica.* & ibi hoc dicit receptius Hiero. Cagno. & Bellon. *lib.* 3. *supputa. cap.* 7. quod tradunt, Barto. & Fulgos. *in d.* §. *de illo.* & ante eos omnes notauit glos. (quam omittunt) *in l. legitimam.* 8. *ff. de petitio. hæredit.* ex quo posset magis impugnari differentia Alber. & Iason inter dispositionem legis & hominis. verba enim legis magis accipienda viderentur secundum propriam significationem, verba autem hominis facilius trahuntur ad abusiuam significationem, *l. non aliter.* §. 1. *ff. de legatis tertio*. Ego puto verum quod gloss. Bart. & communis traditio habet, vt *in d.* §. *de illo.* decisio consonet propriæ significationi, nec tam proprie iustam vel legitimam hæreditatem appellari ex testamento: nec obstat quod aliqui obijciunt ex verbis Vlpia. *in d. l. ibi, non proprie*, cui obiectioni satisfaciunt Deci. Curt. & Cagnol. vltra quos obseruari potest ex multis legibus illius *tit. de verb. signif.* ibi non semper tradi propriam strictamque significationem, quod in specie probaui *in Authen. præceden. ad l. alienationis verbum, ff eod.* Sed illa communis resolutio (verum continens) non tollit difficultatem, nec aperit, cur Vlpian & Paul. in eadem quæst. verborum diuersimode respondeant. adhuc enim manet hæsitatio, cur alter iuxta latiorem significationem, alter iuxta magis propriam respondeat. Vnde Alciat. *in d. l. & d. cap.* putat longe aliter ea iura intelligenda, & Scribent. ex imperitia linguæ latinæ non percepisse sensum 1Ctor. *in d. locis.* resoluit igitur, differentiam esse inter iustam, & legitimam hæreditatem, & Paul. *in d.* §. tantum agere de iusta. Vlpia. autem *in d. l.* agere de legitima. contenditque verbum, *iustam*, habere emphasim, tantumque referri ad id, quod ex omni parte iustum sit, legitimum vero dici, quod etiam non omnino iustum est, quod etiam voluit Guliel. Bud. & Costal. *in Annota. d.* §. & neminem citans Ripa, *in l. ex facto.* §. *fin. n.* 10. *ff. ad Trebe.* sequitur Couarru. *in Rubr. de testam. fol.* 2. *num.* 5. Sed eam verborum differentiam vel potius cauillationem prorsus falsam & reiiciendam probaui olim in hac insigni Acade. Conimbricensi: idque inter mille positiones (quas publice sustinui) typis excusum edidi Anno M. D. XLV. posteaque eandem differentiam bene improbatam legi apud Bellon. *in d. c.* & Cagnol. *in d. l. vna.* Ad decisionem enim casus occurrentis ineptum erat adhærere tã captiosæ differentiæ, cũ magis attendi debeat qualitas negocij, mens loquentium, & vsus loquendi secundum regulas iuris. Nec erat iuridicũ dicere, quod hæreditas ex testamento non possit appellari iusta, vt ab Vlp. appellatur legitima, repugnat enim manifeste *l.* 1. *C. de sacros. eccles.* imo successio ex testamento sæpius ex iudicio & meritis est magis, quam delata ab intestato solo respectu sanguinis, quod apte comprobatur ex elegantissimis verbis Valer. Maxi. *in proœm. lib.* 4. *c.* 7. *Contemplemur*, inquit, *amicitiæ vinculum potens & prævalidum, nec vlla ex parte sanguinis viribus inferius: hoc etiam certius & exploratius, quia illud nascendi sors fortuitum opus, hoc vniuscuiusq; solido iudicio incoacta voluntas contrahit*. Contra Alciat. Bud. & alios multa iura expendi possunt,

circa verbum, *iusta*, ne illam emphasim habeat, quam ipsi fingunt, idemque omnino importet quod verbum *legitima*. † Id autem probatur ex Vlpian. *in l. cum filio.* 58 *in fin. ff. de legat.* 3. vbi iusta ætas appellatur ea, quæ passim in iure legitima dicitur. Sic iusta possessio apud Iabolenum pro ciuili ponitur, *l. quod seruus*, 24. *ff. de acquir. poss. ff.* Sic iustus filius apud Caium pro legitimo seu adoptiuo, *l.* 2. *ff. de adop.* & pro legitimato, *l. cum quis*, *C. de natur. liber.* Sic apud Iulianum iusta interpretatio pro legitima, non omnino perpetua, vt *in l. iusta.* 201. *ff. de verb. signif.* Sed fortius apud Vlpian. iusta vxor dicitur, quæ solo rescripto principis vxor fit, refragante lege, & dissuadente honestate, vt patet ex *l. si senatori.* 31. *ff. de rit. nup.* Sic in iure nostro *iustum* appellatur, quod extrinsecus formam solennem habet, licet ob iniquitatem rescindi possit, *l. si ciu. C. de appell.* Et ita necessario accipitur apud IC. *in l.* 1. *ff. de testam. & in l. iuste poss. 1. ff. de acquir. poss.* de quo verbo alia tradit Mantua. *enchirid. cap.* 249. Sed interpretatio Alciat. Bud. & aliorum manifeste confunditur ex *eod* § *de illo*, cuius verba si aduertissent, nunquam eam interpretationem scriptam reliquissent, ex verbis enim illius tex. *supra* relatis constat, quæstionem vel casum † proponi per verbum, *iusta*, & dubitari quæ tunc dicatur iusta hæreditas: IC. vero respondere ea verba excludere successionem ex testamento, ad solamque legitimam hæreditatem pertinere. Et sic patet ibidem omnino æquari iustam & legitimam hæreditatem, & manifeste significari, idem respondendum, si conuentio ibi fuisset de legitima hæreditate communicanda, quod sentit Dec. *cons.* 258. *num.* 8. colligitur ex Barto. & alijs *in l.* 3. *ff. de legat.* 1. sentit Iacob. à S Georg. *in l. si arrogator. num.* 11. *ff. de adoptio.* Et ita reijcitur interpretatio Alc. Bud. Rip. Costal quam etiam probabat Hubertin. *in l. fin. num.* 152 *C. de edict. diui Adri. tollen.* Nec teneri potest alia interpretatio Hubertin. Zuchard. *in d. l. final. C de edict. diui Adria. tell. n.* 150 dum intelligebat *d.* §. *de illo*, specialiter procedere in contractibus, quod ridiculum videtur, cum in conuentionibus frequentius eadem interpretatio sumatur, quæ sumitur in alijs dispositionibus. Nec erat diuinandum, quod traditio Vlpiani *in d. l. lege obuenire*, scripta fuerit non pro contractibus, sed pro aliis dispositionibus, quod magis suadetur & conuincitur ex statim dicendis. Reiectis igitur scriptis 7 hucusque interpretationibus, verius intelligendum videtur, nullam esse contrarietatem in illis iuribus, Vlpianumque in dict. l tantum loqui de latiori significatione verbi, quasi inter peritos ita possint accipi verba illa, *iusta, vel legitima hæreditas* non vero vt inde inferatur ad decisionem causarum, de qua re agit Paul. *in d.* § Sic enim videmus apud Vlpianum, nomen filiarum sine dubio in posthumas cadere, vt *in l. nomen filiar.* 164 *ff. de verb. signif.* Hoc autem quoad vim verbi, cæterum in decisione casus occurrentis, in relicto filiabus regulariter non comprehendi posthumas, tradit idem Vlpian *in l. qui filiab.* secundum communem intellectum, *ff. de legat.* 1. Quo generice præmisso, magis in specie ad ea iura dicendum est, verum esse quod magis communiter tradunt glos. & Dd. vbi *supra* ex stricta & magis propria significatione, legitimam vel iustam hæreditatem intelligi, quæ à sola lege ab intestato defertur, latiori autem significatione, ex qua extensiue legitimam hæreditatem dici ex testamento, vt bene probant Deci. Curt. & Bellon. vbi *supra*, maxime ex ratione Vlpia. *in d. l.* arguentis à confirmatione legis. Quo significat successionem testamentariam non immediate, nec omnino proprie à lege descendere, sed tantum ab ea confirmatam fuisse, iuxta *l. verbis*, 120. *ff. de verb. sign.* de qua agunt repeten. *in Rubr. ff. de lega* 1. Posset que ea confirmatio legis nouæ expendi ad id quod tradit glo. † *in l. illa institutio.* 32. *ff. de hæred. instit.* vt scilicet necessaria fuerit confirmatio successionis testamentariæ, quia de rigore, dispositio testatoris irrita videbatur, cum de bonis disponat conferendo voluntatem ad tempus inhabile, nempe post mortem, quo iam nullum ius in bonis habere potest, tradunt Iaf. & Dec. *in Rubr. C qui testam facer. poss.* quod authoritate Ezechiel. (quem male citat) probabat Lorio. *de additione Axiom.* 7. de quo aliter Vigl. *in* §. *sed prædicta num.* 12. *Instit. de testam.* Ad Paulum *in d.* §. *de illo.* verus sensus colligitur, eo quod ex verbis conuentionis aperte significabatur, contrahentes noluisse, vt omnis hæreditas

ditas communis esset. Si enim id voluissent, conueniissent per verba vniuersalia, *omnis vel quæcunque hæreditas*, vel saltem per indefinita, *vt hæreditas alterutri obueniens communicetur*. Contrahendo autem per verba illa qualificata, *iusta vel legitima hæreditas*, plane significant, non omnem hæreditatem communicandã, sed eam tantum, cui qualitas illa iustæ vel legitimæ hæreditatis congrueret, iuxta reg. vulg. *l. cum prætor. ff. de iudic. c. nonne, de præsump.* Ideo in d.§. IC. memor ciusdem traditionis, quæ habetur *in d.l. lege obuenire*. inde sumit rationem dubitandi, qua non obstante respondet in ea specie, conuentionem intelligi tamen de hæreditate legitima, seu ab intestato. Quia licet ex vi verborum posset comprehendi hæreditas ex testamento, prævalere in contrarium debet vero similis mens contrahentium collecta ex qualitate conuentionis, vt *proxime* colligendum ostendimus. Quod etiam comprobatur, quia cum ex conuentione constabat, contrahentes à communicatione aliquam hæreditatem excludere voluisse, necessarium fuit ex propriori significatione verborum excludere hæreditatem testamentariam, quæ non tam proprie, nec immediate à lege est. Nec solũ ex hoc iustificatur decisio d.§. sed etiam ex frequentissimo iuris vsu, quo sæpissime videmus legitimam hereditatem accipi tantum pro ea, quæ differtur ab intestato, & vbique proponi, vt diuersam à successione ex testamento, vt tradit Cast. *in l. si ita quis, § ea lege ad fi. ff. de verb. oblig.* patetque ex innumeris iuris locis. *ff. & C. de suis & legit. hæred. ff. & C. de testa. & legit. tutel. ex l. illud. 76 ff. de acqui. hære. ex l. si quis ita hæres instituatur, si legitimus, 82. ff. de hæred. instituend. ex l. qui fund. 86. § qui filios, ff. ad leg. Falc. ex l. mater decedens, ff. de inoff. testament. ex l. in arenam, C. de inoff. testamen.* Idemque colligitur ex Corn. Tacit. *lib.* 18 *pag. mihi* 479. vbi successionem ex testam. vt diuersam ponit à legitima † successione. Prudentissime igitur IC. *in d.§. de illo.* ad quæst. respondet ex magis propria signifi. verborum, ex vero simili mente contrahentium, ex vsu iuris, quo inualuit ea verba tantum accipi pro hæreditate ab intestato. Inde enim aptissime colligitur mens loquentium, iuxta tex. notab. *in l. in conuentionib. 219. ff. de verb. signific.* & vulgarem regul. *l. liberorum, 50. §. quod tamen Cassius, ff. de lega. 3.* Multa enim ex vi verborum possunt comprehendi, quæ excluduntur ob defectum intentionis, vt probat tex. & ibi Bartol. *in l. Quintus, 29. §. 1. ff. de aur. & argen. leg. l. si quis ita. 16 §. si quis cum, ff. de testam. tute. ibi, quia de ipso non sensisset.* & ibi, *licet nomen filiorum ipsum non admittat.* Hæc sunt, quæ magis probanda existimaui ad ea iura. Est autem notabilis de- 8
cisio *d.§. de illo*, secundum Bal. ibi, melior de iure secundum Ias. *in dict. l. vnic. num. 4. Cod. quando non peten. par.* & Benedict. *in ca Raynutius. verb. & vxorem nom. num. 74.* plures enim contrarium eo casu re- †
sponderent. Et fortasse si talis cõuentio hodie vulgari sermone fieret, contrarium iudicaretur ex vsu loquendi, qui prævalet, vt *supra*. constat enim inter homines legitimam vel iustam hæreditatem non distingui ex causa testati vel intestati, sed accipi pro ea quæ absque fraude defertur, quod vulgo, *de bono titulo*, appellatur. Vnde secundum loquendi vsum, quem iura obseruari iubent, videretur absque offensione IC. *in d.§. de illo*, iudicandum, vt in tali specie hodie comprehendatur quæcunque hæreditas etiam ex testamento sine fraude obueniens. Decisio autem *d.§. de illo*, eleganter intelligitur ex Bart. *in l. 3. num. 3 ff. de leg. 1.* vt legitima vel iusta hæreditas in ea conuentione intelligatur etiam testamentaria, quando in testamento vocantur qui ab intestato successuri erant: quæ sententia receptior est secundum Alex. & Ias. ibi, quicquid refragentur Aretin. & alij, & cum Bar. Dec. & Cur. *in d. l. vnic* Et pro Bart. vrget gloss. *in l. pater. 36. §. Iulius. ff. de legat. 3.* recepta, vt per Ias. *in §. Diui. in prima lectu. num. 102. ff. de lega. 1.* Solet aliud colligi ex *d.§. de illo.* ad limitandam regu. prohibentem pactum de hæreditate viuentis, vt per Deci. & Purpur. latius Cagnol. *in l. final. ex num. 53. C. de pact.* Ex prædictis 9
autem inferunt Ias. Deci. Cur. *in d. l. vnic. C. quan. non peten. par.* & Nouiores, vbi *supra*, ad quæstio. emphyteusis concessæ alicui pro se & legitimis hæredibus. Cõsuluit enim Alexand. Imol tunc venire proximiores, quibus successio defertur ab intestato, quasi nullo modo admittantur extranei ex testamento, vt per eum *cons. 56. n. 4. li. 2.* vbi principaliter citat *d.§. de illo.* Et cũ Alexa. est Ias. *in d. l. vnic. nu. §.*

& ibi.

& ibidem Curt. qui *nu.* 11. *ad fin.* eam dicit communem sententiam : sequitur Benedict. *d. verb. & vxorem, num* 75. & Dec. *consi.* 32. *num.* 2. & consulendo Socin. quem refert Ripa *in l. ex facto, §. fin. num.* 10. *ff. ad Trebel.* vbi ipse dubitat. Contrarium autem probat Alciat. *in d. l. lege obuenire, ff. de verb. sign & dict. lib. paradox. ca.* 7. neminem citans, & cum eo Costal. *in Annotat. ad Pandect. pagin.* 305. idem scripsit Dec. *in dict. l. vnic. in vtraque lectu.* Et sic variant prædicti patres, alij admittentes tantum venientes ab intestato, alij quoscunque institutos. Cagnol. autem *in d. l. vnic. colu.* 3 durius scribit eo casu non venire extraneos institutos, quia legitimi non sunt, nec eis verba cõcessionis congruunt, nec etiam venire proximiores consanguineos, quia licet legitimi dicãtur ex qualitate verborum, hæredes tamen non sunt, cum alij ex testamento vocantur, iuxta regu. *l. quamdiu. §. 1. ff. de acquir. hæred.* quod scripsisse videtur Cagnol. ex eo quod alibi tradunt Scrib. in concessione sub illis verbis exigi, vt descendentes vel legitimi debeant simul hæredes esse, nec aliter ad emphyteusim vel feudum ita concessum admittantur, secundum Bar. *in l. 3. §. si liberi, ff. de oper. liber.* Pau. & alios *in l. apud Iulianum. §. si quis alicui, ff. de lega. 1.* dixi late *supra in tertia parte l. 1. ex num.* 85. *cum multis seq.* Quo etiam argument. Dec. receditab opinione Alexand. agnoscens non posse admitti proximiorem, qui ab intestato succederet, cum facto testamento alius hæres sit. Dec. tamen in ea specie excludens legitimum, admittit institutum, contra Alex. Cagnol. autem vtrumque excludit, contra omnes. Ego autem puto huic argumentationi Dec. & Cagno. bene satisfacere Curt. *in d. l. vnic. nu.* 11. Quando enim ex qualitate concessionis in feudo vel emphyteusi requiritur, vt legitimus successor sit hæres, intelligitur, ne si instituatur, repudiare possit hæreditatem, & feudũ vel emphyteusim accipere. Si autem alius instituitur, tunc quia per eum non stat, non excluditur à feudo vel emphyteusi, secundum Bal. & Afflict. *in cap. 1. an agnat. vel fil.* Bal. *in l. 3. col. 2. Cod. de fideicom.* Dec. *consil.* 208. *in fin.* Sylua. *cons.* 52. *num* 13 Iacob *de feud. verb. ita quod ipsi, num.* 5. Anto. Capy. *decis.* 64. *num.* 7. & *decis.* 99. *num.* 2. quæ opinio vtilis est, & æquitatem habet, vt nullo pacto teneatur, quod dure scribebat Cagn. excludés legitimos & institutos. Sed in ea q. opinio Dec. *in d. l. vni.* & Alc. *in d. locis* videtur regulariter probabilior, vt in emphyteusi ita cõcessã, legitimi hæredes intelligãtur ex testamẽto, cu affectio ex persona accipientis, non cõcedentis, tunc inspiciatur. Vrget etiã, nam cum in ea specie non agatur de conseruanda familia, satis est de iis hæredibus intelligere, quos primus acquirens, vel successor sibi hæredes elegerit. Namque & iuris regul. qua omnis contrahens hæredibus suis consulere censetur. *l. si pactum. in fi. ff. de probationib.* præcipue viget in hæredibus ex testamento, secundum Scriben. vbique, quorum aliquot in specie citamus *num seq.* Iuuatur nimis hæc opinio ex vsu loquendi, maxime in sermone vulgari, ex quo colligitur intentio agentis & decisio iuris, vt *supra* expendi, *nu.* 8. *& inf. n.* 12. Diuersum autem dicendum erit, vbi concedens speciali affectione familiæ accipientis consulere voluit, vel vbi testator de conseruanda familia cogitauit : tunc enim vigebit opinio Alex. vt cõsanguinei proximiores, non alij instituti, admittantur, quod fatetur Alciat. *in d. l. lege obuenire.* Hodie autem apud Lusitanos lege Regia, *lib.* 4. *tit.* 62. *in princ. & in §.* 2. pulchre deciditur in emphyteusi concessa alicui pro se & eo, quem nominauerit, nulla sequuta nominatione, venire indistincte institutos hæredes, etiam extraneos, quasi ex generali nomine hæredum, specialiter ad emphyteusim nominati censeantur. Ab intestato autem non indistincte omnes tunc ibi admittantur, sed tantum descendentes vel ascendentes: quibus deficientibus, emphyteusis ad dominum reuertetur, quod aliqualiter deuiat à communi traditione Scribent. qui indistincte admittunt omnem hæredem ex testamento vel ab intestato. Dd. per *l. 4. C. de contrah. stipu.* Alex. *consil.* 232. *nu.* 3. *lib.* 6. Iason. *in l. stipulatio ista, §. si quis ita, num.* 2. *ff. de verb. oblig.* Socin. *in l. 1. § per procuratorẽ, nu.* 5. *ff. de acquir. poss.* Dec. *consi.* 543. *num.* 3. Hippol. *singul.* 580 post Bal. *in l. 1. in fin. ff. de pact.* Pro opinione etiam Dec. dum *in d. quæst.* magis admittit hæredes ex testamento, facit de iure communi, quod tradunt plures in simili specie emphyteusis concessæ alicui pro se & suis

10 † 11 12

& suis hæredibus: veniunt enim quicunque ex testamento vocati, vel ab intestato proximiores. Nec ea verba, *suis hæredibus*, referuntur ad qualificatos hæredes suos, de quibus *in l. in suis. ff. de liber. & posthu. & § sui. Institut. de hæred. & quali. & differ.* vt tradit Alex. *in l. quod dicitur. num. 26. ff. de verb. oblig.* Alexan. *consil. 26. lib. 5* Deci. *in c. in præsentia. num. 48. de probat.* Id autem principaliter fundatur ex communi vsu loquendi, quo sui hæredes intelliguntur pro quibuscunque ex testamento, vel ab intestato in bona succedentibus, non spectata qualitate illa suitatis, vt bene tradit Guido Papa *q. 548.* & dixi *supra in 3. part. l. 1. num. 89.* Non ergo tunc intelligitur de solis consanguineis, seu hæredibus iure sanguinis. Vt caueas ab Æmil. Ferret. *cons. 3. num. 1. vers. sed si de successione.* Hoc autem probatur *d. l. Regia, lib 4. tit. 2. §. fi.* iuncta alia lege (ad quam se refert) *eod. lib. titu. 77. §. pen.* vbi in emphyteusi pro se & suis hæredibus, veniunt qui cum effectu hæredes sunt, ex testamento vel ab intestato. Dum autem leges illæ loquuntur de cõcessione emphyteusis pro se & hæredibus & successoribus, memorandum est quod scribit Ioan. Imol. *in dict. l. quod dicitur. col. 10. numer. 14. ff. de verbor. oblig.* non obstante ea geminatione verborum non comprehendi particulares successores, sed tantum vniuersales, siue Iure Ciuili, siue prætorio succedentes. & ita Alex. *in l. quædam. §. nihil.* & ibi Iaſ. *num. 4. ff. de edend.* Dec. *consil. 208. num 7.* Rip. *lib 2 respons. cap. 26. num. 17.* Curt. Sen. *consil. 82. seu consil. penult. colum. 4.* Quod plures intelligunt, nisi addatur signum vniuersale, *quibuscunque*, vt tunc veniant particulares successores. Alexan. *in dict. l quod dicitur. num. 26.* Iason. *in dict §. nihil num. 4.* Alexand. *in l. stipulatio ista. §. sicut autem. num. 6. ff. de verbor. obligat* Iason *in l 2. num. 198. C. de iur. emphyt.* Sed si opinio Imol. vera est, hæc limitatio dubio non caret, nec enim dictio vniuersalis ita immutat rei naturam, vt tradit Iacob. à S. Georg. *de feudis, verbo, quibuscunque hæredibus.* late Tiraq. *de retract. ligna. §. 1. glo. 7. num. 27.* Et pro hac parte vrget text. ad quem non aduertit Alex. *in d. §. sicut autem. l. stipulatio ista.* vbi verbum, *quicunque successores*, non comprehendit particulares, secundum gloss. & omnes ibi, ex iuris principiis conducunt nimis quæ scripsi *supra in Rubr. ad fin. 1. part.* Dixi proxime, non carere scrupulo limitationem Alexand. & aliorum, si opinio Ioã. Imol. vera est. Ego enim eam veram non puto, sed magis crederem, in concessione facta alicui & hæredibus & successoribus regulariter (nisi aliud impediat) non excludi particulares successores, id autem satis probat tex. (ad quem aduerti non solet) *in l. in conuention. 219. ff. de verbor. signif.* id iuuatur etiam, quia tunc non agitur de conseruanda familia concedentis, vel accipientis, nec vertitur vllum in commodum domini, cui à quocunque successore pensio soluenda est, nec ei adimitur aliquid ex iis quæ sibi competunt, ex *l. fin. C. de iure emphyteu.* nec obstant iura, quæ in contrarium adduci solent, quia loquuntur, vbi qualitas rei aliud suadet, vel vbi agitur de conueniendo successore: actio enim non datur contra particularem, secundum iuris regulas, sed de his alibi latius.

SVMMARIA L. 3.

1 *Diuiditur & colligitur principalis conclusio huius l. & num. 2.*
3 *Assignatur ratio specialitatis ad decisionem huius l.*
4 *Ostenditur, lapsos fuisse aliquos in allegatione huius l. & num. 5.*
6 *Colligitur altera conclusio memorabilior ex hac lege, & num. 7.*
8 *Agitur de gloss. l. 3. C. de vsufruct.*
9 *Sustinetur gloss. hic contra plures.*
10 *Colligitur alia conclusio, & inferuntur aliqua memoratu digna. & num. 11.*
12 *Asseritur vsus contrarius principali decisioni huius l.*
13 *Traditur aliud ad literam huius l.*
14 *Explicatur aliud contra Cynum, & Petr. & Socinum Nep.*
15 *Asseritur aliud non negligendum, vt decisio huius l. non censeatur correcta nouiori iure.*
16 *Tangitur & omittitur illatio Scrib. ad quæstionem celebrem.*
17 *Infertur ad l. filius. ff. de suis & legit. hæred. contra Alcia. & num. 18.*
19 *Infertur ex verbis huius l. ad articulum notabilem & quotidianum, & explicantur aliqua vtilia.*
20 *Limitatur quod lex hæc dicit, & agitur de l. fin. C. de natur. liber. & n. 21. & 22.*
23 *Tra-*

23 *Traditur fauor filiorum primi gradus.*

24 *Infertur ex verbis huius l. ad casum memorabilem, & explicantur aliqua vtilia ex Scribent. in l.1. C de condi. infer. & l. cum acutissimi. C. de fideicom. & num. 25. & 26.*

27 *Probatur noua opinio contra Scribent. in re magni ponderis.*

28 *Traditur alia illatio Scrib. ex verbis huius l.*

29 *Infertur ad l.1. vers. vlt. ff. de iure communi, & traduntur aliqua vtilia vsque ad num. 34.*

1 LEx hæc, Theod. & Valent. longam literam habet, secundum Fulgo. & vno verbo dici potuit, quod multis eius lineis continetur, vt aduertit gloss. hic, *verb. in nepotib.* Principalis autem decis. huius l. sing. est, secundum Cyn. Bart. Bal. Paul. Fulgo. Cor. hic, habet enim casum nouum, in quo patri & auo acquiritur per filios vel nepotes emancipatos, & ita hunc text. extollit Rauen. *in alpha. iuris. fol. 14 litera b.* & dicit sing. Angel. *in Auth. itaque, sup. tit. 1.* Posset autem l hæc in plures partes diuidi, iuxta longitudinem literæ, sed iudicio meo attenta eius substantia, commoda diuisio erit in duas partes, vt post primam altera incipiat in versi. *quod si nepotes*, vbi ponitur mirabilis decisio, cui magis refragari videntur iuris regulæ, mirumque est, Scriben. fere nunquam aduertisse ad decisionem *d. versicu. vt infra.*

2 Singularem hanc l. appellant Scriben. eo quod in eius decisione citra ius patriæ potestatis liberi aliquid acquirunt patri vel auo, cum ex iuris regulis contrarium asseuerādum foret, *l.1. ff. si quis à pat. fuerit manumiss.* Casus autem seu species huius l. est quando decedit vxor marito superstite: tunc enim si etiam supersint filij vel nepotes emancipati à patre vel auo in vita vxoris, matris, vel auiæ eorum, statuit hæc l. vt patri vel auo acquiratur pro virili portione vsusfructus. Non habebit igitur portionem proprietatis, sed repræsentabit personā descendentis, vt cum liberis iudicetur quasi vnus ex illis ad virilem portionem

3 in vsufructu. Id autem speciale est secundum gloss *verb. præscripta.* secundum Fabr. & omnes hic, eo quod in hac specie agitur de bonis vxoris ipsius patris vel aui, cui ea virilis portio vsusfructus acquiritur, quod probat text. *ibi, postea mater. & ibi, sin vero mulier. & ibi, maritus defuncta*, & magis *ibi, vt maritus qui vxore mortua.* Quæ specialitas rationem habet secundum gloss. *d. verb. præscripta*, & Bal. *num. 4.* Pau. *num. 1.* quia in illis bonis is pater, vel auus marituſque defunctæ, constante matrimonio dominus censebatur, iuxta *l. doce ancillam, C. de rei vendicat.* Facit etiam iuris ratio, quæ respectum habet ad honorē matrimonij benetransacti. *l. vnum ex familia. §. final. ff. de legat. 2.* not. Bal. *in ea. iurauit. ad fin. de probat.* Errant igitur, qui hanc l citant ge- 4
neraliter ad omnia aduentitia, cum specialiter procedat in bonis, quæ vir aliquando vt dominus possidebat ratione matrimonij. Vnde cauendum erit à Roma. generaliter hanc l. intelligente, & eam vt singu. commendante, *notab. 547.* Hinc etiam patet, longe differre decisionem huius l. à nouiori decisione. §. *cum autem. l. cum oportet. infra titu. 1.* quamuis gloss. hic *verb. præmium.* & Albe. ibi, hos casus æquare videātur. Differentia autē est, quia ibi generaliter agitur de omnibus aduētitiis, hic de vnica tantū specie *proxime* dicta. Ibi etiam agitur de aduentitiis acquisitis ante emancipationem filij vel nepotis, in quibus ibi reseruatur medietas vsusfructus parenti emancipanti: hic vero agitur de aduentitiis maternis delatis post emancipationem. ibi etiam semper medietas obseruatur, hic virilis portio, pro numero liberorum, inter quos parens ipse quoad eum effectum, connumeratur. Ex prædicta de- 5
claratione ad rationem huius l. consequitur, eius decisionem non fundari principaliter ex beneficio emancipationis à parente in liberos collato, sed magis in solatium amissæ vxoris, & ne omnino priuetur his bonis, quæ modo vt dominus possidebat: idque significat tex. post prin. *ibi, quoniam omni commodo destituitur*, quod euidenter ostenditur ex eadem *l. versicu. quod si nepotes*, vbi idem disponit de nepotibus, quos auus non emancipauit, nec habuit vnquam sub potestate, vt statim explicabo. Et consequenter lapsi videntur fere omnes Scrib. hic & alibi summantes, intelligentes & allegantes hanc l. quasi solum loquatur de remunerando parente, ob beneficium emancipationis, totamque vim emancipationi tribuentes.

Cum

Cum ex litera constet, idem tribui auo ex nepotibus, quos nunquam habuit in potestate. Mirabilis, vt dixi, magisq; notanda est decisio huius l *in d. ver. quod si nepotes.* vbi prima decisio de liberis emãcipatis, & sic in quos parens beneficiũ contulit, ampliatur ad nepotes ex filio emancipato post emancipationem natos, & sic qui nunquam fuerunt sub potestate aui: & consequenter beneficium emancipationis ab eo consequi non poterant. Sed quod lõge maius est, idem disponit text. in eo vers. in nepotibus ex filia, qui nec fuerunt, nec extitisse potuerunt sub potestate aui, vtpote qui familiam patris, non matris sequantur, secundum iuris principia, quod rarissime notatur. Aduertit tamen Corn. meritoque in hoc dicit text esse mirab.

6

7 Infertur igitur, vt dixi, contra fere omnes hic, parentem hoc casu admitti cum liberis, etiam in quos nullum beneficium contulit, non tantum cum his, quos emancipauit, in quo etiam contra hanc l *in dict. vers* loquuntur Scribent. *in l. 1. supr. vnde vir & vxor.* Ex eodem

8 vers. dum loquitur de nepotibus ex filia, cauendum est à gloss. *in l 3. supra* de vsufruct. quæ ex hac l. *in d vers.* limitat text. ibi, quatenus habet, per mortẽ proprietarij non finiri vsumfructum, & secundum terminos illius l. quam gloss. ex hoc vers. vult limitare, sentit aperte diuersum intellectum videlicet quod in hoc vers. agitur de patre, qui habebat vsumfructum in bonis filij emancipati, vt moriente cum liberis filio proprietario, pater amittat vsumfructum, succedatque in virilem eiusdem vsusfructus cum nepotibus ex filio. Sed talis interpretatio à nemine ibi specifice probata, nec reiecta teneri non potest, quia tex. in hoc vers. non tantum de filio emancipato sed etiam de filia loquitur, nec agit de vsufructu, quem pater habebat viuo filio, sed de acquirenda virili portione noue cum nepotibus. Et denique falsum esset dicere quod pater morte filij aliquid amittat de vsufructu, quem habebat eo viuente, etiamsi filius cum liberis decedat, vt diximus *in ampliationib. l. 1 in 1. part.* per iura clara *in l sancimus, supra titul. 1. & in l. final. §. sin vero, supr. ad Tertul.*

9 Infertur etiam ex eo. vers. resolutio ad vnum, quod varie tradunt Scribent. hic, nam Bal. & Salycet. *hic numer. 3.* Corn. *num. 1.* Salycet. *in l. 1 C. vnde vir & vxor.* dicunt quod in casu huius l. vir nõ succedit vxori, sed per liberos acquirit illam virilem portionem vsusfructus, cõtenditque Corn. non posse in hac specie appellari successionem viri. contrarium vero colligit gloss. *hic, verb. præscripta, in fin. ibi, nota casum, in quo vir succedit vxori in aliquo.* Ita etiam Fab. hic, Cyn. Paul. Fulg. *ante num 1.* Ang. *in Auth. itaque. col. 1 supra tit. 1. glo. 1. C. vnde vir & vxor.* & ibi Scrib. Dyn *in tract. succes. ab inte. nu. 25.* Pro Bal. Salyc. Cor. posset expendi continuatio huius l. ad præced. quæ loquuntur de acquisitione per liberos, non de immediata successione parentis. Pro iis etiam posset argui, quod si vir ipse succederet, non videretur successio restringenda ad portionem vsusfructus, sed consequeretur portionem hereditatis cum pleno iure suæ portionis, cum hæres dominus sit, *l. cum hæredes, ff. de acquir. possess. § fi. Instit. de hære quali. & differ.* Sed verior videtur sententia gl. quæ etiam receptior est, vt constat ex *supra* dictis. quod probatur ex *d vers. quod si nepotes.* ibi enim datur ea portio auo paterno cum nepotibus ex filio emancipato natis post emancipationem: & sic quos auus non habuit in potestate, nec in eos beneficium contulit. Datur etiam eadem portio auo materno cum nepotibus, quos nec habuit, nec habere potuit sub potestate, & ita patet auum hæredem maritumque defunctæ succedere ex beneficio legis, non autem per nepotes id acquirere, cum eos nunquam habuerit in potestate, deficiatque illud necessarium potestatis fundamentum, quo parenti per liberos acquiri solet. Quæ successio vt nimis exorbitans ideo modificatur, vt tantũ sit in portione vsusfructus, ad vitam aui, maritique defunctæ in quoddam solatium, vt *supra.* Facit illud quod dicit tex. *in prin Instit. de Senatusconsul Tertul.* Ex quo vers. ita ex- 10
plicato cum gl resultat mirabilis casus, in quo vir in aliquo vxori succedit, stantibus liberis eiusdem. cui succeditur, ad limitationem § *cum filius. Instit. de hereditat. quæ ab intesta. deferu. & in Authent. de hæredit. ab intesta. venien. §. 1.* Inde resultat memorabilis declaratio ad antiquum & nouum ius. *ff. & C. vnde vir & vxor.* vt hoc casu in dictam portionem vsusfructus succedat vir etiam stantibus libe-

ris, non distinguendo, an sit pauper, cum regulariter non admittatur coniunx, stante vllo consanguineo. Hinc etiam limitatur generaliter regula *l. Affinitatis, supr. titu. primo.* Hinc resultat, quod vir succedit vxori in hanc portionem stantibus liberis necessariis hæredibus defunctæ, qui non succederet ea defuncta sine liberis, manentibus aliis coniunctis. Nec enim l. hęc tam exorbitans extendi potest vltra casum suum, secundum receptas sententias, & ita consequitur mirabiliter magis excludi virum à transuersalibus, remotioribusque defunctæ, quam ab eius liberis necessariisque hæredibus, contra regul.
11 *si vnico vincentem te, à fortiori, &c.* Hinc resultat casus, in quo vir vxori succedit de Iure Ciuili, nempe ex decisione huius l. cum regulariter ea successio sit prætoria, exigatque bonorum possessio, secundum Scriben *in l. certum, C. vnde legi.* Mathes. *de succe. ab intesta. quarto artic. principal.* & Hubal *in eod. tract. 4. part. in princ.* Quæ omnia necessario deducuntur ex dict. vers. secundum literam quæ inuenitur in omnibus libris. Licet autem his refragari videantur iur. reg. satis est ita l. scriptam fuisse, iuxta *l. prospexit, ff. qui & à quibus.* Illud asserere audeo, vsu &
12 praxi hanc mirabilem decisionem non seruari, sed potius contrarium: nec enim in aliquam portionem admittitur auus maternus cum nepotibus in successione auiæ eorum, vxorisque ipsius aui: & eadem ratione non admittitur eodem casu auus cum nepotibus ex filio emancipato. Qui vsus magis consonat regulis iuris: maritus enim extraneus est, nepotes autem legitimi necessarijque hæredes, per *supra* dicta, & *Auth. in successione, C. de suis & legitimis hared.* maxime cum vir id ius non haberet vxore defuncta sine liberis, manentibus
13 aliis consanguineis, vt *supra* deduxi. Ex *supra* dictis colligi videtur, quod decisio huius l. congruentius staret sub *titu. vnde vir. & vxor*, vel in proximioribus *de materia succedendi.* Similiter ex litera & *supra* dictis colligitur hanc l. procedere ex testamento & ab intestato: nec enim l. distinguit, eiusque beneficium parem rationem habet in vtraque successione, nec aliquis potest legis beneficium auferre, *l. 4 §. si quis condemnatus, ff. de re iudi.* Bal. *in Auth. hoc locum, num. 1. C. si secund. nup. mul.* Iuxta prædictam explicatio- 14
nem huius l. colligo in eius casu seu specie, posse rectius verificari, quod generaliter post Petr. tradit Cyn. *in l. ea lege. col. 3 ver. & ideo, C. de condi. ob caus.* dicens quod vsusfructus qui patri per filium sa. acquiritur, est irregularis, id enim regulariter non recte dictum videretur, cũ ea acquisitio sit ex iuris regula, & vi patriæ potestatis. In casu autem huius l. cõgruentius appellabitur *irregularis vsusfructus*, cum acquiratur contra iuris regulas, vt *supra*, licet dictum Cyn indistincte sequatur Socin. Nep. *consil. 124 n. 4. lib. 2.* Cum autem constet ex *supra* de- 15
ductis decisionem huius l. continere casum specialem, consequitur eam stare hodie, nec correctam esse legibus posterioribus, generaliter disponentibus, vt soli descendẽtes ascendẽtibus succedant. Idem enim iure antiquo constitutũ erat; *C & ff. de suis & legitimis hared. & l. nã & si parentibus, ff. de inoff. testam.* Et tamen l. hæc non obstante regula, specialiter hoc casu cum liberis admittit auum eorum, maritumque defunctæ in portionẽ vsusfructus, vt sic decisio hæc tam specialis non censeatur correcta. Facit quod sæpe dicunt Scribent. cum gloss. *l. sciendum, ff. qui satisda. cog.* & gloss. *Authent. offeratur, C. de lit. contesta.* & ita sentit Ful. *hic, num. 5.* & Corn. qui vere dicunt hanc decisionem alibi non reperiri, potuissentque addere rarissime haberi memoriam huius l. in prædicto articulo successionis. hæc quo ad literam l. quæ nullibi hucusque ita explicata fuit. Ex aliis verbis huius *l. ibi, deteriores esse nepotibus* 16
filij non sinantur, inferunt Scribent. hic ad celebratissimam difficilimamq; maioratus quæst. quæ vulgo de filio & nepote appellatur, de qua re extant integri Tractatus, iustaque volumina, quibus aliqua non contemnenda addere potuissem ex multis quæ in Scholis perlegi, & in foro in magnis causis tractaui, sed quia ea tractatio pro rei dignitate plures chartas exigebat, Opus vero hoc in maius Volumen accreuit quam putaram, consultius duxi eam q. ad alium locum reseruare. Illud tamen noto, quod verba huius leg. non tam filium nepoti præferunt, quam ei nepotem præferendum negant, & sic decisio magis neutralis est, quam alteri parti fauens, contra plures in eadẽ quæstione.

Ex

17 Ex prędictis verbis huius tex. dū probat neminē debere filiis potiorem esse, infertur ad verba Modestini *in l. filius*, 12. *ff. de suis & legitimis hæredibus*. cuius litera cōmuniter ita habet: *Filius patri agnatus proximus est*. & ita legitur affirmatiue in libris emendatis ad exemplar Florentinum, vt caueas à nonnullis, quibus erroneè habetur negatiue, scilicet, *agnatus non proximus est*. Circa quam legem lapsus videtur doctiss. Alciat. *lib. 3. parerg. ca. 25.* qui legit, *agnatus proximus non est*. vbi tamen non recte improbat literam præcedentē, *agnatus non proximus*, putans ita communiter literam haberi, cum tamen frequentior sit prima, quam veram dicimus. Contendit igitur Alciat. cum sua litera negatiua filium patri vel respectu patris agnatum non dici, in idque adducit à remotis argumentum quoddam ex Plinio; adducit etiam argumentum ex *l. scripto, ff. vnde lib.* vbi IC. aliud longe diuersum continet, vt periti facile agnoscent. & scribo *in Commentar. Cod. de*

18 † *inoffic. testament.* Sed ex IC. prorsus reijcienda est interpretatio Alciat. 1. ex tex. quem ibi adducit in fin. vbi proximiores ex agnatis sui dicuntur. Id enim nihil aliud est, quam filium patri agnatum dicere, cum filius ipse maxime suus sit, iuxta *l. posthumorum, ff. de iniu. rup.* 2. contra Alciat. vt filius patri agnatus dicatur, probat tex. *in l.* 31. §. *sed videndum, ff. de succes. edict.* quem notat Dec. *in l. qui se patris, num.* 23. *C. vnde libe.* est etiam text. *in l. IC.* §. 1. *ff. de gradibus.* & mihi videtur tex. apertiss. *in l. pronunciatio*, 195. *versicu.* 2. *ff. de verbor. signifi.* vbi refert verba l 12. tab. *agnatus proximus familiam habeto*. Quę verba magis filio congruunt: nec erat, cur filius agnationis caput, agnatus non diceretur, qui etiam proximus cognatus dicitur, *l. filius fam. ff. vnde libe.* Nec verū est quod Alciat. scripsit, glo. & Dd. legisse negatiue, nam contrarium constat ex glo. *in § fina. instit. de legit. agna. succes.* vbi illum tex. citat secundum literam affirmatiuam, vt filius agnatus proximior dicatur, & aperte gloss. *in d. l. Iureconsult. §. 1. vers. sui*, glo etiam *in l. 2. §. si quis ex liberis. verb. agnoscitur, ff. ad Tertull.* Et secundum eandem literam affirmatiuam vere illam l citat Andr. Isern. *in cap. 1. an agnat. vel fil. num.* 4. & Matthæ. Afflict. *in cap. 1. §. præterea ducatus, numer. 45. de prohi. feud. alienan. lib. 3. feud. fol. 145. col. 2. in prin. & in constit. Neap. libr. 3. Rub. 5. num.* 21. & nemine citato sine dubio asserit filium patri agnatum dici Socin. Nep. *consil. 4 num.* 10. *lib.* 2. quod olim publice docui, Anno M. D. XLIV. & ita contra Alciat. postea vidi Aldobrand. *in § sunt autem, Instit. de legit. agna. tutel.* Sic etiam ex Cic. pro Cecin. filium agnatum patri dici, tradit Duaren. *libr. 1. disput. cap.* 41. & ita secure ex Bal. & aliis filium patri proximiorem agnatum esse tradit Boer. *decis.* 138. *ad fin.* Ex 19 eisdem verbis huius l. infert Pau. Cast. *in l. Gallus. § nunc de lege. col. fin. num.* 6. ad articulum quotidianum circa bona maioratus vel emphyteusis, vel feudi, in quibus sæpe excluduntur fœminæ, vel saltem masculi eis præferuntur, vt ex verbis huius l confirmetur traditio multorum, qui scribunt in his successionibus exclusa fœmina, non esse admittendum filium, vel alium ex ea descendentem. & ex eisdē verbis huius l. idem notat Alcia. neminem citans, *in l. liberorum.* 220. *ff. de verb. si. num.* 11. quod aliis fundamentis probat Bar. *in d. l. liberorum. col. pen. nu.* 14. *& 16. & in l. 2. § videndum. in fin. ff. ad Tert.* Idque receptius asserit Bru. *in tract. de stat. exclud fœm. 6. arti. num.* 89. *&* 12. *arti. n.* 235 Natan. *in eo. tract. q. 2. prin. nu.* 38. & Campe. *de dot. 5. part. q.* 41. Iaf. *in l. 2. nu* 191. *C. de iur. emph.* Cor. *in l. 1. col. 3. vers. prout. C. de cond. inser.* Lec. *cons.* 85. *in fin. & cons.* 399. *nu.* 8. *& cons.* 488. *nu.* 2. *& cons.* 589 *num.* 6. Curt Iun. *cons.* 5. Cirier. *de primog. lib. 1. q.* 23. Laur. de Pala. *in tract. eiu. d. statut. nu.* 134. Moder. *in cons. feud. cons.* 9. Chass. *in consuetu. Burg. Rubr.* 3 §. 5. *num.* 71. *fol. mihi.* 113. *col.* 4 & Molyn. *in consuet. Paris. §.* 16. *num.* 1. *fol.* 192 vbi asserit omnes tenere descendentem ex fœmina, excludi ab eo gradu & iure, à quo fœmina ipsa excluditur. Quod etiam copiosa allegatione probat Tiraq. *de primogen. qu.* 12. idem vult Anton. Butr. *cons.* 46 Hieronym. Grat. *cons.* 4. *lib.* 2. Palat. seu Ioan. Lup. *in Rubr.* §. 23. *num.* 14. Paul. *in l. qui exceptionem, ff. de condict. indeb.* Alexand. *in l. sed si hac, §. liberos, nu.* 8. *ff. de in ius vocand.* vbi expressim arguit ex verbis huius l. Anton. Rube. *consi.* 16. *num.* 13. Roman. *cons.* 40. *num* 4. Goza. *cons* 89. & ita Bald. *in l. quoties. col.* 1. *Cod. de suis & legiti. hæred.* vbi inquit in tali descendente ex fœmina deficere principium generationis, & medium fœ-

minæ esse inhabile. idem Bal. *in Auth. si quas ruinas, prope fin. C. de sacrosanct. eccles.* & nouissime Hispan. Gom. *l.* 40. *Taur. n.* 41. Quæ resolutio (licet receptissima sit) aliquas patitur difficultates, vt late tractat Brun. docte vero Molyn. omnino videndus, vbi supra, tutius vero procedit, quando agitur de conseruanda familia non enim conseruaretur in descendentibus ex fœmina, qui patris familiam sequuntur, non eam, à qua mater orta est. Sed Paul. Alciat. & alij non videntur recte induxisse hanc l. quæ loquitur de materia indifferenti, in qua est libera successio filiis & nepotibus. In statuto autem vel alia dispositione, excludente fœminas, posset responderi pro descendentibus ex fœminis, inhabilitatem earum non debere descendentes masculos excludere, si alia ratio eis non noceat. Sic enim qui legitimam prolem non habet, libere relinquere potest nepoti ex filio naturali, cum eidem filio non ita donare nec relinquere possit, vt est tex. *in l. final. C. de natur. liber.* Vnde apte limitatur hæc l. & datur casus, in quo nepos est melioris conditionis, quam filius, & limitantur multa ex iis, quæ dicunt Scribent. in locis *supra* citatis. Ea autem notab. decisio *dict. l. fin.* ampliatur ex gloss. ibi recepta ad nepotem ex filio spurio, vt auus carens legitimis liberis, possit eidem donare vel relinquere, si eum aliud non impediat, nisi incapacitas patris, quæ ei nō nocet. quam sententiam probat notanter Bart. *in l. Gallus. §. quid si is, ff. de libe. & posth.* & est recepta ex Nouioribus, vt per Iaſ. *in* 1. *lectu. num.* 19. *& num.* 24. *& in* 2. *lectu num.* 10. dicit communem idem Iaſ. *in l. hæreditas. num.* 8. *C. de his quibus vt indig.* Alexand. & Molyn. videndus *cons.* 74. *lib.* 3. & plures quos citat Couarru. *de sponsal.* 2. *par. c.* 8. §. 5. *nu.* 13. & Roderi. Xuar. *lib.* 2. *ad leges regni.*

21 *fol.* 94 Ex quibus patet regulam hoc casu esse affirmatiuam in fauorem nepotis per *dict. l. fin.* gloss. & communem sententiam & ita cauendum erit à Chass. *in consuetu. Bur. Rub.* 3 §. 5. *n* 70. vbi inaduertenter contrariam regulam scribit, per eandem l. gloss. & Dd. Hæc autem decisio & ampliatio cōfirmatur ex alia recepta amplia. ad *l. si is qui ex bonis. ff. de vul. & pu.* vbi IC. notabiliter habet, posse patrē impuberi filio pupillariter substituere ad omnia bona filij eum cui ex bonis propriis non posset vltra certam quantitatem relinquere, quod Bart. & omnes ibi explicant in filio naturali, ampliantque in filio spurio, cui pater nihil omnino relinquere posset, quod receptum est, vt per Alex. & Iaſ. ibi, *n.* 3. ex glos. *in Auth. quib. mod. natural. effic. sui, ad fin* §. *vlt. verb. participium, in fin.* Et est recepta secundum Rip. *in l. Lucius, num.* 3. *ff. de vulg.* & Benedict. *in c. Rayn. verb. & vx. num.* 690. tradit etiam Hispa. Duen. reg. 366. *numer.* 12. *& in* 2. *limit. eiusd. reg.* vbi plures citat. Qua in re cauendum est à multis ex *supra* citatis & aliis, qui *in q. d. l. fina.* & gloss. ibi, circa auum relinquentem nepoti ex filio naturali vel spurio, exigere videntur, vt nepos tunc sit legitimus, quasi non posset auus aliter ei relinquere, quod erroneum est: nepos enim censetur iure extranei, vt ita ei relinqui possit, sicut extraneo eiusdem qualitatis. Imo facilius tunc poterit auus donare vel relinquere nepoti illegitimo ex filio spurio, quam nepoti legitimo ex tali filio. cum enim legitimus est, erit sub potestate patris, & ei videretur acquirere rem vel vsumfructum, quod esset in fraudem l. prohibentis, ne pater filio spurio donet. At de nepote non legitimo securi sumus, ne quid patri acquirat deficiente patria potestate, quæ non datur nisi in procreatis ex legitimis nuptiis, vt in ea re melius sensit Bar. *in d. l. Gallus, § quid si is.* Facit tex. *in l. quæritur, ff. de bon. libe.* vbi si pater excluditur ob sui culpam à bonis vel successione alicuius, non potest per obliquum admitti ex persona filij. ideoque Bar. vbi *supra,* & Scribe. magis communiter resoluunt, hoc casu non acquiri vsumfru. patri, tradit Hisp. Xuar. *in. d. loco.* & scribo *in Auth. excipitur. & in Authe. seq. inf. tit.* 1. Ex prædictis verbis huius l infertur ad alios casus, in quibus filius primi gradus aliquid habet speciale, quod negatur nepotib. vt *in l iubem. C. ad SC. Treb.* & in aliis, per Alc. *in l. filij,* 84. *& in l. libero,* 220 *ff. de verb sig.* & apud Lusitanos est casus *in lege regia, lib.* 4 *tit.* 62. §. 4. vbi in emphyteusi filius vel filia præfertur omni nepoti, etiam nato ex filio primogenito, in quo variabāt Dd. vt per Tira. *de primo q* 40. *n* 19. *& n* 185 Coua. *in q. pract. q. vlt. ad fin.* sed hic multa omitto, quę facile adduci possent ex variis locis,

22 †

23

cum adductis *supra ad fin. 1. part. l. 1. nu.*
24 *69. & seq.* Ex eisdem verbis huius l. inferebat Fulgo. *in l. 1. ad fin. supra de conditio. infer.* egregiam limitationem ad tex. ibi, cuius decitione habetur, fideicommissum ab instituto relictum sub conditione: si sine liberis decesserit, deficere, si institutus decedat superstite nepote etiam ex filia. idemque receptius est ex Scribent. ibi, *si conditio fuisset per verbum, sine filiis.* Id autem argute limitat Fulgos. per hanc l. nisi testator habens filiam, & filios, alterum ex masculis alteri restituere roget, sub ea conditione, si sine liberis decesserit: inquit enim Fulgos. quod tunc ea conditio intelligitur de liberis masculis tantum, vt tunc filia vel nepos ex ea, vel nepris ex filio non faciat deficere conditionem, sed substitutus admittatur, quasi testator senserit de conseruanda agnatione. Maxime ne neptis sit melioris conditionis, quam filia, quam testator habens, eam non substituit, præferens in substitutione masculū, & ita generalius Paul. *ibi, ad fin.* expressim inducés verba huius l. & ita Cor. *ibi, ad fi.* sic etiam per verba huius l. id refert Socin. *in l. cum auus, n.* 80. *ff. de condit. & demonstrat.* Dec. *consil.* 15 *num.* 5 *& in cons.* 480. *num.* 2. vbi etiam specifice inducit verba huius l. *& consil.* 515. *& consil* 545. *& cons.* 568. Idque procedit vbicunque substitutus filio esset aliquis agnatus, in cuius persona posset dari conseruatio agnationis, vt consuluit Paul. quem sequitur Deci. vbi *sup. & in consi.* 370. Idque vt receptum tradit Couarru. *in cap. Raynald. in princip. num.* 2. *de testam.* & Grā. citans plures, *in cons* 54. *num.* 15 *lib.* 2. Et notabiliter tradit Gozad. *cons.* 89. *vbi nu.* 5. expressim etiam inducit prædicta verba huius l. Et eandem opinionem Fulg. & Paul. probare videtur Cæpol. *cons. ciuil.* 49 *n.* 7. & aperte Ias. *cons.* 1. *vol.* 2. *& cons sequen.* vbi pleniſſime id defendere
25 conatur. Et memorādum est quod Paul. *in d l* 1. illud exemplificat, cum substituitur pia causa, & ita Iason *in dict. cons.* & Curt. Iun. *cons* 35. *num.* 6. & sic non tantum vbi agitur de conseruanda agnatione, imo Paul & plures, dum arguunt ex verbis huius leg non obscure significant quemcūque substitutum tunc præferri filiæ vel nepti instituti, etiamsi in substituto cesset ratio agnationis, quasi sufficiat ad colligendam mentem testatoris, ipsum cum haberet filium, ei prætuliſſe alium in substitutione, vt eundum præferre etiam videatur nepti ex filio grauato, ne magis dilexisse videatur neptem, quam filiam. & ita Dec. *in l fœminæ. num.* 98. *ff. de reg. iur.* & Socin Nep. *consil.* 1. *num.* 114. *lib.* 1 quæ ratio generalis est, & non parum vrget contra D. Couarru. *in d. loco.* Cuius tamen declaratio æquior est, & aperte eam probat Fulg. & Corn. *in d. l.* 1. & magis communiter alij *supra* citati, dum intelligunt eam opin. quando substituitur filius vel agnatus, in quo militet conseruatio familiæ; & ideo cauendū est à Curt Iun. *cons.* 35. qui dure generalius excludebat filiam, vel neptem filij instituti grauati sub ea conditione, præferens semper substitutum etiam extraneum, eo solo respectu quod testator habens filiam, eam non substituit, quod controuersum esse tradit Gozad. vbi *supra nu* 9. dicens opinionem Paul. & Fulgo. receptissimā, vbi substitutus talis est, in quo agnatio conseruetur. Et ita aperte distinguit Dec. *dict consil* 370. *col.* 2. quem sequitur Couarru. vbi *supra.* & Grat. *consil* 68. *num.* 12. *lib.* 1 Ex quo mihi 26
suspecta est ampliatio illa Paul. & Iason. ad causam piam, quia licet causa pia fauore digna sit, iniquum forsan esset excludere tunc legitimam sobolem testatoris, licet fæmineam. Sic enim in casu simili mo *l. cum auus, & l. cum acutissimi,* in conditione illa subaudita, si filius grauatus sine liberis decesserit, receptum est ea iura procedere, etiamsi causa pia substituta sit, & sic liberi ipsius filij grauati excludunt causam piam substitutam, vt vult Bal. & Paul. *in d. l. cum acutissimi.* probat Alexand. *in l. ex facto, §. si quis rogatus. col.* 4. *in princ. ff. ad Trebell.* Socin. *in d. l. cum auus, num.* 42 Bened. *inc. Rayn. verb. si absque liberis. numer.* 1. *numer.* 23. *& seq.* & hanc dicit communem opinionem Deci. *cons.* 391. *in fin.* & Socin. Nep. *cons.* 125. *num.* 28. *lib.* 1. & Carol. Ruin. dicens communem opinionem pro liberis contra piam causam, *consi.* 182. *num.* 8. *lib.* 2. Quam sententiam alij tenuerunt, quos hi citant, & plures alij, quos refert Tiraq. *in l. si vnquam. verb. libertis. num.* 64. Vnde cum hæc sit verior † & receptior sententia, cauendum est ab Ias. *in l. generaliter. §. cum autem,* 2. *ampliat. col.* 2. *Cod. de institut. & substitut.* magisque cauendum est ab eodem Iaso. *consi.*

140. *col. final. libr.* 2. cauendum etiam à Ruin. sibi contrario, *consil.* 3. *num.* 23. *eodem li.* 2. licet in hoc dubitet Hisp. Xuar. *in l. quoniam in prioribus, in* 1. *limita. fol.* 59 & varient alij citati à Tiraquel. vbi *supra. num.* 69. Certum autem est, quod illa iura admittunt filiam, vel neptem filij grauati, vt *in dict. l. cum acutissimi.* & ibi omnes. Imo si mea valeret sententia, 27 † regulariter opin. Fulgos. Paul. & aliorum, de quibus *supra* penitus reijceretur: fragile enim est eorum præcipuum fundamentum ex verbis huius l. quod testator grauans filium sub conditione, si sine liberis decedat, videatur intelligere de solis filiis masculis, & excludere fœminas fauore substituti, eo respectu, quod cum filiam haberet, eam non substituit. Cum enim verba testatoris concludenter talem voluntatem non inducant, iniquum esset ius legitimam sobolem, licet fœmineam, excludere, contra *d. l. cum acutissimi.* contra verba testatoris, iuncta *d. l.* 1. *C. de cond. insert.* & reg. *l. si ita scriptum,* 46. *ff. de legat.* 2. *& l. quisquis* 116 *ff. de verbor. signific.* Maxime quando non agitur de maioratu vel bonis simili vinculo in perpetuum affectis, in quibus posset considerari conseruatio sanguinis & honoris familiæ: in aliis autem simpliciter relictis absque vinculo, non cadit ratio conseruandæ familiæ. Et consequenter tutius videtur contra omnes *supra* citatos, testatoris neptem, vel nepotem ex filio excludi non debere. Nec in ea specie est ratio, quæ tam vrgeat, vt periculose diuinando recedatur à decisione *d. l.* 1. *& d. l. cũ acutissimi,* nec Iurisprudentia patitur, vt facile à regula recedatur, *l. Diuus, ibi, nihil facile imitandum, ff. de in integr. restit.* cum aliis per Deci. *in l.* 1. *ff. de reg. iur.* Facit pro hac sententia, quod inquit Imperator in probando differentiam inter masculos & fœminas, *in l. maximum vitium, C. de lib. præter.* facit etiam quod in iure habetur, nõ sufficere coniecturam, cum verba testatoris maxime non iuuant *l. quidam,* 46. & ibi Bal. *ff. de hæred. instituc.* Bal. *in l. vni. num.* 10. *C. de his qui ant. aper. tab.* extollit Ias. *in l.* 3. *in* 1. *limita. Co. de liber. præter.* idem *cons.* 23. *libr.* 3. notat Dec. *cons.* 465. *num.* 8. *& cons.* 635. & plures per Tiraq. *in d. l. si vnquam. verb. libertis, n.* 18. Nec tanta vis erat ex illa argumẽtatione, ne videatur plus diligere neptem, quam filiam. Quis enim nouit mentem defuncti, cum variæ sint hominum voluntates, *l. quia poterat. ff. ad Trebell.* potuit forsan testator putare, satis esse filiæ id quód ei relinquebat, vel eam superstitem non futuram filio, cui alium substitutum dedit: vel forsan filiam non tam diligebat, vel non tam benemeritam putabat. Potuit etiam magis velle consulere liberis filij grauati, vt sæpe contingit: ideoque verius & æquius puto contra omnes supra citatos, vt neptis ex filio, vel alius legitimus, descendens eo casu faciat deficere conditionẽ, nec vllo modo excludatur ab eo, cui bona erant restituenda. Cui opinioni nihil obstat hæc lex, quæ ad aliud longe diuersum obiter dixit, nepotes non debere melioris esse conditionis, quam filios, non vt inde arguatur contra æquitatem & iuris rationes. Ex eisdem ver- 28
bis huius l. aliud simile præcedenti consuluit eleganter Cum. quem refert & sequitur Ias. *in l. tres fratres, num.* 8. *&* 15. *ff. de pact.* idque sequor, licet in præcedenti articulo contra Scribent. tenuerim: ibi enim iuris rationibus & euidẽti æquitate nostra fundatur opinio. At pro Cuma, in specie, qua consuluit, magna est æquitas, & sic eius opinio separanda est à traditione Paul. & Fulgos. & aliorũ, quam *proxime* improbauimus, licet vtrumque casum incaute coniũgat Dec *cons.* 270. *n.* 5 ex eisdẽ verbis inferũt plures ex supra relatis, num. 19. quod vbi excluditur filia dotata, excludantur etiam descendentes ex ea, idque vt receptum tradit Rube. *cons.* 16. *num.* 13. vbi vtitur dicta argumentatione. Sed aduertendum est, quod Scribent. in eo articulo loquuntur tantum de descendentibus ab ipsa filia excluſa: at hæc l. loquitur indistincte de nepotibus respectu filiorum, siue ab eis descendant, siue non. Ex prędictis infer- 29
tur ad illud, quod scripsit Pau. *in l. maritus. C. de procurat.* vbi tradit concessa emphyteusi alicui & liberis seu descendentibus per lineam masculinã, non comprehẽdi filiam accipientis, quasi contrahentes id senserint, vt exclusis ramis lineæ fœmineæ, excludatur caput eiusdem lineæ. fœmina enim appellatur caput & finis suæ familiæ, *l. pronunciatio,* 115. *in fin. ff. de verb. sign.* Eamque opinionem sequitur Alex. *in l. Gallus, §. nũc de le. n.* 3. & ibi Soc.

num.

num.4 ff.de libe. & posthum. Alex. *consil.* 43.*libr.*3.idem Alex.*consi.*53. *num* 6. *libr.*6. & Curt.Iun.*in l.*1. *num.* 21. *C. vnde vir & vxor.*idem *in l.qui se patris, num.*77.*C. vnde libe.* idem *in tract.feud.*3.*par.numer.*28. Curt.Sen. *conf.*40.*num.*12. Aymon. *conf.* 250.*num.*3.Socin.Nep.*conf.*1. *num* 117.*li.*1. & latius *consi.*186 *num.*14 *libr.*2. & Crot. dicens ita communiter teneri *in repeti.* §.*Diui.num.*10.*in fin.*& ibi Loaz *num* 67. & Paris.*consil.*22.*num* 44 *libr.*3 vbi eam dicit communem opinionem. Sed contra Paul. non inepte arguit Ias. ex verbis huius *l. in d.l.Gallus, §. nunc de l. in* 1. *lect. numer.* 14. aduertens, quod secundum opinionem Paul. neptis ex filio esset melioris conditionis, quam filia, contra verba huius l. ita etiam Ias. *in d.l. maritus*, idem *in l.*2.*quæst.*21. *num.*206. *C. de iur. emphyt.* & hoc magis probare videtur Soci.Nep. *consil.*30 *num* 49. *libr.*1. ita etiam Æmil Ferret.*in l.vna, numer.*12. *C. de mand. Prin.* hoc etiam verius asserit Molyn. *ad Alex. d. consi.* 53. *libr.* 6. Et hæc opinio contra Pau.verior & æquior videtur, saltem quando non supersunt filij masculi, ex ijs quæ notat Alex. *in l.sed si hac,*§.*liberos, num.*5. *vers. fortasse tamen, ff.de in ius vocan.* faciunt etiam quæ ex verbis huius l in multis articulis tradunt Scrib.*supr.* citati, ostendendo, melioris esse conditionis liberos primi gradus, & contra Paul. aduerto, non valere consequentiam, vt exclusis descendentibus ex filia, eadem filia excludatur. Contrarium enim colligitur ex *supr.* adductis, magisque ex *l.*1 *ff.de iur.immu.* de quo statim *n.seq.* Aptior autem est argumentatio, vt exclusa filia, excludantur descendentes ex ea, non è conuerso. Ex quibus etiam infertur vtiliter ad intellectum & materiã, *l.*1.*ff.de iur immuni.* vbi Vlpian.in hæc verba habet: *personis datæ immunitates, hæredibus non relinquuntur, sed & generi posteriisque datæ custoditæque, ad eos, qui ex fœminis nati sunt, non pertinent.* Quem tex.ad contrarium eius, quod litera habet, citat Anto.Rube. *cons* 16.*nu.* 12. Decisio autem dict. l. notabilis est, quia verba priuilegij eo casu secundum propriam significationem continebant descendentes ex fœminis, vt patet ex Iurib. & Scribent. *infra*, & probat Dec. *in l.fœminæ, ex num.*71.*ff. de teg. iur.* & late per eum *conf.* 223 & multis id probat Tiraqu.*de retract.ligna.*§. 1.*gloss.*9.*nu.*239. idem circa illam l. tradit Alex. *conf.* 160. *lib* 2. Catel. Cot.*in memorabil.verb.immunitates*, eandem l. adducit Ias. dicens articulum difficilem *in l.Gallus.*2.*lectu.num.* 33. Ante alia vero colligimus (quod proximius est præcedentibus) ex verbis illius l. excludi tantum descẽdentes ex fœminis, non ergo filias ipsas, iuxta vulgarem reg *c.nonne.de præsump.* & ita videtur inducere Alex.*in l.cum quædam puella. num.*14 *ff.de iurisdict.omn.iud.* & cum eo Felin.*in cap super eo.nume.*2. *de testib.* Vltra quos induco tex.*in l.filij.*22.§.*Senatores, ff.de municip. ibi, Senatores & eorum filij filiæque.* & ibi, *item nepotes & pronepotes ex filio.* Et sic text. non tantum filium, sed & filiam admittit, eius, cui honor vel priuilegium conceditur: descendentes autem tantum ex filio, non ex filia. Hinc autẽ cauebis à gl.*in l.*4.*ff.de iur. immun.*quæ nimis generaliter citat d.l.1.ad exclusionem fœminarũ, cum verius sit ibi filias non excludi, licet descendentes ab eis excludantur, quod vrgenter comprobatur ex gloss recepta *in d.l Gallus.* §. *nunc de lege.*vbi late Scriben.Paris. *conf.* 23 *num* 45.*lib.*1 Dec.*conf.* 208. facit quod notanter tradit Ioan Lup. *in repet. Rubr.* §.69.*num.*24 Circa text. notab. *in d. l.* 1. *ff.de iur.immunit.* multa hic memoranda adducere volui, quia plura ex iis præcedentibus, nostræ l. dissimilia non sunt. In primis autem pro intellectu illius l. (cuius verba *n.præced.* retulimus) aduertendum est, quod eadem decisio locum habebit, siue illa verba, *posteris & generi*, & similia ponantur copulatiue in concessione, siue eorum quodlibet separatim, ex mente Scriben.vbi *supra*, & *infr.* Eadẽ enim ratio est in singulis, sub simplicibus autem mixta continentur, secundum iuris regul. Nec mutet rerum substantiam verborum multiplicatio. *l.pediculis.*§.*Labeo.ff.de auro & argent.lega.* Cum autem d l. loquatur de priuilegio, etiam per verbũ, *generi*, patet non procedere specialiter in verbo, *posteris*, & ita bene sentiunt Scribent. communiter, & par ratio parque effectus est in verbis similibus, vt per Deci. *conf.* 253. *nu.* 4. & in simili idem tradit Afflict. *in prælud. feud. numer.* 122. *cum seq.* Curt. Iun. *conf.*5.*num.*40. latius probatur ex citatis à Tiraqu.*de retract.lign.*§. 1.*gloss* 9. *numer.* 196. & 198. & 202. & in specie ad illam *l.num.*239.Et ita cauendum est ab Alber.

in d. l. 1. qui cum Petr. male intelligebat eam l. procedere specialiter in *verb. posteris*. † Cauendum magis ab Alex. *dict. cons.* 160. *num.* 4. *lib.* 2. qui idem cum Petr. asserebat, & ita contra Alex. melius aduertit Dec. *in d. l. fœminæ, num.* 69. *vers.* 3. *& sequ.* Cauendum etiam à Boer. in hoc errante, *decis. vlt. col.* 1. labitur etiam in eadem re Albe. *in l. non solum, ff. de in integr. restitu.* contra quos etiam stat Bart. 32 improbans Petr. *in l. quia tale, ad fin. num.* 5. *ff. soluto matr.* Cum igitur ex *supra* dictis constet, descendentes ex fœminis non improprie inter liberos & posteros contineri, non caret difficultate decisio dict. l. dum excludit descendentes ex fœminis. Ideo Dec. *in d. l. fœminæ, ex num.* 65 refert aliquos intellectus qui ad eam l. assignantur, sed nullum approbare videtur, cum tandem *num.* 71. concludat, ideo ibi excludi descendentes ex fœmina, quia lex ita expressit, nec satis explicat idem Deci. *d. cons.* 223. Sed illud quærimus, cur lex ita ibi expressit? Vnde receptior intellectus est, vt decisio illius † l. ex ratione particulari specialiter procedat in priuilegio immunitatis, quod censetur contrarium communi vtilitati, cum excuset priuilegiatum à muneribus publicis. ita intellexit glos. *in l. si ita scriptum. 46. verb. vocabulo, in fin. ff. de lega.* 2. & ibi Imol. & alij. Alberic. *in d. l.* 1. Bartol. *in l. liberorum, numer.* 7. *ff. de verb. sign.* Paul. *in l. maritum.* Alex. *in l. quia tale. ff. solu. matrim.* Dec. *in cap. nouit. num.* 3. *de iudi.* idem Deci. *cons.* 32. *num.* 5. *& cons.* 468. *num.* 31. Rip. *libr.* 2. *respons. cap.* 26. *num.* 19. plures per Tiraqu. *d.* §. 1. *glos.* 9. *numer.* 240. Cur. Sen. *cons.* 73. *numer.* 4 Syluan. *cons.* 4. *num.* 15. Couarru. *in cap. Raynaldus, in fin. prin.* Afflict. *in cap.* 1. *num.* 131. *de succes. feud.* Curt. *de feud.* 3. *part. num.* 29 Anton. Rube. *in l. Gallus, §. quidam recte, num.* 113. Ratio etiam odij in eo priuilegio, colligitur ex mente Scriben. ex eo. quod tunc videntur grauari alij conciues vel incolæ, qui ad munera publica compelluntur: omnis enim inæqualitas inducit † odium & discordiam. Sed non recedendo à communi intellectu, addendum ei videtur, descendentes ex fœminis ibi excludi, non solum quia priuilegium videbatur contra publicam vtilitatem sed etiam quia agebatur de re honorifica. Honor autem non conseruatur, nec versari censetur nisi in posteris per lineam masculinam, in qua repræsentatur nomen & familia illius, cui honor conceditur, non in descendentibus ex fœminis. *l. familia. 196. ff. de verb. sign. l. liberos. ff. de Senat.* notat in terminis Paul. *in l.* 1. *num.* 4. *C. de cond. infer.* Et ita intelligendus est tex. *in l. vacatio.* 13. *ff. de mu. & hono.* vbi IC. in vacatione & immunitate alicui & liberis vel posteris cõcessa, liberos tantũ admittit, qui eius familiæ sint: & ita satis excludit liberos diuersę familiæ, quales sunt ex fœminis descendentes. Et sic *d. l. vacatio.* procedit ex qualitate rei seu honoris congruentis tantum familiæ, non ex qualitate verbi, *posteris*, vt male scripsit Alex. *d. cons* 160. *nu.* 4. *lib.* 2. quem alio fundamento reprehendit Dec. *in d. l. fœminæ, nu.* 69. Hoc autem addendum putaui communi intellectui d. l. 1. quia priuilegium immunitatis non semper est contra vtilitatem publicam, vt patebit *infra* per *l. vnicam. C. de impon. lucrat. de script. & l.* 1. *in prin. ff. de vacat. mune. ibi, sua æquitate nititur.* Ex quo patet secundum hanc communem interpretationem dict. l. non procedere in beneficiis, quæ diuerso iure censentur à priuilegiis, vt notant Imol. & Paul. vbi *supra* Dec. & alij *in d. l. locis.* Alex. *d. consil.* 160. *lib.* 2. facit doctrina Bart. *in l.* 1. *nu.* 13. *C. de iur. & fact. ign.* Infertur secundo, non esse communem intellectum, vt tex. ille procedat in omni priuilegio, sed in eo tantum, quod Reipublicæ incommodum affert quod non satis aduertisse Decium comperies, si eum attente legas *in d. l. fœminæ, num.* 65. *& seq. & num.* 68. Infertur tertio, in alio priuilegio non damnoso Reipubl per eadem verba cõprehendi etiam descendentes ex fœminis, vt colligitur ex Scribent. citatis ad communem intellectum, & in specie Catell. Cot. *in d. verb. immunitates, in* 1. *limit.* & Couar. vbi *supra*, expressim Rip. *d. loco*, Syluan. & Curt. Sen. *in d. consilio.* & ita nemine citato tradit Crot. *in repet. §. Diui, num.* 12. Infertur quarto, decisionem illius tex. non consistere in verbo, *posteris*, sed ex qualitate priuilegij contra Petr. & Alber. vbi *supra, num. præced.* contra Alex. *d. cons.* quem pro communi intellectu ad illum textum non bene citant Dec. & plures *supra* allegati, & Catell. Cot. *dict. loco.* & Tiraq. *d. num.* 240. Infertur quinto, iam attento communi intellectu, non obstare text. illum opinio-

opinioni Specul. quam probat Paul *in l. 1.num.4 C. de cond. infer.* vt in emphyteusi concessa alicui & descendentibus vel posteris, veniant etiam descendentes ex fœminis, probat Dec. *in d. cap. nouit. nu. 3. de iudic.* & Molyn. *ad eum, litera E.* Et idem Molyn. *in consuetud. Paris. §. 12. num. 3.* Couarru. *in d. cap. Raynald. num 13.* licet contradicant plures, vt per eos, & alios, quos citant. Infertur sexto ad text. (qui præcedentia coprobat *) in l 2. §. prætor ait, ff. qui satisda. cog. ibi, liberos, & ex fœmineo sexu descendentes.* loquitur enim de iuris beneficio omnibus communi, non de priuilegio afferente odium, vel inæqualitatem, vt patet ex qualitate rei, de qua ibi. & ex verbis text. ibi, *hoc beneficium.* Infertur septimo ex dicto communi intellect. notabilis limitatio ad multa iura, quæ habent regulariter in quacunque materia admittendum esse omne quod ex verbis concipi possit, *l. Gallus, §. 1. in fi. l. cum lege. 26 ff. de testamen. l. 1. vers. prætor enim. ff. de aleæ luf.* Qua regula non obstante, contrarium in ea specie decidit dict. l. 1. speciali ratione quæ in iure totum facit, & ita cessant quæ contra communem intellectum pungit Dec. *in d. l fœmina, nu. 67.* Ea enim tantum respiciunt argumentationem à proprietate verborum. Infertur octauo ex Imol aperte *in d. l. si ita scriptum.* cum glo. ibi, & ex alijs *supra* citatis ad communem intellectum, ab eis omnibus constitui differétiam inter priuilegium & beneficium, non autem inter verba, quibus beneficium conceditur, vt caueas à Corn. *in d. verb. immunitates, in 3. limit.* vbi Imol. Alex. & Dec. male citat, deteriusq; reprehendit. Infertur nono, decisionē *d. l. 1.* nō minus procedere, quando cōcessio esset per verba, *& hæredibus*, vel, *legitimis hæredibus*, adhuc enim vigent rationes, quæ ad communem intellectum assignantur, & alia quę addidimus: nam cum ea verba *hæredibus*, tunc ponantur in materia, quæ de se non est transitoria ad hæredes, per eandem *l. ibi, hæredibus non relinquantur.* & reg *l. quia tale. ff solut. matrim.* necessario consequitur, vt intelligantur pro liberis seu posteris, secundum receptam doctrinam Barto. *in l. Gallus. §. etiam si parente.* quod referendum putaui vt caueas à Dec. male contradicente *cons. 32 ad fin.* contra quem in terminis est Barto. (si recte intelligatur *) in d. l. quia tale. ad fin. num. 5. ibi, mihi non placent*, dum reprobat declarationem Petr. & hoc verius tradit idem Deci. *in d. cons. 223. ad fin. nume. 6. vers. non obstat.* Infertur decimo, eandem l. 1. attenta ratione suæ decisionis æque procedere in priuilegio concessō per verbum, *liberis*, reiecta inepta differentia verborum, quam ad eam l. sentire videtur Crot. *in dict. §. Diui. num. 10.* & ibi Loaz. *num 67.* quem etiam (nemine citato) nouissime tradebat Iaco. Curt. Burgens. *lib. 1. coniectura. c. 45* contra quos est ratio illius l. & mens omnium Scribent. in locis *supra* citatis, & aperte Pau. *in l. 1. num. 4 C. de cond. infer.* dum æquiparant verbum, *liberis*, & verbum, *posteris*, & alia similia verba, vt *supra*. Et magis in specie est tex. *in l. vacat. 13 ff. de mune. & hono.* de qua *supra* Nec obstat tex. *in l fi ff. de pollicit.* vbi inter liberos nepos ex filia continetur: id enim nemo negat, vulgatissimūque est per *l. liberorum ff. de verb. signific. & l. 1 Cod. de cond. infer.* Quo tamen non obstante ex vi rationis bene tradunt Paul. & communiter Scrib. contrarium decidi in specie *d. l. 1. ff. de iur. immunit.* Sic etiam nō obstabit differentia inter verbum, *filiis*, & verbum, *liberis*, quam in diuerso casu tradit Alex. *in l. sed si hac. §. liberos. nume. 2. ff. de in ius vocand.* vbi sequitur celebrem opinionem Archid. in emphyteusi pro se & filiis, non venire filias. quam magis communem dicit idem Alex. *in l. quod dicitur, num. 24. ff. de verb. oblig.* Iason. *in l. 2. num. 193. C. de iur. emphyt.* Iason. *in l. si quis id, quod. num 23 ff. de iurisd. omn. iudi.* & communem dicit Loaz. *in d. § Diui. num. 68. ff. de legat. 1.* & plures citati à Tiraquel. *de retract. ligna. §. 1. gloss. 9 nume. 181* Zoane. *de rebus quotid. ca. 3.* Sed ea opinio iuri, rationi, & æquitati omnino cōtraria videtur, ideoq; rectius tunc filia admittetur, vt melius voluit Salyce. *in d. l. 2. C. de iure emphy.* quē ibi refert Iaso. *n. 194.* probatq; vrgentissime Moly. *in consuetu. Paris. §. 12. num. 4.* idem ad Deci. *in cap. præsentia. num. 46 litera E. de proba.* idem *ad Alex. cons. 61. lib. 1.* & hoc verius putat Tiraq. vbi *supra, num. 206* Dec. *in l. fœmina, num. 180. vers. postremo. ff. de regul. iur.* Alciat. *in l. 1. ff. de verb. sign.* & bene probat D. Couarr. *lib. 2. resol. cap. 18. col. 1* & Socin. Nep. *cons. 104. nu. 7. lib. 2.* Pro quibus, contra fundamentum Archid. & Alex. dum nimis restricte

acci-

accipiebant verba contractus, est mihi tex. *in l. in conuentionibus* 229 *ff. de verb. signi.* & ita contra opinionem Archid. obseruare videtur vsus generalis eo casu filias admittens, saltem in defectum masculorum. Et ita apud Lusitanos probat *lex Regia, lib. 4. tit. 6. §. essendo.* Duram vero opinionem Archid. notanter limitabat Goza. *cons.* 20. *e x num.* 7. Soc. Nep. *d. cons.* Chass. *in consuetu. Burg. Rubr.* 4. §. 2. *fol.* 134 *col.* 1. nfertur vndecimo ex communi intellectu, & ratione dict. l 1. ratio & intellectus ad *l. vnic. C. de impon. lucr. descript.* vbi priuilegium immunitatis extenditur ad omnes descendentes etiam ex fœminis, circà quem tex. laborat Dec. *in d. l. fœminæ, num.* 69 Sed ex *sup.* dictis ratio constabit, quia ibi agitur de immunitate omnibus concessa in ijs quæ capiunt ex donatione vel successione parentum, vt tunc cesset dura exactio, quæ alijs acquisitionibus imponebatur, & sic non erat ibi priuilegium contra publicam vtilitatem, nec agebatur de re quæ magis congrueret sexui masculino quam fœmineo. Vnde nimirum si in materia indifferenti vterque sexus æquetur secundum doctrinam Pa. *in cap. dilecti, num.* 11 *de arbitr.* & ita eleganter intelligetur *d. l. vnic.* de qua etiam *supra l.* 1. *ver. infertur* 29. Infertur duodecimo ex *d. l* 1. dum fœminas non excludit, sed descendentes ex fœminis (vt *supra* expendimus) resultare maximum argum. pro veriori sententia, contra Barto. *in l. quoties, C. de priuil. Scho'ar.* vbi scripsit priuilegium concessum alicui & descendentibus, etiam fœminis, non dari fœminis nuptis, quia per matrimonium transeunt in alienam familiam, & ita Ange. & Plate. ibi, Romã. & Ias. *in l. cum quædam puella. ff. de iurisd. omn. iud.* Ias. *in l.* 1. *in fin. ff. de constit. prin.* Hipp. *de fideiuss. num.* 13. *& in l. vni. nu.* 220. *C. de rapt. virgin.* Natan. & Laur. quos refert Tho Ferra. *cautel.* 29. *ad fin.* & ita Campeg. *de dote,* 5. *parte, quæst.* 71. *num.* 1. Gozad. *cons.* 24. *n* 15. Marti. Laud. *de priuile. articu* 82. Curt. *de feud.* 3 *part. n.* 31. *& cons.* 5. *n.* 40. Rip. & alij in locis citatis à Tiraq. *in* 1. *l. connub nu.* 34. & Syluan. *cons* 1 *n.* 50. idemque non citato Bartol. probat Curt. Sen. *cons.* 40. *nu.* 16. Vnde hæc opinio ex numero Scribent. crebrior videtur, vt ait Socin. Nep. *cons.* 1-8. *n.* 57. *libr.* 2. Sed fundamentum eorum omnium falsum est, vt melius probant alij statim citandi, & ideo priuilegiũ in ea forma expressim etiam fœminis concessum, non debet negari nuptis, vt verius probat Alexan. *in d. l. cum quædam, n.* 14 & ibi Deci. *num.* 6. idem Deci. *in d. l. fœminæ, nu.* 92. *& consi.* 223 *col.* 2 idem Deci notabiliter *in l.* 1. *nu.* 17. *C. vnde vir & vxor.* vbi ad idem adducit Corn. idem Deci. *in cap. nouit. col.* 3 *nu.* 4. *de iudi.* & ita consuluit Maria. Soc. de quo *infra*, refert Felin. *in d. cap. nouit. nu.* 2. idem Felin. *in cap. super eo. in* 2. *col.* 1. *de testibus.* & Chass. *in consue. Burg. Rub* 4 §. 1. *num* 4 plures refert Tiraq. *in* 1. *l. connub. num.* 37. Cot. *in memorab.* & nouissime Cag. *in d. l. cum quædam.* Quorum opinionem veriorem esse non dubito, sed contraria numero præualere videtur, licet Dec. *in dict. cons.* & Cagnol. hanc magis communem dicant. Pro his autem vrgent, quæ ipsi adducunt, vrget forma priuilegij, dum expressim fœminis & descendentibus ab eis conceditur, iuncta reg. *l.* 1. *ff ad municip. & cap. si Papa de priu. in* 6 Vrget magis *d. l.* 1. *ff de iur. immun.* dum excludendo descendentes à fœminis, eas admittit indistincte, & sic etiamsi nuptæ sint, quod iuuatur ex *l. cum te. C. de nupt.* Vrget magis text. *in l. voluntas,* 4. *C. de fideicommiss.* vbi filia & soror indistincte dicuntur de familia, vt per Rip. *in* § *Diui, num.* 2. *ff. de legat.* 1. Dec. *cons.* 287. *num.* 12. post Socin. *cons.* 227. *nu.* 4. *libr. sec.* Sed de his satis.

† 34

L. QVARTA ET VLTIMA

C. de bonis maternis.

SVMMARIA.

1 *Colligitur principalis conclusio ex litera huius legis.*

2 *Tractatur illatio Bald. & probatur contra eum & plures, lucrum à lege delatum coniugi, seruandum esse liberis prioris matrimonij.*

3 *In ea re explicatur l.* 14. *Tauri, contra plures eius Commentatores.*

4 *Colligitur cum Scribent. alia conclusio in viduitate repræsentari matrimonium præcedens.*

5 *Tractatur illatio Scriben. an vidua alenda sit ab hæredibus viri? & probantur aliqua vtilia contra receptas traditiones, vsque ad num.* 8.

9 Tra-

9 *Tractatur opinio Paul. Castrens. circa viduas, an ex stuprodotem amittant? probaturque opinio negatiua indistincte, contra quamplures, vsque ad num.* 11.

12 *Infertur ad effectum, memoriamque pristinæ dignitatis, & adducuntur aliqua non negligenda, & nu* 13.

14 *Impugnatur opi. Bal. & multorum, de eo qui ex culpa ab officio priuatus, illud exercet.*

15 *Probatur conclusio, quam Fulgo. alibi colligit ex hac l. vt pater per sequentes nuptias non amittat tutelam liberorum, contra Ange. & aliquos, & reycitur argum. de matre ad patrem, num.* 16.

17 *Infertur ad traditionem Paul. Cast. probaturque iure nouo in masculis viduis non reijci conditionem impedientem nuptias.*

18 *Infertur ad l. his solis. C. de reuocand. donatio & tractantur aliqua de parētibus inhoneste viuentibus, & nu.* 19.

20 *Infertur ad l. & mulieri. ff. de curat. furio. pleneque tractatur de eius intellectu, adducunturque aliqua vtilia, vsq; ad num.* 24.

HÆc l. ampliat effectum acquisitionis paternæ vt scilicet pater non amittat vsumfructum per transitum ad secundas nuptias, & hoc est quod principaliter statuit hæc *l. Leonis*, quam approbat Iustinia. *in Authent. de nuptis. §. quoniam omnino.* Dicit autem 1
Imper. hic, se hoc expressisse, vt omnis ambiguitas cessaret, significans boni & prudentis esse principis, ea decidere quæinter subditos lites afferre possint, vt etiam inquit Imperator *in l. si quis filium. C. de inoff. testam. & in l. optimam.* 2
C. de contrah. stip. Ex hac autem principali decisione tex. infert Bal. hic. quod si ex statuto vel consuetudine maritus mortua vxore lucretur partem dotis, id lucrum non amittat, transeundo ad secundas nuptias. quod extollit Corn. hic, & Hispa Segu. *in tract. de lucr. constan. matrimo.* Hispani etiam Castil Anto. & Fernan Gom. *in l.* 14. *Tauri.* & Hispan. Montaluus, *libr* 3 *for. leg. l.* 13. *ad fin.* & alij, vt *infr.* Qui omnes & plures statim citandi, communiter intelligunt voluisse Bal. quod tunc non tenetur pater tale lucrum reseruare liberis prioris matrimonij, quia à lege, non à coniuge illud habet. Sed Paul. hic intelligit Bal. vt tunc locum habeant iura quæ statuunt, vt parentes lucra reseruent liberis prioris matrimonij. & ita Crem. *notab. vltim.* Quicquid autem senserit Bal. hic, illud verius & receptius dicas in ea specie, lucrum bonorum seruandum esse liberis illius matrimonij, cuius occasione coniux lucrum illud habuit etiam per legem vel consuetudinem, vt aperte not. idem Bal. *in Auth. ex testamento. col.* 3. *n.* 9. *C. de secund. nupt.* sequens D. quendam, cuius nomen se ignorare dicit, & hoc sequuntur Salyc. Roman. Socin. Pau. & plures, vt tradit Ioan. à Garro. id receptius asserens *in d. Authent. nu.* 83. *& seq.* dicit etiam communem Rip. *in l. fœminæ. num* 59. *quæst.* 22. *& num.* 63. *quæst.* 23. *C. de secund. nup.* probat Dec. *in l.* 1. *eod. tit.* & Ioan. Nicol. Arelat. *in l. generaliter. num.* 49. *cum seq. Cod. eod.* vbi etiam dicit communem contra Bal. hic, & hoc magis probat Bertran. *in l. hac edictali. num.* 41. *eod. titu.* Couarruu. *de sponsal.* 2. *part. cap.* 3. §. 9. *n.* 7. *&* 8. & Alciat. *lib.* 1. *de verb. sig.* & Chass *in consuet. Burg. Rub.* 6. §. 1. *num.* 3. *fol.* 211. quod inuoluebat Pala Ru. *in Rub.* §. 50 *num.* 35. Qua in re memoratu dignum est contra fere omnes Commentatores *d. l. Tauri supr.* citatos, opinionem Bal. hic, non approbari hodie per eam l in regno Castellæ, & consequenter vigere pro liberis communem opinionem, vt parens teneatur eis reseruare lucrum à lege vel consuetudine ei delatum in terminis, de quibus *supra.* Ea autem *l. Tauri*, non loquitur in lucro alteri coniugi tantum delato, sed de communicatione acquisitorum, constante matrimonio, in quo par fere ratio est pro vtroque coniuge: nec tunc proprie agitur de lucro, vt probaui *supra in prima parte l.* 1. *num.* 37 quod bene sentit Couarru. vbi *supra.* optimeque colligitur ex Rip. *in d. l. fœminæ. dict. quæst* 22. *&* 23 & ita componendum est, quod inuoluit Pala. *in dict §.* 50. *num.* 35. *& in Commenta. d. l.* 14. *Tauri.* Colligunt Cyn. Bartol. Alberi. & omnes hic ex verbis huius l. ibi, *siue in priori matrimonio permanere voluerit, siue nouercam filiis superinduxerit:* virum vel mulierem, dum ad secundas nuptias non transit, censeri sub præcedenti matrimonio esse,

esse, & ad hoc l. hæc sæpissime allegatur, vt per Tiraq. *de nobilit. cap.* 18 *num.* 9 Pau. *in l. cum quædam puella, num.* 4. & ibi Alex. Iaſ. Deci. *ff. de iurisd. omn. iud.* Vnde inferunt omnes, viduam potiri priuilegio honoris, & fori, quod habebat viuente viro, per *l. fœminæ, in fin. ff. de Senato.* melius probat *l. filij* 22 *vers. vidua, ff. ad municip.* notat Bar. *in l. fina num.* 2. *Cod. de verb. signif.* Felin. *in cap. ex parte, colum.* 1. *de foro compet.* & apud Luſitanos *l. reg. libr.* 2. *tit.* 43. *ad fin.* Quod tamen vltra alios eleganter limitat Roman. *in l.* 1. §. *ſi vir. ff. ad Syllan.* limitant enim omnes, vt tale priuilegium non detur viduæ inhoneſtæ viuenti, per *l. his ſolis, C. de rei uxor. dona.* de qua *infra.* Et ita vt receptiſſimum tradit Alex. *in d. l. cum quædam, num* 9. Hippo. *in l. vnic. num.* 55 *C. de rapt. virgin.* & quam plures citati à Tiraqu. *de nobilit. cap.* 18. *numer.* 13. quorum numerus & authoritas non deterruit Fulgo. quin contradixerit, aſſerens priuilegium viduarum etiam inhoneſtis non denegandum, idque ſequi videtur Deci. *in d. l. cum quædam, numer.* 13. Ego aliquando diſtinguendum putabam inter famoſam palam inhoneſtam, & eam, quæ non omnino caſte viuit, illa enim notorie indigna non ſine offenſione Reipub. priuilegiis frueretur: de hac autem conſultius eſt non inquirere. Poteſtque id ruuari ex doctr. glo. diſtinguentis inter publicum & occultum *in l. cum lege, in fin. ff. de teſtam.* quam ſingul dicit Imol. ibi, & Bal. *in l. 1. col. 1. ad fin. C. de ſenten.* tradit Felin. *in cap. teſtimonium, num.* 16 *de teſtib.* Ex
5 eiſdem verbis huius l. inferebat generaliter Ricar. viduam alendam eſſe ab hæredibus viri, ſicut alenda erat à viro, arguitque ex eo, quod durante viduitate cenſetur eſſe ſub præcedenti matrimonio, & ita Cyn. & Alb. hic & Hippo. *in l. vnic. num.* 217. *C. de rapt. virgin.* quorum opinio iure & ratione deſtituitur, regulariterque contrarium dicendum bene probat Bal. hic, quem ſequuntur Paul. Fulg. Corn. concludentes diſtinguendum eſſe, an vidua habeat, vnde ſe alere poſſit. Et ſic videtur reſoluere, viduam inopem omni tempore alendam eſſe ab hæredibus viri, quod ex Cuma. & Roma. ſequitur Alex. *in l. diuortio. num.* 27. *ff. ſolu. matrim.* immemor Bal. & aliorum
6 † hic. Ego aduerto Bald. & alios hic, non bene adducere gloſſ. *in l. vnic. §. exactio. ſupra de rei vxor. act.* gloſſ enim ibi, & *in d. l. diuortio. verb. facto.* id tantum tribuit viduæ inopi, intra annum ſeu tempus reſtituendæ dotis: non autem loquitur glo. de alio tempore viduitatis, & in illis terminis reſolutio gloſſ. recepta eſt, ſecundum Alex. & Iaſ. *in d. l. diuortio. num.* 18. & Rebuff. *in* 1. *Tom. ad leges Gallicas, tit. de ſentent. prouiſ. art.* 3. *gloſſ.* 1. *numer.* 10. & plene Anton. Gom. *l.* 50. *Tauri, num.* 48. notabiliter Anto. Capy. *deciſio.* 24. In ea- 7
dem re aduerto, quod etiam intra annũ † non poteſt applicari quæſt. glo. vbi nulla eſt dos, quæ reſtitui debeat, vt conſtat ad ſenſum, licet id inuoluat Aretin. *conſ.* 98 *num.* 3. Bene etiam in eadem re aduertit Iaſ. *in d. l. diuortio. num.* 18 *verſic. dico.* omnes fere Dd. incaute in qu. gloſſ. arguere ex verbis huius l. Quod enim dicitur viduam cenſeri ſub matrimonio, non tantum congruit primo anno, ſed
toti tempori viduitatis. Tandem in ea 8
re non dubito verius eſſe contra Scri- † bent. *ſupra* citatos, hæredes viri non teneri alere viduam etiam inopem extra terminos, gloſſ. vbi *ſupr.* cum nulla lex id ſtatuat, nec res tanti ponderis in onus & grauamen hæredum leuibus argumentis eſt inducenda. Et mihi contra Dd. eſt authoritas gloſſ. *in d. locis*, dum ea alimenta tãtum tribuit viduæ intra tempus, quo ſibi dos non reſtituitur. Vnde non obſcure contrarium vult extra eos terminos: imo & tunc contra communem non inepte arguebat Iaſ. vbi *ſupr.* dubitauitque Fulgo. hic. Contra Dd. etiam vt regulariter hæredes viri non teneantur alere viduam, vrget doctrina Vlpia. *in l.* 3 §. *affinitates, ff. de poſtul.* & ita vſu obſeruatur. Ex eiſdem verbis huius 9
l. durius inferunt alij, inter quos additio Bartol. hic ad celebrem opinionem Pau. *in l. ſororem, C. de his quibus vt indign. & in l. fideicom ad fi. C. de fideicommiſſ.* vbi arg. gloſſ. ſcripſit, viduam amittere dotem ex ſtupro, ſicut amitteret ex adulterio conſtante matrimonio, quaſi tanta ſit offenſio in virum defunctum, quod ſequuntur quam plures, & ita Belenzin. *ad Panor. in cap. plerumque,* & ibi Præpoſi. *de donat. inter vir. & vxor.* Felin. *in cap. paſtoralis, col.* 3. *verſicu. mulier. de iudic.* & eiſdem verbis Iaſon *in l.* 2. *num.* 6 *ff. ſolut. matri.* & Gerard. *notab.* 48 Hipp. *in l. vnic. nu.* 58 *C. de rap. virg. & ſingu.* 234 & 416. & *conſ.* 13. Crot. *in §. Cato. 1. lect. n.* 139. *ff. de verb. oblig.*

& Pala.

& Pala. Ruu. seu Ioan. Lup. *in repeti. Rub §. 67. n. 6.* arguës ex hac *l. & in §. fi. eiusd. Rub. n. 6.* Idemq; tradit Neuiza. *in sylu. nup. lib. 2. tit. seni non est nubendum.* citans Maria. Socin. Ang. Are. & alios sequentes opinionem Pau. quam etiam sequi videtur Tiraq. *de nobil. c. 18 num. 9.* & ita Montal. *for. leg. tit. 2. ad fin.* & cum Paul. Bernard. à Luco. *in repert. Pala verb. dos.* & Anto. Gom. *l 5. Tauri, in fi.* & opinionem Pau. dicit communem Bell. *in Rub. C. de eden. num. 83.* dicit etiam communem Boer. *decis. 338.* Sed contrarium melius probarunt non pauci, imo quod vidua nunquam ex stupro dotem amittat, Alex *in d. l. sor. rem.* Ias *in d. l. fide comm.* Dec. *in ca. pastoralis, col. fin. de iudic. & in l. cum quadam puella. num. 13. ff. de iurisd. omn. iud.* & Mol. *in consuetu. Paris. §. 30. nu. 142.* Mainer. & alij, quos citat & sequitur Couar. *de sponsal. 2. par. cap. 7. §. 6. n 10* Petr. Duaren. *reg. 12.* & Rip. *in l. 2. num. 8. ff. solut. matrim.* & Boer. *d. decis.* & Chass *in consuetu. Burg. Rub. 4. §. 6 num. 24.* & Hispan. Anto. Gom sibi contrarius *in l. 80. Taur. n. 70.* notanter Aymon. Crauet. *consi. 205.* & hoc regulariter sequitur Ioan. Garro. *in Authen. eiusd. C. de secund. nupt.* & Duaren. *in d. l. 2. vers. secundus casus, ff. solut. matrim.* quod etiam regulariter verius putat Alciat *reg. 2. præsumpt. 9. num. 5.* & ita iudicatū fuisse tradunt Chass. & Boe. vbi *supra*, de qua re dubius est Cate. Cot. *in memora. verb. muli.* Hæc sententia contra Paul vrgentissime probatur ex text. quem adducit Rip. *in Auth. de rest. & ea quæ par. §. fi.* vbi vidua ex stupro, intra annum punitur tantum in amittendo lucro, quod habitura erat ex bonis viri, ergo non amittet dotem propriam, iuxta differentiam illam iuris, de qua *in l. fi. ad fi. C. de condi* 2. contra Paul. vrget reg. *glo cap. fin de iur. patr.* non esse nostrum legales pœnas extendere; nulla autem l. talem pœnam contra viduas statuit. facit text notab. *in l. at si quis. vers. Diuus, ff. de relig. & sump. fun. ibi non recte facere, pœnam tamen in eam statutam non esse.* 3. vrget text. *in l. si vxor. 13. vers. quamuis. ff. ad leg. Iul. de adult. ibi, si vidua esset, impune in eam stuprum committeretur* Et text. *in sequ. §. Diuus, eiusd. leg. ibi, matrimonium nec spem matrimonij violare permittitur.* Pœna igitur tunc non infertur ob matrimonium finitum, & ita praxis obseruat. Ex rationibus autem proxime adductis contra Pau. & ex litera tex. *in d. Auth. de rest.* videtur indistincte tenenda opinio Alex. reiecta distinctione, quam sensit Alciat. *d. loco,* & probauit Couar. vbi *supr. nu. 11.* & prius Ioan. Garo. *in Auth eidem pœnis, num. 21. C. de secund. nup* saluantes opinionem Paul. in vidua peccante intra annum. Et ita indistincte contra Pau. concludit Ant. Gom. *in d. l. 80 n. 70. ad fin.* & Duar. vbi *supr.* prius Ioan. Crot *in d. §. Cato. in 2. lectu. n. 77.* Nec aliquid obstat inepta argumentatio multorum à verbis huius l. & similium, quæ in viduitate censent repræsentari præcedens matrimonium, loquuntur enim in fauorem coniugis, non in pœnalibus. quod fatentur Dd. ipsi, vt per Felin. *in d. c. ex parte. col. 1. in 3. limit. de foro competi.* non aduertentes, quam in hoc sibiipsis repugnent. Qua in re aduerto Scrib. fere omnes in locis *supra* citatis non recte in vidua æquasse quæst. illam admittendæ dotis ob stuprum, & q. auferendi relictum à viro, cum sit dispar ratio ex sup. d. Nec etiam ex opi. Alexa apte excusabitur vasallus, peccans cum vidua defuncti domini, quia tunc alia est ratio contra vasallum, de quo vltra alios videndus est Ioan Garro. *in l. 1. n. 68. & 76. C. de secund. nup.* Ex eadem repræsentatione matrimonij infertur ad *l. si ff. de decu. ibi, in memoriam prioris dignitatis,* vbi qui dignitatem habuit ob eius memoriā non torquetur, facit tex. *in l. non parum, C. de assess. ibi, post depositum,* de quo videdus est Dy. *in c. decet. de reg iur. in 6.* tradit Dec. *in l. in omnib. caus id obseruatur, n. 18 ff. de reg. iur.* Fel. *in c. quæ in eccles. n. 81. de consti.* Hippo. *singul. 107* latius & melius Tiraq. *de caus. limit. 15.* Effectum autem pristinæ dignitatis ampliat notab. Guid. *decis. 377.* ad eū qui iussu regis dignitate priuatur. per text. quem citat *in l. eam legem, C. de exc. muner. ibi, quamdiu vixerint,* intelligendo tamen, cū addit, ibi, nisi priuetur ob sordes, per ea, quæ allegat probat text. *in l. fin. in fin. ff. de pœnis. & l. 1. C. vbi Senato. vel clariss.* & ita sentit Feli. vbi *sup.* Eundem effectum dignitatis pristinæ amp iat Boer. *decisio. 246 col. penult.* citans aliquos, vt procedat etiam in consiliario vel simili, qui voluntarie dignitatem dimisit, & ita eleganter intelligetur Bart. (quem non citat *in l. 1 C. de aduoc. diuers. iud* vbi text. id bene iuuat, ibi, *tempore quietis fructum præteritorum laborum*

13 *consequantur* Sed *d.l.final.*& effectum pristinæ dignitatis limita vt *supra* (quando dignitas aufertur ob demerita) *limita* 2. per Plat. *in l.* 1. *num.* 3. *C de præpos. sacr. cub. limita.* 3. per eundem Plate. *in l. vniuersi.* per text. ibi, *C. de legat.* quem dicit singul. idem Plate. *in d.l. eam legem, ad fin. C. de excusa. muner.* cuius traditio tuta non
† videtur, dum limitat supradicta, ne procedant in officiis vel dignitatib. obtentis per suffiragia, nam & in his terminis procedere videtur *d.l fin. ff. de decur.* nec desinit honorificum inter homines haberi, quod suffragiis seu votis conceditur: imo nec quod precib & ambitu. Ex prædictis inferendum videtur contra Paul. *in l. nec patronis* 1. 2. *C. de oper. lib.* dum scribit, Notariũ, vel Scribam, effectum Rectorem, posse cõpelli finita dignitate, ad operas, quas antea locauerat. quod durum esset, & contra mentem *d. l. fin. cum supra adduct.* vt etiam caueas ab Hippol *in l. vnic. num.* 23. *versic. & faciunt. C.*
14 *de rap. virgi* Ex eisdem infertur ad Bald. *in l. data opera. num.* 74. *C. qui accusa. non poss.* vbi scribit, eum, qui nunquam fuit Tabellio, puniri pœna mortis, si vt Tabellio scribat: si autem aliquando Tabellio fuit, licet postea priuatus sit, mitius puniri, quia iuuatur primordio veritatis, & cum Bald. Hippol. *singul.* 35. *& in l. eiusdem. nu.* 6. *ff. de scar.* vbi alios citat. & Felin. *in dict. cap. quæ in eccles. num.* 82. Iaso. *in l. sciendum.* § *final. num.* 10. *ff. qui satisda. cogan.* Niconit. *in cap. quoniam contra. fol.* 45 *num.* 174. *de probat.* solentque in id adduci verba Papinia. *in l. cum filius* 77. *§. hæres ff. de legat.* 2. *ibi, nec in totum falsum videri, quod iuuaretur primordio veritatis.* Sed cõtrarium olim legendo docui, gaudeoque id nunc videre apud Tiraquel. *in dict. lib. de caus. limit.* 15. *ad fin.* idque contra prædictos sine dubio seruabitur in praxi, quia non minor ratio est contra eum qui ob delictum priuatus fuit: imo maior si mature attẽdatur, facilius enim decipiet, magisque nocebit is, qui aliquando officium habuit. Argumentatio
† autem ex *dict. l. final.* ab effectu pristinæ dignitatis retorquetur ex *supra* d. cũ nõ procedat in priuato ob demerita. Nec
† obstant verba *dict. §. hæres.* ibi enim durabat debitũ, licet causa esset mutata: secus, si omnino esset extinctum, secundũ gloss. & Scribent. ibi. & ita tex. ille retorquetur. Facit quod cõmuniter traditur contra allegantes legem correctam, per text. *in l. final. ff. ad leg. Cornel. de falsi* facilius autem posset sustineri opinio Bald. in suspenso, nõ in priuato: quia tunc officium adhuc durat. & ita in his terminis † melius inducerentur verba IC. *in dict. §. hæres.* & quod tradit Rip. *in l.* 4. *§. condemnatum. n.* 25. *ff. de re iudi.* Ex principali de- 15
cisione huius l. colligit Fulgo. *in l. iubemus. num.* 6. *C. ad Trebel.* & ita Corn. *num.* 4. patrem non admittere tutelam filiorũ, licet transeat ad secundas nuptias, & ita Ioan. Imol. *in l. ex facto. num.* 16. *ff. de vul. & pup.* & Hispa. Anto Gom *l.* 40. *Taur. num.* 15. Sed hæc l. non probat necessario, cum loquatur de vsufructu & legitima administratione, quæ non parum differt à tutela, vt tradimus *in* 2. *part. l.* 1 *sup. eod.* Licet autem filijs patrem habentibus non detur tutor regulariter, datur aliquando si pater eos emancipet, *l. si infanti. de iur. delib.* & ibi Bar. & alij *l. pupillorum, §. si pater, ff. de reb. eor. & inst. de legi. paren. iure.* Quæ opinio Fulg Imol. & Cor omnino †
tenenda videtur contra Ang. *in Auth. de non eligen. secundu. § quia vero, n.* 1. vbi scribit patrem manere legitimum administratorẽ, quod debuit probare ex hac l iũcta reg. gl. & Scrib. *in Auth. excipitur, inf. ti. fol.* subdit tamen Ang diuersum fore circa tutelã vel curam, à quo tũc patrẽ remouedũ putat, sicuti matrẽ: quod nõ citato Ang. scribit Chas *in consu. Burg. Rub* 6. *§.* 8. *n.* 2 *in fi. & n.* 7. *&* 8. *fol.* 224. male citãs Paul. & aliquos, qui nõ de patre, sed de matre loquũtur. Et ita cauendũ est à Rip. *in l. fi. q.* 26. *C de rev. don.* vbi Ang. citat & sequitur generaliter, nec minus cauendũerit ab Ang. *in Auth. de nup. §. si vero expectet, n.* 28. Nec valet argumentatio à le- 16
gibus loquentibus de matre secũdo nubẽte, quia amor paternus maiori firmitate iudicio roboratur: non ita in fœminis, quæ sæpe nouis viris non solum res filiorum, sed etiã vitã addicunt, vt inquit tex. *in l. lex quæ tutores. C. de admitt. tutor.* Sic in fœmina minus honesta est pluralitas nuptiarũ secundum hominũ opinionẽ, vt ex Vale. Max. bene tradũt Bal. & Soc. *in l. hæc, ff de condi. & demonst.* Maior etiam honestas in fœminis requiritur, maiorque in illis est quælibet macula impudicitiæ, secundum glo. *l. palam, ff. de ritu nupt.* quam extollit Dec *in l fœmina. n* 63. *ff. de reg. iur.* gloss. etiam *in cap. debitum. de biga.* quas debuit adducere

Hip-

Hippo. *singu.* 688. eas vero ornat Tiraq.
17 *in lib. de legib. connu. in* 1. *l. num.* 45. De quo alibi latius scribo. Ex qua differentia masculorum & fœminarum infertur ad traditionem Pau. *in l. fina. n.* 5. *C. de indict. vi. tollē.* vbi scribit, etiam hodie in masculo reiiciendam fore conditionem impedientem secundas nuptias, quod videtur sentire Salyc. *in Auth. cui relictum, col.* 2. *eod. tit.* Sed contrarium probare videtur tex. *in d. Auth.* & ibi glo. & Iaſ. *ad fin.* Idque receptius dicit Ioan. Garr. *in Rub. C. de secun. nup* 21. Et pro hac parte contra Paul. videtur tex. *in Authen. de nup.* §. *si vero vsus. verſ. ſed & ſi aliquis extraneus, iuncto* §. *præced. verſ. vnde ſancimus* & ita ceſſat dubitatio Pau. à Monte pico *in repet.* §. *Titiacū nuberet, n.* 166. *ff. de lega.* 2. quod aliquando in praxi vidi controuersum. Ex eadem differentia infertur
18 ad *l. his ſolis, C. de reuo. do.* ex qua colligunt communiter Scrib. pœnam impoſitam mulieri ſecundo nubenti, locum habere in vidua inhoneſta, extollit Ang. Areti. *in* §. *fin. in fin. Inſtit. de legit. patro. tut.* Rip. *in l. fœmina. num.* 31. *C. de ſecund. nupt.* Pala. *in Rub.* §. 66. *n.* 3. & *n.* 14 Hipp. *in l. vni. n.* 54. & 56. *C. de rap virg.* Arelatan. *in l. generaliter, n.* 20 *C. de ſecun. nupt.* Id autem bene probat ex l. qua non adducta, idē not. Panor. *in c. vxoratus, nu.* 2. *de conuer. coniug.* Ex quo inferunt communiter Scrib. quod fœmina inhoneſte viuens teneatur ſeruare liberis, vt tenetur ſecundo nubens, licet contra cōmunem in hoc teneat Anto. Gom. *d. l.* 14. *Taur. nu.* 16. Inferunt etiam magis communiter, quod mater impudice viuens, ita priuabitur tutela & cura liberorum, vt alij nubens, gl. *Aut. matri & auiæ.* & gl. *Auth. ſacramentum. C. quand. mult. tute. offic.* probat *l. fin. ibi, pudicitiam. C. eo.* cuius verba expendit Hier. Grat. *conſ.* 115. *n.* 6. *li.* 1. ſed prius Pau. Caſt. *in l. omnem. n.* 2. *C. ad Tertu.* licet aliqui contradicant, vt per Garro. *in*
19 *Auth eis dem, n.* 22. & 23. *ad ſecund. nupt.* Ex eadem differentia inter patrem & matrem, in iis quæ ſpectāt ad continētiam, infertur cauendum eſſe à Rip. *in d. l. fin. q.* 26. *C. de reuo. don.* dum indiſtincte vtrumque parentem æquiparat: id enim non procedit quo ad q. morum vel pudicitiæ, nec quo ad tutelam & curam, vt *ſupra.* Et ita cauendum eſt à Ioan. Nicol. *in l. generaliter. nu.* 22. *cum ſeq. C. de ſec nupt.* Cauendum etiam eſt ab Hiſpa. Ciſonta-

no. *l.* 15. *Tauri. ad fin.* Contra quos, vel cōtra id quod ſonant eorum verba, puto verius leges loquētes de patre tranſeūte ad ſecundas nup. non habere locum in patre libidinoſo, vel habente concubinā. ea enim extenſio ſolum reperitur in matre, per *d. l. his ſolis.* & in matre tantum loquitur Rom. *conſil.* 182. *n.* 1. & *n.* 3. & Socin. *conſ.* 114 *nu.* 7. *lib.* 4. quos male allegat Rip. *d. loco.* ſic etiam Deci. *conſ.* 87. *n.* 3. qui tandem loquuntur quo ad reſeruationem faciendam liberis prioris matrimonij ſecutis aliis nuptiis, ſecūdum terminos *d. l. generaliter.* & *gloſſ. l. fœminæ.* §. *illud. C. de ſec. nup.* & ita *l. regia, l.* 4. *tit.* 75. Nec obſtat argu. quod adduci poſſet ex illo vulgari, ne plus habeat luxuria quam matrimonium, §. *fin. in Auth, de reſtit.* Reſpondeo enim, eſſe rationem differentię, quæ vrget, vt magis ſuſpectus fiat pater liberis prioris matrimonij per nouas nuptias, quā ſi concubinā habeat, vel inhoneſte viuat: nā in priori caſu timetur nimia dilectio ad ſecundā vxorem & liberos ex ea, quod ceſſat in patre incōtinenti, ita enim videmus improbari donationem inter legitimos coniuges, valere autem inter concubinarios, vel alios ex illicita affectione. *l.* 3. *verſ. Diuus. ff. de donatio. int. vir. & vx. l. donationes.* 32. *ff. de donatio.* ſic non valet donatio à patre in filium ex iuſtis nuptiis: valet autem in non legitimum, quatenus capere poteſt, ſecundum iuris ſanctiones, & receptā ſententiam Ex prædicta differentia ma- 20
ris & fœminæ infertur ad intellectum & materiam tex. *in l. & mulieri, ff. de curat. furio.* in qua IC. Pau. habet in hæc verba: *Et mulieri, quæ luxurioſe viuit, bonis interdici poteſt.* glo. ibi in prima expoſitione intelligit de fœmina libidinoſa, vt ei curator dari poſſit, & ita Cuman. ibi, Panor. Barb. Fel. Dec. *in c. paſtoralis, de iudi.* Rip. *in l. is cui bonis, n.* 16. *ff. de verb. oblig.* Ex qua interpretatione inferunt plures notabilem cautelam, vt legitimi hæredes faciant curatorem dari, & bonis interdici meretrici, ne teſtari poſſit, iuxta reg. *l. is cui lege. ff. de teſtam.* Alias enim meretrix & libidinoſa fœmina teſtari poteſt, cum id nullo iure prohibeatur, vt not. Bald. *in l. 1. C. de condict. ob turp. cauſ.* Iaſ. *in l. miles, num.* 17. *ff. de re iudica.* Dec. *in l.* 1. *n.* 6. *C. de ſec. nup.* Albe. *in l. ſi quæramus, ff. de teſtam.* idem Alber. *in l. qui vas,* §. *fin. ff. de furt.* Quam cautelam ad negandum facultā-

tem testandi fœminæ luxuriosæ, ex d. l. scribit Bal. *in c. cum decorem, de etat. & qualit.* Ias. *in l.* 4. §. *sed quod meretrici, nu.* 2. *ff. de condict. ob turp. caus.* Ferra. *caute* 6. Dilect. *de arte testan. tit.* 1. *cautel.* 12 Segur. *in l. Imperator, ff. ad Trebel.* addi. ad Bal. *in l. ea*
21 *l. n.* 20 *C. de condict. ob can.* Sed antequam veniam ad articulum, ob quem eam l. adduxi, admoneo lectores (si qui forsan hæc nostra legerint) eam cautelã omnino reiiciendã fore, nec testandi facultas iure permissã iis cautelis adimi debet: maxime cum testantes multas sæpe disponant, quæ conducũt ad salutẽ animarũ. Nec verum est, quod gl. Cum. & Fel. vbi *sup.* dicũt, fœminã impudicã censeri prodigã bonorum: id enim possibile est, non necessarium, ideo non sufficit, iuxta reg. *l. nec natales, C. de proba.* Imo sæpe meretrices auaræ sunt, iuxta illud sacrę pag. Ezech. *ca.* 16. *meretricibus dantur mercedes.* Contra iniquã illam cautelam facit etiã, quod iure videmus meretrices dissimulari, vt maiora mala vitẽtur, *c. inter onera, de sponsa.* Vnde tutius est contra Dd. non posse meretrici curatorẽ dari, & consequenter non ei negandã facultatẽ testãdi, quod magis asseritur ex veriori sensu
22 illius l. Reiecta enim præcedenti expeditione, intelligi debet ea l. de fœmina prodiga, quæ luxuriosè viuere dicitur, cũ immodice expendit, nec sumptibus parcit, iuxta gl. *in* 2. *oppos.* vbi ad eã citat aliqua iura, & iuxta Are. *in d. l. is cui bonis, ad fin.* id subtiliter colligitur ex litera d. l. Idque magis comprobat D. Ant. Aug. *li.* 4. *emend. c.* 11. & secuti sunt aliqui, vt per Rip. *in d. l. is cui bonis. n.* 17. & Iodoc. *de patroci. pupil.* Cic. 1. *Offic.* parsimoniam luxuriæ opponit, & in eo sensu sæpe vtitur Quintus Cur. traditque Spiegel. *in Lexic. iur. verb. luxuria.* Qua in re circa viduas prodigas, vel immodice expẽdentes, est apud Lusitanos prudentissima cõstitutio
23 *li.* 4. *tit.* 10. Ex quo infertur misere lapsum fuisse Hisp. Segu. *in l. Imperator. ad fi. ff. ad Treb.* qui ex d. l. scripsit, viro incontinẽti & libidinoso curatorẽ dandũ, argues ex dictione, &, quasi IC. implicare velit, vt nõ solum masculo luxurioso, sed etiam fœminæ curator detur. Sed ex præcedẽti declaratione patet in d. l. nõ agi de fœmina impudica, & sic non potest ad masculũ colligi, quod Segura putabat, qui tamẽ se excusare posset authoritate Bal. *in l. ea lege. n.* 20. *C. de condi. ob can.* Rip. *in d. l. is cui bonis. n.* 18. maxime quod etiãsi alibi loqueretur de fœmina libidinosa, nõ valeret argu. ad masculũ, ex *sup.* deductis.
Ideoque viro incontinẽti & Venereo (ni 24
prodigus sit) curator nõ dabitur, quod nõ solum verius, sed & receptius est ex Spec. *ti. de acto.* §. 1. *n.* 12. quem male citabat Segur. vbi *sup.* & ita melius Alb. & Cuma. *in d. l. is cui bonis, ad fi.* Felin. & Dec. *in d. c. pastoralis.* Pala. *in ca per vestras.* §. 70. *n.* 23. *fol. mihi.* 152. secũdum Lugdunensem impressionem, & ita Boer *cons.* 1. *post consuetu.* Anton. Gom. *l.* 14. *Tauri. n.* 14. Fernan. Arias. *l.* 13. *col.* Ex quo etiã cauẽdum † est à gloss. *in l. si quis cum sciret, ff. de vsucap. proempt.* & à gl. *in l.* 1. *verb. furiosis. C. de curat. furio.* Nec erat omnino ociosa dictio, *&, in d. l.* quia in fœmina prodigaliter viuente dubitari poterat, an ei curator daretur, quasi in casũ omisso, & nõ sperato ob præsumptam auaritiam fœminarũ. *l.* 4. *ff. ad Velleian.* Et ex iis cessat labor Scri- 25
bẽ. an d. l. cedat in fœmina nupta? quod retẽto etiam communi intellectu ad eã l bene negabat Ioã. And. quem sequitur Segur. vbi *sup.* idque verius est, licet contradicant Bar. Fel. Deci. *in d. c. pastoralis.* Rip. *in d. l. is cui bonis, nu.* 20. Pala. *in c. per vestras, d.* §. 70. Boer. *d. cons.* quorũ opinio multa afferret incõmoda, esset que cõtra honestatem in Repub. Nec enim matrimonia inquietari debent, vt *in l.* 1. *ad fin. ff. de liber. exhib.* soliusque mariti est, vxoris mores castigare. *l. rei iudicatæ.* 16. *ff. sol. matr. l. quamuis. C. ad l. Iul. de adult.* quod magis suadetur ex legibus Lusitaniæ, totiusque Hispaniæ, idque obseruat vsus. Faciunt tradita ab Ias. *in l. plerique. ad fi. ff. de in ius voc.* Hipp. *sing.* 279. His denique huic legi & libro finẽ imponimus: Lectores autem admonitos atque rogatos velim, vt in his nostris prius Summaria (quæ legibus & earum partibus præmittuntur) attente legant, ac expendant. cõperient enim ex iis, quæ eam ad rem pertinebant, nõ solũ nihil omissum fuisse, sed etiam tot tantaq; à nobis addita, excogitata, atq; adeo discussa, vt à nemine alio hactenus ad præsentẽ titulũ scriptum aliquid videri possit. Quæ vero inciderunt, plenius etiã tractauimus, vt maior inde vtilitas iuris studiosis resultaret, vtque ex apposita varietate docti cõijciant, quid in iure prẽstare possimus.

FINIS.

INDEX
IN COMMENTARIA
CONST. COD. DE BON. MAT.

A.

ACtiones inter bona connumerantur, in 1. part. Rub. num. 2. & seq. 2

Actiones constituunt tertiam speciem bonorum, in 1. part. Rub. num. 24. 7. nu. 33. 9

Accusatus de crimine, propter quod bona fisco sunt applicanda, an sit cogendus Inuentarium conficere, l. 1. in 2. par. num. 24. 66

Aduentitia bona an prorsus acquirantur patri ante Iustin. constitutionem, l. 1. in 1. par. num. 27. cum seq. 45

Aduocatorum salarium an maius esse debeat in causis criminalibus, in l. 1. in 3. par. nu. 62. vers. infertur 28. 157

Agens actione reali ac nominans se proprietarium, an obtineat it. si probet vtile dominium, in l. 1. in 2. par. nu. 8. 61. & quid si probet vsumfructum, nu. 18. in d. 2. par. 64

Alienationis verbum quæ contineat, in l. 2. in 3. par. num. 18. 109

Alienatione prohibita, an prohibeatur vsucapio, in Authen. nisi tricennale, num. 25. 212

Alienatio rei ecclesiæ vel minoris absque solennitate, an valeat, in l. 1. in 3. par. nu. 31. cum seq. 114

Arbitrator, cui causa committitur dirimenda ex æquitate, citra iuris rigorem, an possit reycere exceptionem præscriptionis. 221

B.

BOnorum significatio, in Rub. in 1. par. nu. 2. cum multis seq. 2. & num. 24. 7

Bonis publicatis an veniant iura & actiones, in 1. par. Rub. num. 3. 2. & num. 26. 7

Bona cum pronomine, mea, aut adiectiuo, omnia, comprehendunt iura & actionem, in 1. par. Rub. n. 7. 3

Bonorum appellatione cum adiectione loci, an contineantur iura & actiones, ibidem, nu. 10. 4

Bonorum appellatione an contineantur bona emphyteutica, ibid. n. 19. vsque ad n. 24. cum seq. 6

Bonorum mobilium & immobilium appellatione non comprehendi iura & actiones, ibid. num. 25. vers. hinc infertur. 7

Bonorum relictum, an comprehendat venalia, ibidem, num. 38. 11

Bona materna an ante Constantinum acquirerentur filus, in l. 1. in 1. par. nu. 19. cum multis seq. 40

Bona immobilia inundationi subiecta, an possint vendi a patre legitimo administratore, & quid in tutore & curatore minoris, in l. 1. in 3. par. num. 27. & seq. 113

Bona relicta familiæ an possint locari ad longum tempus, vel in emphyteusim concedi, num. 65. 161

C.

CAutio an dicatur de substantia vsusfructus earum rerum quæ vsu consumuntur, in l. 1. in 2. par. nu. 78. vers. qua doctrina, vsque ad fin. d. secundæ partis. 98

Colonus ad quæ onera teneatur, in l. 1. in 2. par. n. 72. per totum, maxime ex vers. 10. amplia. 87. & seq. Collecta quid differat à tributis seu oneribus realibus, in l. 1. num. 72. in 2. par. vers. ideo non est. 89

Colonus fisci vel Reipub. an possit expelli a successore particulari, in l. 1. num. 68. in 3. par. versicu. infertur decimo, & seq. 166

Conditio impediens nuptias, an hodie tollatur in masculis viduis, in l. 4. num. 17. 255

Conditio si sine liberis, de quibus intelligatur. 246

Conducens ad longum tempus an acquirat dominium, in l. 1. in 3. par. num. 66. 162

Confessio facta à professore maioratus, an præiudicet successori, in l. 1. in 3. part. num. 50. vers. nona limitatio. 134

D.

DEcretum an sit necessarium in alienanda pecunia minoris, in l. 1. in 2. par. nu. 56. 75

Denunciatio extraiudicialis an inducat malam fidē, in Authent. nisi tricennale, num. 15. 209

Detinenti ex iusta causa an detur remedium possessorium, in l. prima, in tertia parte, ver. tandem, num. 40. 122

Dignitates non diuidi inter plures satius esse, in l. 1. in 3. part. num. 17. 100

Dominium ex præscriptione & vsucapione quale acquiratur. 180

Dominium quid sit, & vnde dicatur, in l. 1. in 2. part. num. 2. 59

Dominium & proprietas quomodo differāt, ib. n. 6. 61

Dominium alicuius rei an possit esse apud duos, in l. 1. in 3. par. num. 10. cum multis seq. 106

Donationem factam à Rege de bonis Coronæ, vni tantum proximiori descendenti competere, in l. 1. in 3. par. num. 17. 109

Donatio remuneratoria an possit fieri, & quomodo, in l. 1. in 3. parte, nu. 59. cum multis seq. 146. & seq.

Donatio facta negociorum gesteri pro ipsis negociis gestis, magis compensatio dicenda est, ibid. nu. 62. 153

Donatio facta ab Episcopo vel monasterio pro seruitutibus & operis sibi factis, magis compensatio dicenda est, ibid. versic. infertur tertio. 153

Donatio remuneratoria non valet inter coniuges, ibid. versic. infertur nono. 154. Nec valebit inter patrem & filium, ibid. versic. infertur 11. & multa similia reperies. 154

Donatio principis ob bene merita, an reuocari possit ex causa, ibid. versic. infertur 16. 155

Donationem factam à filio tempore emancipationis esse insinuandam, ibid. vers. infertur decimonono. 156

Dos an sit censenda causa lucratiua, in l. 1. in 3. par. vers. infertur 31. 158

Dos ob ingratitudinem secutam an reuocari possit, ibi. vers. infertur 32. 158

E.

Ecclesiastica res alienata sine iuris solennitate, an possit vsucapi, in Auth. nisi tricennale, nu. 24. vers. ex quibus. 212

Emphyteuta an expelli possit ob deteriorationem rerum, in l. 1. in 2. part. n. 61. vers. idem in emphyteuta. 78

Emphyteuta an possit cædere arbores frugiferas, ibid. ver. idem in emph. n. 61. 78

Emphyteuticæ rei tributa quis soluere teneatur, ibid. num. 71. 86

Emphyteuta non nominante de iure regni, venit emphyteusis ad hæredes venientes ab intestato, in l. 2. num. 11. 238

Emphyteusis pro se & filijs, an filias comprehendat. 253

Emphyteusis pro se & legitimis hæredibus. 237

Emphyteusis pro se & suis hæredibus, num. 12. 238

Emphyteusis pro se & posteris, an comprehendat venientes ex fœminis. 238

Emphyteusis pro successoribus suscepta, an ad particulares successores pertineat. n. 12. 238

Expensæ factæ exigenda dote, quæ data est in nominibus debitorum, an minuant dotem, vel marito sint satisfaciendæ, in l. 1. in 2. par. n. 70. 85

F.

Feudum concessum pro se & hæredibus, an dicatur hæreditarium in l. 1. in 3. par. n. 87. ver. maior Scribentium varietas. 188

Feudum concessum pro se & hæredib. masculis, vel ex corpore suo descendentibus an sit hæreditarium, ibi. num. 88. 188. & an in talibus hærdib. requiratur suitas. ibid. n. 90. vbi multæ illationes notabiles ponuntur. 190

Feudi antiqui concessio, in qua vocantur descendentes & agnati, adiecto verbo hæredibus, *an requirat, quod successor sit immediate hæres vltimi possessoris, ibid. num. 91. ver. ad prædicta, & n. seq. vbi latissime.* 191

Feudi alienatio facta cum consensu domini, an possit reuocari à successore, ibi. num. 97. & seq. 196

Feudatarius, qui impetrauit à domino solam alienandi facultatem, an possit ius hypothecæ, vel pactum reuenditionis, aliudve simile feudi alienationi adijcere, in l. 1. in 3. par. versic. infertur 17. nu. 52. 139

Feudatarius an possit constituere seruitutem, ibid. n. 71. 169

Feudum hæreditarium quid differat à feudo ex pacto & prouidentia, in l. 1. in 3. par. n. 84. per totū, & seq. vbi late & eleganter inuenies, quib. formulis vtrumque concipiatur. 186

Filius an possit repudiata hæreditate retinere emphyteusim, & feudum ex pacto & prouidentia, in l. 1. 3. par. n. 85. 187

Filiū esse in sacris paternis quid sit, & cur ita dicatur, remissiue, in 2. p. Rub. n. 4. 19

Filium illegitimum melioris esse conditionis in acquirendo, quam legitimum, in 2. par. Rub. n. 8. 20

Filij Galloram in potestate constituti non acquirunt parentibus, remissiue, ib. num. 9. & 10. 20

Filijs an possint Galli substituere, ibi. nu. 10. 20

Filius acquirit patri, quæ regulæ ponuntur in l. 1. in 1. p. ff. 9. & 22. ampliationib. ornatur per totam 1. p. 38

Filius legitimatus an acquirat patri, in l. 1. in 2. part. num. 59 53

Filius administrator bonorum patris, tenetur rationē reddere administrationis, in l. 1. in 2. par. n. 39. 69

Filius an teneatur stare locationi à patre factæ de rebus aduentitijs, in l. 1. in 2. part. num. 63. 159

Filius an admittatur ad irritandam alienationem aduentitiorum à patre factam, ibi. num. 74. 171

Filius an possit cogere patrem dissipatorem, vt aliqua bona separet pro ipsius alimentis & legitima, ib. nu. 75. 172

Filius an viuo patre agere possit, vt dēclaretur ad se spectare successionem maioratus, ib. nu. 78. 175

Filius hæres patris an possit rescindere alienationem factam ab eodem patre, ib. nu. 79. vbi multa habentur notabilia, in vnaquaque facti specie tam maioratus quam feudi, &c. 176. & seq.

Filia an sit præferenda nepoti in emphyteusi, in l. 1. in 1. par. num. 96. 195

Fœmina excluſa, excludi descendentes ex ea, nu. 29. 246

H.

Hæres non admittitur contra factum defuncti, in l. 1. in 3. par. vbi ponuntur 7. ampliat. huius reg. & 14. limitatio. & nonnullæ illation. 180. & seq.

Hæres alienantis rem feudalem an possit contrauenire, ibi. num. 91. cum seq. 191 *& in successore maioratus, num. 99.* 198

Hæreditas iusta, & legitima qualiter intelligatur in omni dispositione, in l. 2. num. 6. 235

Hæreditas testamentaria quomodo dicatur. 236

Hæredes sui aliquando pro quibuscunque etiam extrancis accipiuntur, 239

I.

Iura constituunt tertiam speciem bonorum, in 1. pa. Rubric. num. 24. 7. & num. 33. 9

Ius liberorum, quid significet, num. 13. 21

Ius Digestorum an omnino sit antiquius Iure Cod. in l. 1. in 1. par. num. 33. 47

Ius Canonicum circa præscriptionem cum mala fide, obseruandum in foro seculari, in Auth. nisi tricennale, num. 11. & 12. 207

Impubes an sit citandus, in l. 1. in 2. par. vers. cauendum etiam, num. 67. 83

Imperia per vnum tantum gubernari commodius esse, in l. 1. in 3. par. num. 16. 109

Inuentarium ad quid prosit, in l. 1. in 3. part. vers. ampliat. 7. 181

Inuentarium facere an compellatur vsufructuarius, in l. 1. in 2. par. num. 22. 65

Inuentarium an compellatur facere pater legitimus administrator, ib. num. 21. & seq. ibid.

Inuentarium aut descriptio bonorum an fiat contra accusatum, ibi. n. 24. 66

L.

Legatum vsusfructus quid differat à legato fructuum, in l. 1. in 2. par. n. 11. & 12 62

Liberi & posteri æquiparantur, 253

Locatio ad longum tempus quæ dicatur, in l. 1. in tertia par. n. 63. vers. ante aliam. 159

Locatio vltra legitimum tempus facta, an saltem intra tēpus licitū sustineatur, ib. n. 65. ver. qua in re. 161

Locatio ad longum tempus quid differat à locatione ad modicum tempus, ibi. n. 66. 162

Lucrum à lege vel consuetudine delatum parenti, an sit reseruandum liberis prioris matrimonij. 255

M.

Maioratus expensas quis soluere teneatur, in l. 1. in 2. part. num. 71. 86
Maioratus possessores an dicantur domini, ibid. num. 5. 60
Maioratus possessor an possit constituere vsumfructum ad suam vitam, in l. 1. in 3. par. nu. 71. in fin. 170
Maioratus possessor an possit eius bona alienare causa dotandi filiam, ibid. num. 102. 201
Maioratus bona an possint vsucapi, in Authent. nisi tricennale, num. 23. 211. & num. 29. 213
Maioratus possessor an in longum tempus locare, vel in emphyteusim dare, in l. 1. in 3. par. n. 65. 161
Maioratus possessor an possit transigere, ibid. num. 51. 134
Maioratus successor, & hæres præcedentis possessoris, an reuocare possit, quæ alienata fuerunt, ibi. nu. 99. 198
Maioratum sperans an agere possit, vt saltem viuo possessore sua declaretur spes, ibi. num. 78. 175
Maioratus de reliqua vsucapta contra vnum, an vsucapio noceat successori. 214
Maioratus secundum vsum Hispaniæ differt in multis a relicto familiæ, de quo loquuntur Iureconsulti in l. 1. in 3. par. nu. 100. 200. Reliqua vide in verbo feudum, & verb. filius.
Mala fides, quomodo probari possit, in Authent. nisi tricennale, num. 14. 208
Maritus an dicatur dominus bonorum dotalium, in l. 1. in 3. part. num. 12. per totum. 107
Mater non potest vendicare filium, in 2. part. Rub. in princ. num. 2. 18. & num. 20. 23
Mater tutrix filiorum non releuatur ab oneribus tutorum, in l. 1. in 2. par. num. 28. 67
Minor an possit donare tutoris, curatorisve authoritate, in l. 1. in 3. part. num. 56. 143
Mulieri impudicæ an possit curator dari, & an impediatur testari in l. 4. num. 20. & seq. 255
Mulieri nuptæ libidinis causa non dandus curator est, ibid. 256

N.

Nepos an veniat appellatione filiorum, in l. 1. in 1. part. num. 69. 56
Nepoti ex filio illegitimo an relinqui possit. 248
Nostrum quid dicatur, in l. 1. in 3. part. Rub. num. 20. 110

O.

Obligatio generalis, & vniuersalis an differant, contra plures, in 1. par. Rub. nu. 47. 17
Obligatione generali an comprehendantur venalia, ibi. num. 46. 15
Obligatio an dicatur alienatio, in l. 1. in 3. part. nu. 19. 110
Obligatio in criminalibus à lege est, non ex consensu delinquentis, in Authent. nisi tricennale, nu. 28. 213
Obligat. anthidotalis quanti sit effectus, in l. 1. in 3. par. num. 60. 147

P.

Pactum de reuendendo appositum à patre in emptione rei ipsius filij, quid operetur, in l. 1. in 3. part. num. 51. 134
Pactum resolutorium potest apponi à tutore, curatore, vel legitimo administratore in l. 1. in 3. part. num. 52. v. infertur sexto. 135
Pactum reemendi vel reuendendi an possit apponi ab ecclesia vel minore, ibid. num. 53. 140
Patria potestas an competat Romanis, in 2. part. Rubr. num. 9. 20
Patris potestas in filium quanta, ibid. nu. 17. 22
Pater potest occidere filiam adulteram, ib. nu. 19. 23
Pater potest vendere filium, ibid. nu. 20. cum sequ. 23
Pater potest permutare filium, ib. num. 25. 24
Pater potest castigare filium, & qualiter, ib. n. 30. 26
Pater an amittat vsumfr. si filius ingrediatur Monasterium, in l. 1. in 1. par. n. 45. 50. & quid si pater ingrediatur Monasterium, ibid. nu. 48. 51
Pater an possit cogere filium, vt cum auo habitet, ibi. n. 53. cum seq. 52
Patri furioso an acquirat filius, ibid. num. 60. cum seq. 53
Pater bene à Dd. dicitur legitimus administrator, in l. 1. in 2. par. num. 15. 63
Pater vsufructuarius in quo differat ab aliis fructuariis, ib. n. 16. 64
Pater vsufructuarius an teneatur satisdare, ibi. num. 20. 65
Pater vsufructuarius an teneatur Inuentarium conficere, ibi. n. 25. 66
Pater tutor filiorum emancipatorum tenetur ad omnia quæ extraneis, in l. 1. in 2. par. nu. 27. 67
Pater dolose administrans bona filij, tenetur rationem reddere, ib. num. 33. & seq. 68
Pater quomodo possit agere pro aduentitiis, ib. n. 64. cũ seq. 79. & an ei sit necessarius filij cõsensus, n. 66. 80
Pater an ex fructib. aduentitiorum filij litis expensas sit facturus, num. 68. 84
Pater potest filio stipulari, & acquirere, ibi, n. 73. 93
Patrem legitimum administratorem non posse alienare aduentitia filiorum, in l. 1. in 3. par. n. 18. 109
Patre alienante bona aduentitia, an cẽseatur alienasse vsumfructum quem in eis habet, ib. n. 37. 116
Pater an possit compromittere vel transigere de aduẽtitiis, num. 44. 125
Pater an possit exercere actiones in iudicio nomine filij, non suo, ibi. num. 47. 128
Pater an possit tradere rem filij emptam cum pacto reuendendi, ibi. num. 51. 134
Pater legitimus administrator si nobilis sit, an possit donare de rebus minoris, num. 56. 143
Pater legitimus administrator an possit alienare trasferendo rẽ in eum à quo filius eam habuit, n. 58. 145
Pater an possit donare de bonis aduentitiis causa remunerandi, n. 59. cum seq. 146
Pater an possit locare bona aduentitia filiis, n. 63. cum seq. 159
Pater an possit constituere seruitutem in bonis filij aduentitiis, in l. 1. in 3. parte, n. 69. 167
Pater an possit vendicare rem ab eo, in quẽ filius alienauit, ib. n. 73. cum seq. 170
Pater dissipator bonorũ an possit cogi, vt ex eius bonis aliqua seperentur pro alimentis & legitima filij, num. 75. 172
Pater non potest dotare filiam ex bonis aduentitiis, ib. num. 101. 200
Pater an possit repudiare hæreditatem filio delatam, legatumve relictum, ib. vers. alia ampli. 201
Pater an possit remittere iniuriam factam filio, num. 105. 202
Patria potestas cur inæstimabilis dicitur, in l. 1. in 1. par. num. 3. 36
Patronus an possit reuocare alienata per libertum ex causa onerosa, in l. 1. in 3. par. n. 76. 172

Pecunia an sit de rebus, quæ seruando seruari non possunt, in l. 1. in 2. part. num. 42. 70
Pecunia cambiis destinata, nihilominus res mobilis dicitur, ibi. num. 44. 71
Pecunia continetur appellatione mobilium rerum, vel immobilium. ibi. num. 44. 71
Præscriptio 30. annorum ante Iust. fuit introducta, in Auth. nisi tricennale, num. 3. 205
Præscriptio cum mala fide quomodo noceat etiam in foro seculari, ibi. num. 11. cum seq. 207
Præscriptio longissimi temporis an admittatur, ol stante clausula decreti irritantis, in Authen. nisi tricēnale, n. 18. & seq. 210
Præscriptio temporis longissimi an locum habeat in rebus subiectis restitutioni, ibid. num. 22. 211. n. 26. 212. & n. 35. 215
Præscriptio an habeat locum in bonis maioratus, ibid. num. 23. 211
Præscriptio ordinaria an sufficiat contra filium, postquam exierit à pat. potestate, ibid. n. 34. 215
præscript. 40. ann. de Iur. Ciuili sufficiebat etiam cōtra ecclesiam Roman. in Authent. nisi tricennale, num. 57. 227
Præscriptio non currit non valenti agere, n. 42. & seq. per multas ampliationes. 219
Præscript. longissima cur requiratur, in Authen. nisi tricennale, num. 4. 205
Priuilegium alicui & liberis, vel posteris vel generi concessum, an comprehendat fœminas & descendētes ex fœminis, latissime in l. 3. n. 31. 247
Pontificatum vel Papatum apud vnum esse debere, in l. 1. in 3. par. nu. 16. 109
Posthu. an & quand. dicatur suus hæres, in 2. p. Rub. num. 36. 28

R.

REi appellatione quid comprehendatur, in 1. par. Rub. n. 5. & seq. 3
Rerum appellatione cum relatione ad locū, an veniat iura & actiones, ibi. n. 10. 4
Regna per vnum tantum gubernari vtilius esse, in l. 1. in 3. par. n. 16. & 17. 109
Restitutio an detur contra vsucapionem, vel præscriptionem, latissime in Authen. nisi tricenn. n. 58. 229

S.

SAcra paterna cur sic dicta pro patr. potesta. in. 2. p. Rub. nu. 4. 19
Sententia lata contra possessorem maioratus, vel aliorū bonorum, quæ restitutioni sunt subiecta, an noceat successori, l. 1. in 3. par. num. 48. 128
Suitas non datur sine patr. potestat. in 2. par. Rub. nu. 36. 28
Suus hæres an vsucapere possit pro hærede, ibi n. 38. 30
Successor particularis fisci vel ecclesiæ non potest expellere colonum etiam modici temporis, cuius rei rationem habes in l. 1. in 3. part. n. 68. vers. infertur decimo. 166
Statuto vel lege, vt acquisita ex causa onerosa communia fiant inter coniuges, an sit communicanda donatio remuneratoria, in l. 1. in 3. part. n. 62. vers. infertur vigesimotertio ad quæst. 156

T.

TRansactio facta à possessore maioratus an noceat succedenti, in l. 1. in 3. par. nu. 50. ver. octaua limitat. 134
Testes ad perpetuam rei memoriam in l. 1. in 3. par. n. 78. vers. nec obstant quæ adducebat. 175
Tutor ex vigore statuti an possit compromittere de re minoris, in l. 2. in 3. p. nu. 45. vers. antequam vero agamus. 126
Tutor an sine decreto possit distrahere immobilia minoris periculo subiecta, in l. 1. in 3. part. nu. 28. 113

V.

VIdua potitur priuilegio quo fruebatur viuo marito, num. 4. 252
Vidua ex stupro an amittat dotem, num. 9. 252
Vidua an sit alenda ab hæredibus viri, num. 5. 252
Viro libidinoso curatorē ea de causa nō dari n. 24. 256
Vsucapio an prohibeatur prohibita alienatione, in Authen. nisi tricennale. num. 25. 212
Vsucapio quo iure fuerit introducta. 216
Vsucapio an dicatur iniquum remedium & odiosum, ibi. n. 40. & 41. 217
Vsucapio tam ad mobilia quā immobilia refertur, 216
Vsus syluæ legatus aliquando conuertitur in vsumfructum, in l. 1. in 3. part. n. 57. vers. sed vltra glos. & Dd. 75
Vsufructus an sit pars dominij, in l. 1. in 3. part. nu. 1. cum seq. 104
Vsufructus an dicatur de bonis, num. 6. 105
Vsusfructus quotuplex in l. 1. in 2. par. n. 9. & 10. 62.
Vsufructu domus legato cum onere, ne alius tollat, an censeatur relicta proprietas, in l. 1. in 2. p. n. 41. 122. & quid si adiectum foret, vt alienare possit, ibi n. 43. vers. ego aduerto. 124
Vsusfructus patris plenior est quam vsusfructus alior. & in quo differat, in l. 1. in 2. par. n. 16 cum seq. 64
Vsufructuarius an amittat vsumfructum per ingress. sum religionis, in l. 1. in 1. part. n. 47. cum seq. 51
Vsufructuarius an plene teneatur Inuentarium conficere, num. 22. 65
Vsufructuarius an possit perficere ædificium inchoatū, in l. 1. in 2. par. num. 52. 74
Vsufructuarius an possit cædere arbores, ib. n. 76
Vsufructuarius an audiatur in quæst. tangente proprietatem, ibi. n. 68. vers. similiter est differentia. 84
Vsufructuarius an teneatur facere litis expensas in rebus, quarum habet vsumfructum, in l. 1. in 2. part. num. 68. 84
Vsufructuarius ad quæ onera teneatur, ib. n. 72. 87
Vsufructuarius an satisdare teneatur, ibi. num. 75. 95
Vsufructuarius an faciat fructus suos ante satisdationem, ibid. num. 77. cum seq. 97
Vsufructuary mora in satisdando an ei noceat, quo ad fructus, ibi. num. 79. 99
Vsufructuarius an possit distrahere suum vsumfructum, in l. 1. in 3. par. n. 38. cum seq. 117
Vsufructuarius an possit constituere seruitutem, ibid. num. 70. 167
Vxor ob culpam viri ab eo separata, nihil eidem acquirit, aut communicat, in l. 1. in 1. par. n. 58. 53
Vxor an dicatur domina rerum dotalium, in l. 1. in 3. parte, num. 12. cum seq. 107

FINIS.

ANTVERPIAE,

TYPIS IOANNIS KEERBERGII.

M. DC. XVIII.

Página de Controlo

CONVENTUS BRICIENSIS

OPERA
ARII
PINELLI

Casa 4
Gab.
Est. 31
Tab.
N.° 30